¶ SECVNDO casu dic quòd delegare potest, quia per processum post conuentionem secutum inducitur prorogatio iurisdictionem acquirens quæ est ordinaria, sicut iurisdictio prorogata: vt scripsi.ş.de officio deleg.P.&. G.in.iij.q. & per consequens delegabilis: vt.ff.de iur.om.iudi.in.l. more. ¶ Quæro iuxta præmissa & quintò. Pone conueni tecum & promisi tibi soluere centum vbicunque me reperies & respondere coram quocunque iudice nulliusque iurisdictionẽ declinare, nunquid locus est.l.si conuenerit. videtur quod sic vt non plus generalitas quã specialitas operetur. Iacobus de Ra.ibi tenet contrarium. Nam promittendo soluere vbicunque videris contraxisse vbicunque & sic & si nnn ratiõe prorogationis saltum ratione contractus videris forum sortitus vbicunque: vt.ff.de actio.& obli.l.contraxisse.coniunctis legibus.ff.e.l.hæres absens.§.j.& si.cum.l.se.&.ff.de admi.tuto. l.Titium.§.tutores. Sed Ioan. de feritate dicit hoc fallere si reperiretur in loco ad quem accessisset statim ab eo recessurus. Quia & si videtur in illo loco contraxisse: tamen ibi non potest conueniri vt dicta.l.hæres absens.§.j. argu. ff.de pigno.l. debitor.de hære.insti.l ex facto.circa fin.de le.iij.l.quintum. §.j.&.l.si ita legatum.&.l.si chorus.§.j.Sed ista fallentia Ioan. Nico.non placet, quia in.l hæres absens. imputatur cõtrahenti cum tali, tamen plus mihi placuit dictum Ioan.de Feritate dum anno domini.M.ccc.lxvj.legebam Aureliȩ istam.l. nã non plus potest operari fictio quã veritas.vt.C.de iure dotiũ. l. in rebus.& quia ratio.l. hæres absens.valet, quia durissimũ esset quòd quotquot locis qs nauigat vel iter facit teneretur se defendere, locum sibi vendicat in hoc casu.argumen. ff.de verbo.obliga.l.ad Titium. in fin. Verùm sequendo Bar. in dicta.l.si conuenerit.sic distingue, quia aut promisi vbicunque me reperieris soluere, aut nõ.si sic.tunc aut quærit̃ de iudice habente territorium coram quo potest conueniri ibi contrahens tanquam forum suum sortitus ratione contractus: & tunc non potuit cõueniri salua fallentia de qua.ş. per proxi. dicta. Aut non est talis qui habeat territorium in quo cõtrahens forum eius sortiri potest licet forte iurisdictionem habeat in personas ordinariã vel delegatã, & tunc corã illo non potero vigore dictæ cõuentionis cõueniri. Quia nõ plus potest operari generalitas quã spiritualitas, fictio quã veritas, nec tacitum quã expressum per communia iura. & idem si haberet territoriũ iuxta ea quæ scripsi in materia prorogationis in dicto.c.P.&.G.secunda quæstione principali ex identitate rationis.

¶ SECVNDO casu principali, videlicet cũ non promisi soluere eo modo quo dixi, sed solum promisi respõdere vbicũque me reperies. Sub distingue, quia aut quæris an possum compelli coram alio iudice, quã eo super causa de qua sic cõuenitur.& dico quod non, per dictam.l.si cõuenerit. vt non magis generalitas quã specialitas operetur. vt dixi. Aut quæris an super actione ex dicta conuentiõe tibi competente ad interesse possis me conuenire coram alio iudice in cuius territorio tu me reperies, & hic fuerunt opiniones quas scripsi in dicta.l.si cõuenerit. ¶ Sed magis puto quod sic, quia siue promittam dare, siue promittam facere aliquid certo loco, habet locũ.l.contraxisse. & eius ratio. Nam inter soluere siue dare seu facere nõ patet ratio diuersitatis ar. dictæ.l.à Titio.la. ij.in fine. Et quia factũ promittens videtur promittere soluere interesse post morã vt dicta.l si quis ab alio.in fin. Et quia sicut dare pecuniam est soluere in obligatione, ita facere vel non facto interesse dare videtur esse soluere in obligationibus faciendi: & sic nedum menti & rationi, imo & verbis illius legis hoc conuenit.

15 ¶ Sed quæ est ratio diuesitatis? respondeo quòd ista: † quia ex obligatione faciendi nõ potest præcisè agi, nec promissor compelli ad factũ vt dicta.l.si quis ab alio.in fin.& de procura.l.non cogendũ. De quo plenè per Bar.ff. de verb.obli.l.stipulationes non diuiduntur in materia diuidui in viij.q & aliquid per eum.ff.de operi.no.nun.l.stipulatio.§. siue.& aliquid per Cy.C.qui bo.ce.po.l.j.in.ij.quæst. Et sic patet ex dictis quòd aliud est ꝓmittere respõdere, & aliud est promittere soluere. Super quo etiam vide Bar.ff.de eo quod cer.loco. l.ij.§.si quis ita.& G.de Cug. C.de epis.& cle.l.si quis in cõscribendo. Et ex bis apparet quòd illud quod facit auditor cameræ Apostolicæ non põt substitui de iure: videlicet, quia qualitercunque quis in contractu subijciat se suæ iurisdictiõi per pactum aut conueniat stare cohertioni ipsius ipse ex hoc dicit sibi iurisdictionem attributam, quod nõ est verum de iure vt patet ex dictis.plus facit ipse, quia dat literas citatorias extra curiam quod non potest facere cũ curia sit sibi pro territorio. vt in cle.pasto.de re iudi. Sed ipse prædicta defendit ex consuetudine sui fori. Ioan. An.in Spec.de compe.iudi. adi. §.j.additione.dicunt ergo isti, dicit quòd videtur sibi distinguendum inter iurisdictionem reuocabilem & non reuocabilem. Nam si verum est eum ante lit.contesta.iurisdictionẽ non habere non valet contestatio facta coram eo, nec processus super libelli ineptitudine. Aut alia dilatoria habita etiam si per annum fuisset litigatum. Nec curat de pœnitentia partium, quia pœnitere potest & denegans etiam post contestationem & iurisdictionem reuocare quod non impedit iurisdictionem vel processum ante reuocationẽ.& sic saluat opinionem reprobatam in.l.si per errorẽ. glo.fi.de qua in Spe. de compe.iudi.adi.§. fina.dicit ergo quod ex quo nulla pars pœnituit, bene procedit ante litem contestatam: quia iurisdictionem licet reuocabilem. Subdit quod pœnitentiam non impediret stipulatio, per.l.si conuenerit.remittens ad notata c.§.ver.sed quid si promisisti.& ver.se. & quæ promisit in illis.& hic fallit regula quod semel placuit.de re. iur. li.vj.vsq; ad litis contestationẽ. Quod scripsit Cyn.post Pet.C.de epis.

16 audi.l.si qui ex consensu.in.iij.q. Ratio fallentiæ, † quia periculosum est coram suspecto litigare. C.de iudi.l.apertissimi. de appel.cum inter.qua ratione conuentio seu stipulatio nõ obligat secundum eos etiam ad interesse vt.ff.de condi.insti. l.quæ sub conditiõe.§.si quis sub iurisiurãdi.& quia hæc pœnitentia datur à lege debet pœna carere: vt.C.de adul.l. Gracchus.& hanc opinionem approbat ipse Ioan.and.in Spec.vbi ş.Saluo quod de loco contractus legitur & notatur. j.titu.j. dilecti.&.c.fi.in fi.Spe.de cõpe.iudi.adi.§.j. Ponderat enim primò quòd huius iurisdictionis origo est à solo consensu partium. Secũdò quòd nullum ipsius iudicio interesse versatur. Tertiò quòd per hoc reditur ad ius commune & ad ordinariam iurisdictiõem quæ fauorabilis est. Quartò quòd lex generaliter de conuentione loquens promittit pœnitere. Quintò quòd in multis casibus pœnitẽtia promittitur quorum aliqui notantur in regula qui semel.l in quibus nõ est maior nec tanta æquitas, item eò fortius procedit hoc dictum, si vera sit opinio quod ante litem contestatam iurisdictionem non habeat, quæ tamen sibi non placet vt dixi.ş.& non plus de his.

¶ QVINTO opponitur cõtra quartum notabile, quia videtur quòd ista verba nullus ei communicet, dispositiuè excommunicationẽ nõ inducant, & vide ante omnia quæ scripsi de sen.excom.c.si quẽ in primis duabus quæst.& aduerte. Nam excommunicatio duos effectus habet, quia excludit à communione fidelium xj.q.iij.sicut.de exemp.pia.libro.vj. Aliud quia excludit à participatione sacramentorum eccle. actiuè & passiuè de cle.excõ. ministrã.c.fi. Sed per hæc verba priuatur tantũ à communione propter quod non videtur irregularis celebrans sibi ipsi.ar.dicti.c.fi. verba enim excommunicationis concernunt excõmunicatum. Ista autem nun nisi alios ab excommunicato: & tamen excõmunicatio cùm sit vinculũ ligans excõmunicatum, debet ferri dispositiuè & per verba quæ diriguntur ad personam excõmunicandi. Ex quo sequitur quòd si non erat excommunicatus malè mandabatur ei denegari cõio: quia illa solis excõicatis admit.xj. q.iij.cum excõmunicato.de sen.exc.nuper.&.c.si cõcubinę.

¶ Lignanus fatetur per dicta verba excommunicationẽ non

induci nisi proferrentur à Papa animo excommunicandi.ille enim potest mutare solennia probationis huius sententię, vt etiam notatur in clemen.si summus.de senten.excommunication.quod non potest inferior, vt dicit notari in cle.prædicta.& sic ad textum suppleri oportet alio & debito modo excommunicationem fuisse prolatam. ¶ Sed quia hæc suppletio literæ videtur extranea & multũ diuinatoria. Nouel. dicit ꝙ planè videtur velle hæc litera quòd per hęc verba nullus ei communicet feratur hæc excommunicatio. Quòd fatentur Petrus & Abbas quòd fatetur Nouella, vbi ait quòd iudex hoc intẽdit.& talis erat qui excõmunicare poterat. tũc enim procedit quod dicitur non refferre quid ex æquipolentibus fiat. Aliàs cum talia verba cadãt etiam in iudices qui excommunicare nõ possunt de immu.eccle.c.fina. libro sexto. ex sua significatione non excõmunicant. Ex quo sequitur ꝙ talis communicando alijs non peccaret, vel celebrando irregularis non esset,& ideò Nouel ꝟ de appel.c.præterea.ij.super verbo cognoscas. Notauit quòd non refert an iudex dicat excommunico,vel præcipio sub excommunicatiõis pœna.&c.aut te habeas vel repute spro excommunicato vel excommunicatum esse te cognoscas,per.c.præterea.allegatum. & per.c.ij.de testi.cogen.secundum Hosti.licet Gof.ibi contra & in summa de senten.excommu.ad fin.

¶ QVINTO quæritur an hæc verba & hoc propter odiũ huius materiæ quæ pœnalis est,& propter consequẽs restringenda. Glo.tamen in clemen.si summus in gl.penul. & Lau. in clemen.frequens.de exẽp.præla.videntur stare cum dicto Nouellæ. Collectarius verò dicit de dicto Nouellæ quòd illud dicere nõ fuit magna prophetia secundũ ea quæ colliguntur.ꝟ.de deci.ad audientiam.licet idem notet post Hostien. Nouel.de sagitta.c.vnico. Vnde dicit illud se credere quòd illud primum dictum Nouellæ non est verum, quia sententia debet continere absolutionem vel condemnationem.ij.q.vj.diffinitiua. Sed illud loquitur de diffinitiua sententia, nos verò de sententia excõmunicationis, & etiam quantũcunq; opinionem teneas satis continet condemnationem, videlicet ad inflictam pœnam ipsius contumacię qualiscunq; sit. Itẽ quia hæc sentẽtia in scriptis, & ex causa proferri debet vt in.c.cũ medicinalis §.j.de sen.excõmu.quod inferior tollere non potest. vigesimaquinta quæstio.ij.institotionis.licet Papa hoc posset.xcijj.di.si iniquus.vt dicit se collegisse de testi.cogen.c.j.secundum Specu. & Gof. Quia Papa de nullo aliquid facere potest de pact.cum pridem. In eo enim sufficit sola voluntas pro lege habenda: vt.l.digna vox. Sed hæc verba prolata à Papa habent effectum.sed hoc nõ valet, quia tẽpore istius decretalis nõ emanauerat.c. cũ medicinalis. Tũ quia causa expressa est:nec apparet quòd scriptura non interuenerit,nec ex eo pẽdet difficultas nec videtur aliquid speciale in Papa, cùm nec ipse exequendo disponat vt in dicta cle. si summus. & quia iura ad hoc allegata. ꝟ.&.ſ̄. æquè vrgent. aliàs vigent in priuato.

¶ Paulus verò distinxit,an cum dictis verbis nullus ei communicet,proferantur verba dispositiuè implicantia actũ excommunicationis:& tunc sit excommunicatus, & sic intelligatur ista decreta.an non & tunc secus.Martinus de salua stabat cũ distinctione Nouellæ & probat primum membrum per literam istius decretalis. quia dicitur nullum tali cõmunicari debere,ex quo sequitur illum excommunicatum. Da oppositum,non subditi qui ex tali mandato ligari non possunt de consti.c.ij.libro sexto.ei poterunt communicare cõtra mentem istius decretalis. Item quia separatus à communione fidelium separatus est à communiõe ecclesiæ, cum ecclesia nihil aliud sit,& si sic ergo & à sacramentis ergo excõmunicatus. Item quia interdicto vno de principalioribus effectibus videntur alij interdicti secundum sensum verbis à canone accommndatum: vt de priuile.libro sexto. c. si Papa circa medium. ibi cũ dicit vel quòd nõ audeat ibi cathedram colloca-
17 re.Item quia† in his quæ non requirunt certam formam, attenditur sensus & non curatur de verbis vt in dicto.c.præterea. &.c.ex parte.&.c.intelligentia.de verbo. significa. maximè vbi verba non sunt omnino impropria, vt in proposito per lecta & not.in dicta cle.si summus.nõ enim reperitur forma verborum in promulgatione excommunicationis à canone introducta.

¶ Sed in contrariũ oppono,nam in pœnalibus cuiusmodi videtur ista materia à propria verborum significatione non recedimus.ꝟ.de regu.iur.in pœnis libro sexto.cum ibi notatis. Modo Nouella fatetur hanc interpretationẽ propriè verborum significationem aduersari.

¶ SECVNDO quia verba de propria eorum significatione solam exequutionem importantia circa principale negocium effectum dispositiuum operari non debent: vt.§. de præbendis.c.j.in fin.in clementina ne accessorium trahat ad se principale de officio deleg. si super.libro sexto. Modo hæc verba nullus ei communicet de propria illorum significatione soli excõmunicationis exequutionẽ important, quæ exequutio videtur accessoria igitur.

¶ TERTIO quia error patẽs in appellatiõis nominibus viciat dispositionẽ vt ff.de lega.j.l.si quis in fundi vocabulo.de supellect.leg.l.Labeo.de reb.dubijs.le.in ãbiguo. Iam pridẽ decretalem istam commẽtaui.& circa hunc casum sic distinxi, quia aut ex consuetudine & vsu commoni loquẽdi,regionis,vel loci,seu saltem styli,siue fori,potest hæc improprietas excusari,aut non, vt secundo casu sit locus opinioni Ligna. & primo casu opinioni Nouel.

¶ Facit quia mos regionis proprietatem significationis verborum immutat: vt.ff.de fun. instruct.l.cũ delanionis.§.asinam.de le.j.l.si seruus plurium.ꝟ. de sponsa.ex literis.& de regu.iur.inspicimus.libro sexto.& tantum facit stylus respectu vnius auditorij quantum generalis consuetudo respectu totius regionis. Notatur in Cyno.C.quæ sit lon. con. l.ij. & per Nouellam in commento.c.quantò.eod.titu.articulo primo versi.de quarto.argumentum. ꝟ.de cõfir. vtili.c. penultimo. & de crimi.fal.c.quam graui.per quod excuso ordinarios à pœna.c.cũ medicinalis.§ primo. de senten. excommunica. libro sexto.

¶ Super quo vide Henricum eod.titu.si quem.in prima distinctione. Sed non videtur hoc sufficere & primò, quia ex hoc non videtur responderi quis sit verus intellectus istius decretalis,an si hîc lata fuerit excommunicatio vel non, cùm de consuetudine,vsu,vel stylo prædictis,hîc nõ appareat pro nec contra,& sic magis videtur aduersari quàm applaudere huic decretali dicta distinctio.

¶ SECVNDO quia etiam consuetudine,vsu,& stylo huiusmodi cessantibus est verum istud de iure ꝙ in habentibus inter se ordinatẽ & necessariã cõsequentiã disponẽs cõsequẽs censetur disponere antecedens cũ hoc scit & potest.C. de necessaria. finis institu l.penulti.& de excu. tute.l.idem vlpi.in fin.de re iudica.l.quidam consulebant.in fin.& clemen. cùm ei quem.ꝟ.de conces.præbendæ.in fine. Quia volens actum valere videtur omnia velle siue quibus: vt.ff. de acquiren. hæredi.l.illud.de iur.omni.iudi.l.ij.de procu.l.ad rem.&.l.ad legatum.de officio eius cui mandata est iurisdictio.l.j.in fin. de officio delegati.c.j.c.præterea.c.pastoralis.c.prudentum.§.sexta.cum similibus. Modo excommunicatio & excõmunicationis exequutio seu excommunicati euitatio videntur habere ordinem prælibatum. Nam omnis excommunicatus est vitandus,& soli excommunicati vitandi sunt. Sed huic rationi nimis aduersatur: quia imo euitatio à vera excommunicatione recipit separationem: vt.ꝟ.de iudi. cùm sit. cum similibus.

¶ Sed illud facit natura materiæ,quia Iudæi capaces excõmunicatiõis non existũt, vt.ſ̄.de cõstitu.ex literis. Sed ibi non loquitẽ de vniuersali sed de particulari euitatione collegij. Subdistingue igitẽ,secũdũ casum proximæ distinctiõis cõtestando ad mentẽ Pauli quia aut in verbis executiuis est aliquid adiectũ, vel resultat aliquid ex natura materiæ subiectæ vel præcedentium,aut sequentium,ex quo potest animus colligi, excommunicandi

communicandi: & tunc videatur ille excõmunicasse si hoc posit per rationem quam feci. ſ. & sic procedat primum dictum Nouel. & dictum Pau. & notat Hosti. in. c. præterea. & sic rectè loquitur noster textus. cùm enim pro contumacia, pœnam compulsiuam in contumacem promulgare intendens vtitur istis verbis placuit, vt nullus ei communicet donec satisfactione præmi. si fuerit absolutus, vt hic dicitur tam ex causa quàm ex modo animus excommunicandi colligitur, & ideò ille excõmunicatus cẽsetur, sic intelligo istũ tex.

¶ PRIMO, si quidem ex causa animus excõmunicandi præsumitur, quia iste erat contumax, & pro sua contumacia vt rediret ad obedientiam: hoc fiebat, quo casu communiter iudices excommunicatione vti solent: facit quia ex causa di. en di. &c. ĩ. de verbo significatio. c. intelligentia.

¶ Item ex modo, quia dicit donec satisfactione præmissa fuerit absolutus, in non excommunicatoe num sicut in suspenso, vel interdicto ad tempus certum, vel incertum videlicet satisfactionis tempore, vel satisfactione adueniente: nulla indiget absolutione: licet declaratione egeat certo casu imo est hoc speciale in excommunicatione sit lata quòd eget absolutione: quòd & ratiõem diuersitatis inter ista plenè deduxi. ſ. de ętat. & quali. cùm bonæ. in. vj. & . vij. quæstionibus. vbi & de sen. excommunica. cúm desideres. videre potes collecta. Aut nullo modo apparere potest de huiusmodi animo, & tunc fiat leuior interpretatio: vt suspensus, vel interdictus à cõmunione censeatur ad tempus, & non excommunicatus per l. si præses. & . l. si de interpretatione. ff. de pœnis. & . c ex literis. & . c. in pœnis. alleg. Et hoc casu saluetur dictum secundũ Nouel. Lignani, opinio & mẽbrũ secundũ nostræ distinctionis prælibatę. nec dicas quòd isti episcopo episcopatus videatur adimi, quia cõmuniõe eccle. eidem denegata merito prouentus ecclesiastici substrahuntur. ĩ. de appella. pastora. in fine. Quia hæc ratio secundum Inno. infert contrariũ cum alia sit episcopatus alia fructuũ eiusdem adeptio ad certum vel incertum tempus: vt de se patet & non plus de hoc.

¶ SEXTO opponitur contra quintum notabile. videtur enim quòd excommunicatus præstita cautione de parendo mandatis eccle. sit ante satisfactionẽ absoluendus, vt. ĩ. de appella. peruenit. & de senten. excommunica. per tuas. &. c. ad hæc. & . c. ea noscitur. de verbo. signifi. ex parte. § in secundo. & xvij. quęstio. iiij. de presbytero. ſ. de offi. deleg. c. cum cõtingat. ¶ Solutio, hîc erat contumacia manifesta: contraria verò loquuntur de dubia & generali, aggrediendo istam materiã videamus propter dicta Henri. qualiter teneĩ & debet excõmunicatus satisfacere priusquam absoluatur, & hîc primò eijciamus casus indubios.

¶ Primus est de non pœnitente, qui & si satisfaceret nõ absolueretur. xxiiij. quæstio. iij. alijs. ij. legatur de offi. ordinan. c. significauit. de consti. ex literis. à contrario sensu. Saluo casu in quo absolutio etiam confertur inuito. De quo plenè per Calde. in repetitiõe. c. ab excommunicato circa quintam quæstionem principalem cuius excommunicationem omitto de præsenti.

¶ Secundus casus in excommunicato pro tali re cuius exercitium excommunicato interdictum est, & qualia sunt spiritualia omnia, vt quia excommunicatus est. quia non vult ad ordines promoueri, de quo notatur de ætate & quali. quęuis. de cleri. non residen. ex tuæ. Talis enim ante absolutionẽ ordinandus non est, sed cũ canone absoluendus. argu. ĩ. de conuer. coniug. ex publico. ff. de condi. insti. l. mulier. §. j. Notat Innocen. de præben pro illorum glo. penul. Hostien. Abb. & Nouella, ibidem Archidia. & Ioannes Andre. de senten. excommunica. solet. § in prima. super verbo emendat. lib. vj.

¶ Tertius casus est in non soluendo quis non præmissa satisfactione absoluendus est, eo modo quo legitur & notatur ĩ. de sol. c. Odobardus.

¶ Quartus casus est in excommunicatiõe à canone lata principaliter propter contemptum dei, quia tunc datur absolutio ante satisfactionem. de hære. excommunicamus. j. & . ij. & . c. ad abolendam. in principio. Faciunt notata Innocen. de temporibus ordinan. ex tenore. & idem si lata est ab homine. de his quæ vi metusve cau. fiunt. c. j. vbi de hoc per Host. & Nouel. de senten. excommunica. licet, postea agere debeat pœnitentiam. de commissa. vt in dicto. c. significasti. & alleg. c. per tuas. de senten. excommunica. in fi. Sunt & alij casus indubitabiles eijciendi, in quibus ante omnia satisfactio necessaria est. ¶ Primus est in excõmunicatione lata à canone propter delictum proximum, aut ecclesiam principaliter concernens semper intelligendo de soluendo. De proximo habes. ĩ. de senten. excõmunica. c. ea noscitur. & . c. parochianos. de rap. r. j. de vsuris cùm tu. xxiij. q. vltima pessimam. & . ſ. de restitu. spo. Pisanis. De ecclesia habes. ĩ. de senten. excommunica. c. cùm desideres. §. fina. & . c. conquesti. Notat. Io. aj. q. vij. accusatio in glo. penultima.

¶ Secundus casus est, in excommunicatione lata ab homine ex offensa manifesta proximum, vel ecclesiam principaliter concernente. Et idem si pro contumacia manifesta proximũ, vel ecclesiam; vt prædicitur principaliter concernente. His enim casibus æquiparo offensam ecclesiæ offensæ proximi. vt ĩ. utu. primo. c. ij. & . c. conquestus. in fine. Vbi hoc notát Ho. & Nouel. & probant vtrumque membrum. c. cùm cõtingat. . c. per tuas. c. solet. & . c. ex parte alleg. & . c. venera. § porrò. & §. idem est. & §. secus. de sen. exc. li. vj ¶ Et his exclusis restat vnus alius & solus casus dubius, videlicet de excommunicato ab homine pro offensa, vel cõtumacia dubia. Sed iste adhuc satis clarus est, videlicet quòd sufficit cautio sine alia satisfactiõe vt prædixi vt in iuribus pro contrario allegatis. cũ notatis. Ber. & Host. ac Nouel. in. c. ea noscitur. & . c. peruenit. & . c. per tuas. ac Ioan. in. c. de præsby. alleg. facit. c. venerabi. § idẽ. est etiam primo responso: & æquiparaui contumaciã & offensam, quia & manifesta cõtumacia manifesta offensa dicitur, vt in dicto. § secus. Quod tenent Bernar. & Hostien. de simoni. ad aures. & Hostien. hîc. & de offic. delega. querenti. & Innocen. & Hostien. in dicto. c. ex parte. & Archidiac. de offi. io delega. c. finali. Super verbo expensas libro sexto. vbi de hoc & Petrus Abbas & Nouella, vt lit. non contesta. quoniam. in fine. & Nouella de appellatio. qua fronte. De hac materia in Spe. de contumacia. § nunc dicamus. ver. sed nũquid excommunicatus. Et est ratio diuersitatis inter Deum. Quia Deus facilius remittit iniuriam quàm homo, & ideó ecclesia triumphans nulli claudit gremiũ suum: vt. C. de sum. trin. l. inter claras. in fine. ĩ. de hære. super eo. libro sexto. Notat Hostien. in summa. vt lit. non contesta. § j. in fin. sub. § contra autem hæ duæ.

¶ Et clarius de conuer. coniu. c. vltimo. assignando rationẽ quare in fornicatione carnali non repellitur, alias & melius compellitur maritus recipere vxorem etiam emendatã, sed in spiritualibus compellitur, vt ibi legitur & notatur. Quia in spirituali fornicatione infertur iniuriam principaliter deo quis de facili suam remittit iniuriam. argumen. in authentica vt nõ luxu. contra na. in principio. coll. vj. vbi dicitur quod delinquentes qui corriguntur suscipit Deus. In carnali verò fit principaliter iniuria homini. s. marito. Vnde talis lectũ viri dicitur maculare. & vxorem coinquinare, vt iam viro non sit licita sed adultera. xxxij. quæstiõe. j. in cõiugio. Homo autem non ita de facili remittit illatam sibi iniuriam sicus Deus & multò minus maritus, qui de talibus indignatur, vt. xxxij. quæstione. vj. indignantur. & . ff. de adul. l. si vxor. Est & alia ratio, quia pro quolibet peccato mortali datur regulariter pœnitẽtia. vij. annorum. Et hæc satisfactio debet fieri de peccato. vj. q. j. quicunq;. xxxij. q. j. c. vltimo. Vnde periculosum esset cuilibet & nulli vtile quod tamdiu remaneret excõmunicatus, vt notat Hosti. in summa de senten. excommunica. § & qualiter hæc absolutio. sub. § secundũ vbi de hoc. Tenet tamen absolutio præstita ab excõmunicatiõe siue pro offensa siue pro cõtumacia, cõtra prædicta & formã. d. c. ex parte. lata licet secus de lata cõtra formã datã ab homine, vt in. d. c. Pisanis. vbi hoc tenet.

¶ Goffre. & Abbas hîc & Specu. titu. de contu. §. nunc dicamus. versiu. sed pone excommunicatus. & Archidiaco. xxiiij. quæstione. iij. comperimus. in gl. fina. de hoc per Henricũ de officio deleg. cùm contingat. q. vltima. & de hoc specialiter qualiter potest absolui quis parte non vocata, dedi etiam remissiones in expositione literæ, in verbo. *satisfactione*.

¶ Iuxta hoc quærit Collect. quid de absolutione metropoli. à sententia suffraganei, dicit clarum esse quod non valet facta parte non vocata per. c. Romana. in fin. de appella. nisi periculum esset in mora vt in dicto. c. qua frõte. Sed ego dico contrarium esse clarum, videlicet quòd lata tenet, ferri nõ debeat si est ad eũ ex causa probabili & in forma debita appellatum vt in dicto. c. venerabilibus. §. vbi autem.

¶ SECVNDO quæritur de absolutione ad cautelam, & dicit Archidiaco. tenuisse in dicto. c. Roma. quod potest fieri parte non vocata quod dicit mirandum, cùm contrarium sit expressum de senten. excommunica. venerabili. de quo ibi videbitur de hoc per Hostien. in dicto. c. qua fronte. Hoc verum est nisi fieret contemplatione negotij seu causæ, de qua agitur. Sed super hoc vide Cardi. in. d. c. venerabilibus. in fine magnæ glo. Remittit ipse ad collecta sua de testi. veniẽs sic dicit posse intelligi notata Abba. hic & Specu. titu. de citatione. §. nunc dicamus. vers. sed nunquid. tenet tamen absolutio facta ad cautelam parte non vocata secundum Abbatem hic & Collect. Quia sicut ligat excommunicatio, sic absolutio tenet. Vide Archidiacon. j. quod metus causa. c. primo. de hæreti. vt officium. libro. vj. & dicto. c. cùm desideres. per Ber. licet Hosti. contra in summa de senten. excommu. §. qualiter. & de app. c. quæstionem. de hoc per Io. An. in. c. Romana. in fin. Dicit tamen quòd attentans ad quem est deuoluta causa per appellationem non potest declarare sententiam nullam, nisi prius cognito de causa appellationis, de quo. s. per Ioan. Andre. in. c. venerabi. Remittit ad collecta sua in c. cùm desideres. Tertiò secundũ eum, patet ex dictis quem posse excõmunicari pro vna simplici contumatia quando videlicet illa est manifesta: vt hîc aliâs: non vt. xxiiij. quæstione. iij. de illicita. vbi vide Io. de senten. excommu. c. statuimus. libro. vj. vide Inno. de accu. ad petitionem. dicit autem non esse contumaciam manifestam, ex eo solo quòd citatus extra iudicium dixerit non comparebo. ¶ Secus si in iudicio hoc dixisset, vt dicto. §. secus à contrario. Licet Archidia. contrarium ibi notet, cuius sententiam dicit posse habere locum vbi notoriè extra iudicium sic contineretur, & ita notatur in Specu. de citatione. §. viso. in principio. vbi notatur quòd notoriè contumax non est citandus. Super quo vide Hosti. de dolo & contuma. c. fina. Quia notorium per rei euidentiam extraiudicialem confessio iudicialis & sententialis parificantur de cohabitatione clericorum. c. vestra. & c. fina. vel si coram officiali citante hoc dicit aliâs diceret de appella. cùm parati. De hoc dicam in clemen. si ante de dolo & contu.

¶ QVARTO dicit quod id quod hîc notat gl. sustinentem excommunicationem per annum priuandum fore beneficijs suis. Licet quidam hoc intelligant indistinctè siue in criminali siue in ciuili causa fuerit excõmunicatus, vt dicit Ho. in summa de dolo & contuma. sub rubricella de contuma. §. finali. intelligẽdũ esse cũ criminaliter, vel ciuiliter de crimine agitur & sic loquuntur. xj. quæstio. iij. rursus. & c. quicunq;. vt notatur in illis. & intelligit hoc de priuatione per sententiã vt notat Archidiaco. in dicto. c. rursus. licet id litera innuat quòd imo ipso iure. Inno. vide de ætate & qualitate. c. cũ bonæ. & j. de resti. spoli. accepta. vbi dicam. Et ad contrarium quod fini huius decretalis obijcit de. c. pasto. j. de app. Respondet quòd ibi loquitur de suspensione in depositiõe. de

¶ Iuxta præmissa quæro in quo cõmissa fuit manifesta contumacia quã hîc supponimus. Dicit Collect. quòd in hoc, qa iste episcopus promiserat subaudi secundum eum in præsentia iudicis in prouinciali cõcilio respondere & de cõcilio ante causæ suæ decisionẽ recessit sine licentia ipsius cõcilij. xviij. dist. si quis autem. xj. q. iij. certum. Super quo videantur lecta & notata. s. de offi. deleg. consuluit. vnde dato quod pœnitere potest non licuit sibi recedere secundũ Nouel. & Host. vt dicit. Ex quo videtur quòd citatus ad curiã ad omnes & singulos actus vsque ad sententiã inclusiuè comparens semel & post recedens à sententia diffinitiua lata postea cõtra eum non appellat. Super quo habes glo. in clemen. causam quæ. de elec. & in clemen. si ante. de dolo & cõtu. vbi dicã. Et hoc verum quod sic recedens manifestus cõtumax reputatur cũ citatus est ad totam causam certo loco finiendam: & in illo comparens coram iudice post sine iudicis licentia ab inde recedit & sic intelligitur ista decr. Secus si citatus esset ad certũ actum: nam illo actu expedito licet ante finem causæ recedẽs non esset cõtumax: imo esset citandus postea ad singulos actus per notata in. c. eum qui. de dolo & contu. li. vj. Sed nunquid talis citatio videtur grauamen inferre? videtur quòd non vt. j. de dolo & contu. c. venera. & de elect. statuimus. libro vj. Sed illę decretales loquuntur in causa apud sedẽ Aposto. terminanda & hic. sed hic loquitur in causa per concilium expedienda in quibus forsan secundũ aliquos notari põt specialitas. Satis enim durum prima facie videretur quòd ad instantiam vnius iudicis forsan inordinatè cũ longis dilatiõibus procedente quis cõpelleretur tam longo & cõtinuo tempore distare a loco proprio & negotijs suis pro vna causa forsan leui. Sed dicam de hoc in dicto. c. venera. hoc tamen videtur ex ista litera colligi: & satis esset rationabile, quòd citatus & comparens ad certum actũ ante illius expeditionem & iudicis de tribunali recessum discedens contumax est manifestus: nam deliberatiõem iudicis expectare debet. nam in actu quolibet quantũcunq; modico saltim deliberationem requirẽte, sicut sunt actus iudiciales. C. de dilatio. à procedente. cum ibi notatis. Tempore pro deliberatiõe egemus: vt. l. di. ponderet. Peius agitur est venire seu veniendo inchoare & non perseuerare quam ab initio nõ venisse seu inchoasse: quia non veniens potest excusationem prætẽdere, quã recedẽs allegare non potest, vt hîc patet. ¶ Supple glo. in. ij. glo. *ordinationes*. ibi quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto esse. i. omnem sanctificationẽ. *& in fin*. s. de sacra vn. c. vno. circa princ. ver. de secunda ibi: *nos vnctionem*. & c. & Io. xiiij. ibi sermonẽ quẽ audistis non est meus. Hosti. Sed dicit Collect. se nõ videre casum hîc poni pro casu. Sed primò ponitur secundũ literam. *quem*. licet non secundũ literã. *quoniam*. in glo. iij. ibi: *tractantur*. xj. q. j. relatũ. allegat Hosti. xviij. di. propter. j. & ij. In glo. *expirari*. ibi pastora. & de rescrip. c. dispendia. libro. vj. In gl. *sed nonne*. ibi: *videtur quod sic*. Scripsi. s. in. iiij. oppositione. In gl. loquitur ibi: *hodie vero*. melius diceret hodie ergo, sed aduertabatur ad glo. anima. quo finitur post prin. ibi: *sed episcopi forte*. & ibi offensa. & manifesta cõtumacia vt dicto. §. secus. in glo. vltima ibi: *admatur*. aliàs *admatur*. nisi crimen esset notoriũ de accu. residentia, aliàs euidentia. Hosti. vel nisi ageretur de fœdere matrimonij. j. vt lit. non cõtesta. quoniã propter suspitionem. tamen lapidationis quandoq; interdicitur administratio, de officio delega. venerabi. Goffred. & in fin. & dicto. c. cum bonæ. de ætat. & qual. & c.

¶ SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non potest constituere procuratorem & constitui.*

¶ CAP. II.

DEcernimus. Nõ eget summario. habet tria breuia, dicta & sic tres partes, secũda ibi. *episco*. tertia ibi: *nec populo*. & hic ero breuissimus. Quia materiam huius decreta. examinaui. j. de procuratoribus. capitu. primo libro sexto in tribus oppositionibus primis & hoc de diuisione.

¶ Expone literam, *decernimus*. hoc verbũ ponunt iura cùm decernitur casus non dubius, & quia nouum ius producunt: vtimur verbo statuimus. & qñ antiquũ renouant verbo renouamus

uamus Francis. *ecclesiastica*. spiritualia videlicet vel annexa vel etiam personalia clericorũ etiam si episcopus consentiret. ĩ. titulo. j. significasti. nec generalem administrariõem possunt laici, & maximè de spiritualibus vel de iurisdictione super clericos secundum Innocen. & Hostien. *tractare*. scilicet non nomine quam ius habentes in eis. x. quæstiõe. j. c. j. ij. & iij. nomine tamen ecclesiæ tractare possunt. s̃. de syndico. c. vno. secundum Innocen. & dicto. c. j. de procura. libro sexto. Et est simile quod de filiosfamiliàs dicitur eod. titulo. qui generaliter dicebatur in antiqua. *terminaretur negotia*. i. causas. negociũ eñ in iudicijs negociatio in cõmertijs de ver. sig. forus pe. Vnde dicebat Francis. quòd vt decret. tit. adaptetur, de iudiciali bus debet intelligi, nõ de extraiudicialibus. & põt hoc exemplificari per sequẽtia capitula secũdũ eũ. *præsumant*. vocant ñ quãdoq; ad auxiliandũ. De hoc. s̃. de offi. Archi. c. j. *Archiepiscopi*. in antiqua erat *Archidiaconi*. & ideò fortè illud verbũ substractum fuit, vt detur intelligi nõ omnem Archidi. esse prælatum illum saltem qui nõ per electionem assumitur, sed per episcopum inuestitur. lxiiij. dist. quorundam. quandoq; enim eligitur. xciij. dist. legimus. Goff. & est hîc figura hysteron protheron, sic. ĩ. e. ca. nouit. ad finem. Hostien. videlicet propter præposterationem: quia præponit Archiepiscopis episcopos & abbates. *iudicio*. i. authoritate. cõsiliũ eñ requirere possunt immo & eos accessores habere vt. s̃. titu. j. contingit. Hosti. & notatur ibi in oppositione & suppletione gl. vltimę. hîc coniunge *infliction*: quam si impediãt excommunicari possunt. de offi. ordi. c. j. de offi. deleg. c. j abb. Imo quandoq; sunt excommunicati de immu. ecc. quoniam libro. vj. *exercere*. nam Dei super se prouocat iram, qui magis timet hominem quàm Deũ. xj. q. iij. c. quatuor. & c. quisquis. Gof. Lignanus vltra præmissa solùm dicit quòd laicus nõ potest esse vicarius episcopi: quia vicarius habet iurisdictionem ordinariam, de consue. c. ij. & de appella. Romana. libro sexto. Nec œconomus seu administrator bonorum ecclesiæ notatur. xvj. q. vj. in noua. nec deleg. in spiritualibus nisi de authoritate Papæ. Sed bene in causa non spirituali, quia vtitur iuris dictione alterius no. Archidi. xcvj. di. c. bene quidem.

¶ Collectarius dicit primò de vicariatu episcopi idem cum Lignano, videlicet quòd laicus nõ potest esse vicarius nec officialis epi & quod hoc notarunt Pe. & Abb. de cleri. coniuga. c. ij. & quòd bene facit. c. Romana allegatũ in principio. Sed bene syndicus, vt not. s̃. de syndi. c. vnico & per Host. in summa § j. Quod intelligo ad vnam causam, vel ad vnum negotium particulare. Nam non potest esse generalis administratio ecclesiæ vt dixi. s̃. secundum Lignanum & in dicto. c. j. de procura. libro sexto. Quod etiam intelligit Collect. absente prælato. vel beneficiato, aut in minoribus constituto & aliũ generalem administratorem non habente. nam alias de mandato personæ ecclesiæ præsentis & administrationi pręsidentis potest bene temporalia regere de mandato ipsius faciunt notata Inno. de ætate & quali. c. ij. & maximè vbi ad hoc clericus inueniri non potest prout. lxxxix. dist. cauendum. Remittens ad collecta sua de consti. c. ecclesia. Subdit quòd nec talia officia eccle. cõmitti possunt indistinctè clericis, maximè si sint coniunctę personę propter suspitionem, vt legitur & notatur. lxxxix. dist. decenter.

¶ SECVNDO, opinione supposita quę habet quòd ad acceptandum beneficium potest cõstitui procurator quam tenet Archidiaco. in. c. ne captandę. & Pau. in clemen. cum ei quem. Dicit Collecta. quòd ad hoc non potest laicus esse procurator, & quod curia ita tenet. Dicit enim quòd nec ad eligendum de elect. Cumana. & c. massana. & fortius nec ad possessionem beneficij adipiscendam: nisi esset consuetudo, quòd adeptio possessionis temporalium possessionem spiri
1 tualium ad se traheret: quia † nec potest excommunicatus constituere, vel constitui procurator. inducit collecta sua. ĩ. c. intelleximus. dixi de procu. consulti. & quia non potest beneficiũ sibi dari ad firmam, inducit collecta sua de consti. cũ M. & clemen. non potest. de procu.

¶ Fatetur tamen Pau. in clemen. vna. de renun. & in cle. cum ei quam. Et Nouel. in. c. accedẽs de cõces. præben. de acceptatione tenent contrarium. Sed in hoc quòd dicit curiam tenere contra opinionem Pau. hodie nõ est verum. & de hoc dixi plenè in. c. nõ indiscretè. de procu. libro sexto allegato oppositiõe. iij. § quinto infertur. & dicam in clemen. cum ei quem.

¶ TERTIO dicit probabiliorem esse opinionem Hosti. quòd laicus arbiter esse non possit, & dicit Archidi. eam tenere. xvj. quæstione. j. illud scripsi ego. in. c. contingit. in oppositiõe & in suppletione glosæ.

¶ QVARTO quòd potest esse procurator: alias est notarius & melius in causa merè spirituali vt electionis. Recitant opiniones contrarias Hosti. Inno. & Compostel. quas scripsi de elect. quia propter. § statuimus. in. xiiij. quæstiõe in verbo redacta. De quo per Hosti. in dicto. c. contingit. de deci. tua. & in summa ne cleri. vel mona. § quæ sunt. & in Specu. de edict. instru. ver. quid ergo. Ratio sua est, quia nõ prohibetur ferre testimonium in illa: licet fateatur honestius si clericus assumatur.

¶ QVINTO quòd nõ potest esse deleg. etiam in vna simplici causa spirituali, vt puta in causa electionis dignitatis ecclesiæ. inducens lecta & notata. xx. dist. in principio. & quod hic dicitur laicos iudicio nõ disponant & notata Inn. & Ho. hic. Et hoc verum ex commissione episcopi, quia Papa hoc potest. xxxij. quæstione. iij. § verum.

¶ SEXTO quòd nec causam criminalem cleri. potest episcopus laico committere recitans notata & opiniones contrarias Hug. Io. & Lau. xj. q. j. c. ij & Archidi. de cle. cõiuga. c. j. libro. vj. De realibus tamen causis secus. Inducit nota. Ho. ĩ. c. qualiter.

¶ SEPTIMO quòd episcopus clerico cõiugato nõ põt committere causam criminalem vel ciuilem personalẽ contra clericum, argumen. de cleri. cõiuga. c. ij. Quia eorum studium est diuersum, vt dicto. c. in noua. & quia sunt viri seculares sub nostra regula non degentes. xxxix. di. cauendum. Et quia non differt à laico nisi in duobus de cleri. coniuga. c. j. libro. vj. Nec obstat quod potest dispensatiuè benef. cum eccle. sine cura obtinere si clericaliter viuat secundum quosdam per. c. Ioannes de cleri. cõiuga quia non loquitur de beneficio vt est titulus ecclesiæ secundum Hosti. ibi. & in summa § j. Inducit & Inno. ac Hosti. in dicto. c. contingit. quia licet loquantur in laicis: quia clerici vxorati tales reputantur, hoc verum, nisi clerico vel clericis si plures sint consentientibus secundum Archi. in dicto. c. bene quidem. Inducit tamẽ ad contrarium lecta & notata. ĩ. titu. j. c. significasti. & c. ij. & ĩ. isto titulo. c. qualiter. & in Specu. de excep. § potest. Vbi notatur quòd episcopus clericum coniugatum nec ordi. nec delegatum iudicem clerici facere potest. Et idem not. Ioan. ij. q. vj. placuit. dicã in iuribus. s̃. alleg. ¶ Supple gl. in gl. ij. iõ possunt. nũ est cõtrariũ quod notatur in dicto. c. significasti. vt ibi dicam. Franciscus dicebat hoc verũ, cùm non reperiuntur clerici idonei. Allegat notata de relig. domi. c. inter quatuor. ne cleri. vel mona. c. relatum. Tetigi aliqua de hoc. s̃. in dictis collect. & in dicto. c. noo indiscretè. in prima quæstiõe primæ oppositionis & ibi colligitur. Ad hoc. ĩ. titu. j. c. ij. Et adde quòd notatur. lxxix. distinct. § sed quæritur. & ibi spirituales & etiam potestatem excommunicandi & absoluendi quòd episcopus non potest, vt notat plenè Hostien. de offic. ordinar. cap. finali. de hoc. xcvj. distinctione. cap. primo. & ibi Adrianus. & c. cum longè Vincentius. & ibi te quidem. dic vt ibi in fine.

¶ Loquitur decretalis secundum consuetudinem reprobatam supra de consuetudine ad audientiam. in vltima glossa ibi cùm ab ecclesiarum. & dic vt ibi. & c. Sequitur.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Connexa eodem iure censentur cum ijs quibus connectuntur.*

2 *Quid spiritualitas in iure patronatus.*
3 *Laici persona incapax est & inhabilis de iure ad cognoscendũ de causis spiritualibus.*

¶ CAP. III.

QVanto. Nec summam, nec diuisiõem recipit: continuatur tamen secundum Fran. ad pręcedẽs. c. quia dico quod laici nõ tractẽt eccle. nego. Subditur hic quòd causa iuris patronatus est eccle. ¶ Expone li-
1 teram *connexa*, nota quòd † connexa eodem iure censentur cum his quibus connectuntur. ȝ. de constitu. transla. pe. eccle. Dicit Hosti. in curia Regis Angliæ cui scribitur adhuc contrariũ obseruari & ex illo abusu pro eo quòd fortè tunc Rex Angliæ in Normania dominabatur adhuc hodie illud ibid. obseruatur. *valeat*. nec principaliter, nec incidenter qui si sunt le. lator. Sed quare iudex eccle. mãdenter. *diffiniri*. idem in causis pœni. xj q. j. aliud. Opponitur quia propter vnum quodque tale & illud magis vt. ff. de dot. colla. l. dedit dotem. C. de epis. & cler. authen. multò magis. & si quod minus videretur in esse inest fortius quod magis de elect. cũ in cũctis in princi. & præpotẽtius esse debet id quod est dignius & principalius quàm id quod est minus dignum & minus principale. libro vj. de præben. c. pe. de conse. eccle. vel alta. c. vno. & de re. iu. c. accessorium. cum concor. & tamen ius patronatus à quo & propter quod & super quo causa iuris patronatus emanat, respectu dictæ causæ & huiusmodi vt de se patet, & tamen cadit in laicum. xvj. q. ß. decernimus. j. & libro. vj. & in cle. de iure patro. quasi per totum. Vel ergo dices quòd ius patronatus tanquam spirituale non cadit in laicum contra la. vel dices quòd causa iuris patronatus cadit in laicum contra istam decretalem & quòd minus videatur de ipso iure, quã de causa ipsius iuris, probatur lecta & notata de procu. non indiscretè libro. vj. Hic plura per ordinẽ sunt videnda. Primò cuius
2 naturæ est spiritualitas iuris patrona. † Secũdò cuius naturæ est spiritualitas causæ iuris patronatus. Tertiò quæ est ratio diuersitatis quò ad materiã nostræ oppositiõis inter ista. &c.

¶ Circa primum præmitto quòd spirituale quãdoq; strictè & quandoque largè assumitur. Quandoque strictè accipitur secundum quod spirituale appellatur illud solum quod habetur spiritus sanctus, vt virtus gratum faciens, vel quo datur vt sacramentum. Vel quo haberi significatur, vt prophetiæ & potestas miracula faciendi. Largè autem accipitur secundum quod comprehendit, nedum prædicta quatuor, sed etiã ea quæ sequuntur ex sacramentis vt ius decimas & oblatiões percipiendi, quod sequitur ex sacramento ordinis, & etiam illud quod antecedit ad spirituale seu ex quo peruenitur ad illud vt ius patronatus. Quod antecedit ad p̃sentationẽ personæ ad aliquam ecclesiam vel præbendam, & etiam omnis res sacra instituta ad celebrationem sacramentorum & officiorum diuinorũ, vt calix & eccle. ¶ Secundò præmitto quod etiam similiter annexum spirituali quandoque strictè sumitur, vt appelletur id solùm quod est in illo quod est sacramẽtum ordinis, vt est ius decimas & oblationes percipiendi. Quandoque largè vt etiam comprehendat illud quod accedit ad aliquod ius spirituale licet nõ sit in illo vt ius patrona. quod accedit ad præsentatiõem ecclesiæ. Dic ergo quod ius patronatus nõ est spirituale strictè nec etiam annexũ spirituali strictè sumpto vocabulo. Sed largè dici potest aliquo modo ius spirituale sed annexũ iuri spirituali largè sumpto vocabulo, & tale potest competere laico. Sed ius percipiendi decimas, vel oblationes, non competit laico, quia magis est propriè spirituali annexum. Sed competit illi soli qui habet authoritatem à clericis talia percipiendi, vt sunt quidam regulares hospitalarij, & similes vt not. argu. xvj. q. vij. piæ mentis glo. ad intelligentiã. Dicit dominus Martinus de salua quod ius patronatus dicitur spiritualibus connexum, quia dat ius præsentandi quod præsentat ius implorandi officium iudicis. De quo officio notat Innoc. de re iudi. cum Bertholdus. Ius tamẽ tale nõ est merè spirituale: quia laicus illud possidet nec merè temporale, quia de illo laicus non cognoscit, vt hic. Sed mixtum est, quia mixtum temporales & spirituales effectus participat. Dicit tamen quòd magis est temporale, quia à laico possidetur. sed videtur quód imò magis spirituale, quia non nisi ex iuris permissiõe, & de gratia à laico possidetur. ¶ Aduerte nos habemus tria per ordinem, videlicet ius patronatus in se ius præsentandi cõprehendens. Secundò ius ex præsentatione præsentato resultans. Tertiò ius ex admissione seu confirmatione præsentationis insurgens.

¶ Quorum tertiũ & vltimum reputo merè spirituale, quia rei merè spirituali directè & immediatè cohæret, videlicet bene. ecclesiast. Imò proprius loquar diuino officio propter cuius celebrationem tale ius in benficio assignatur. de rescrip. c. vltimo. libro sexto.

¶ Secundum verò ius dico esse non quidem merè & spirituale propriè, sed potius ius quoddam quasi spirituale, non enim dicitur bene & propriè ac de per se ius spirituale: quia nõ est nisi quædã agendi seu offi. implorandi facultas pro admissione & confirmatione præsentatiõis competens præsentato. Sed propter finem ad quem tendit proximè & immediatè & necessitatem consequendi finis dicitur ius quoddam quin seu quomodo in proprio spirituale. Quia si sit idoneus & intra tempus debitè præsentato repelli non potest. Causa enim tendens ad certũ finẽ & ad illũ cõsequentiæ necesse ordinẽ habet, sortitur & alius naturalẽ & denominationẽ illius.

¶ Primum autem ius videlicet præsentandi, qui non habet proximum aspectum ad tertium quod spirituale magis propriè dicitur, non dico spirituale: nec etiã quasi spirituale & maxime quia effect⁹ immediatè ab eo productus scilicet nominatio de per se non est spiritualis vt dixi.

¶ Facit quia licet causa trahatur ad effectum proximum & immediatẽ non. tñ sic trahitur ad remotũ vt. [Hic desunt non nulla, q̃ nulla ratione in exẽplari manu scripto enumerari potuerunt] Sed quia finis vltimus ad quem tendit principaliter merè spiritualis est, cui fini necessariam censetur annexionem habere, cùm sit propter illum finẽ, & non propter aliud institutum, meritò debet dici illi iuri spirituali annexum.

¶ Circa secundum præmitto quod causa non dicitur spiritualis: quia sit res spiritualis. nam siue pro quæstione siue pro cõtrouersia negotio dãte originẽ siue pro ꝓpositiõe siue pro discussione siue pro diffinitione sumatur eo modo, quo dicitur. ȷ̃. de verbor. significa. c. forus. §. j. tamen nullum istorum spirituale dici potest, tùm cadant in laicum vt dicta decreta. non indiscretè. iuncto. c. quãuis. eodem titulo. & prophano modo tractẽtur multis quia sint annexa peccatis pro vt experientia docet. ¶ Sed ideò dicuntur quædam causæ spirituales quia de & super iuribus spiritualibus agitantur. Et quia improprietas ad instar improprietatis introducta ad illius similitudinem regulatur, vt. ff. de adop. l. ij. §. illud. & insti. eod. ti. §. minorem. cũ similibus. Sicut in rebus & iuribus vnum dicimus spirituale & aliud spirituale ãnexum. sicut in causis super eis ventilandis quæ ad eorum instar & similitudinẽ hanc denominatiõis improprietatem recipiũt eadem impropriè. supposita conuenienter, vt dicimus causam spiritualem quæ super spirituali iure & causam spirituali annexam quæ super iure spirituali annexo ventilant. Sed aduerte: quia textus non dicit causam iuris patronatus esse iuri spirituali coniũctã seu annexam. Sed dicit eã coniũctã seu connexam spiritualibus causis, & nõ immeritò: quia ex decisiõe causę iuris patronatus aperitur via decisioni causæ super iure præsentãdi agitandæ quæ spiritualis est. & ideo negari nõ potest quin causa iuris patronatus causæ spirituali sit cõiuncta. Ius enim non potest prętendere præsentatus, nisi vel iuris præsentãdi proprietas, aut illius bonæ fidei possessio tẽpore præsentationis competierit præsentanti vt. ȷ̃. de iur. patro. consultationibus, cum ibi notatis per Innocen.

¶ Ex quo infero quod siue super petitorio & possessorio siue super

ne super petitorio solo, siue super possessorio solo de iure patronatus agatur causa talis dicitur coniūcta seu connexa causis spiritualibus, & ideo per iudicem secularem diffiniri non valet. Nā ab vtroq; simul & etiā à quolibet eorūdem diuisim dependere pōt declaratio iuris præsentati suo casu, vt patet ex notatis in.c.consultationibus.alleg.& ideò cùm hæc decre.indistinctè loquatur, & ratio illius generalis existat montē eius non extinguam per cōmunia iura:& hanc opinionem sequitur do. Marti.licet prædicta non tangat, & dicit quòd ista opinio cōmuniter approbatur per.c.literas. j̃.de iura.calū.cum ibi notatis.& de elect.cùm dilecti. ¶ Et hoc intelligit cu directè de iure patronatus quęritur. Secus enim si quæstio esset de ciuitate vel castro quæ ius patronatus habēt:tunc enim licet processus, sentētia, & exequutio ad se ius patronatus in modū vniuersitatis traheret, tamen nihilominus secularis iudex de tali quæstione cognosceret. Quia non sic cōsiderāda ea quæ sic veniunt ex consequētia indirecta, vt.ff de auto.tuto.l.j. licet etiā incidēter non pōt de iure patronatus cognoscere, vt.j̃.de ordi.cogni.c.tuam.&.c.lator.alle. Et si quæras quare iudex ecclesiasticus cognoscit incidēter de causa spectante ad forū seculare & nō ecōuerso remittit Nouel.ad notata sua post Vinc.in.d.c.lator. super vlti.glo. Martinus autē dicit quòd ista est ratio diuer
3 sitatis † quia *persona laici est incapax & inhabilis de iure ad cognoscēdum de causis spiritualibus. Sed personæ ecclesiasticæ non sunt incapaces nec inhabiles ad cognoscendum de causis ad forum seculare pertinentibus.* Sup quo remittit ad notata Host.j̃.qui fil.sunt leg.c.p venerabilē.§.rōnib^9.de hoc etiā vide Noue.post Vin.

31 dicto. c. cum te. Dicit etiam † ꝙ cum iudex propter cōditionem delinquentis, vt pote senectutis, vel iuuentutis, vel dignitatis possit pœnam legis minuere, vel augere. C. ex qui. cau. infa. irrog. l. & si seuerior. vel propter ignorantiam delictum repentinum, vel rei publicę vtilitatem. Si iudex sic pœnam minuit, videtur conseruare famę ęstimationem. secundum glos. dictę. l. Sed hoc facere debet cum causę cognitiōe, vt ibi, alias non, nēc valet sententia. vt. ff. de mino. l. ordine. Sed hęc sententia non placet Petro de bel. pertica, quia si iudex facit gratiam in vno. s. in pœna, non sequitur ꝙ in alio. s. in fama, quod dic vt ibi notatur in Cyno. q. ij. Et hoc est quod subdit Collectarius. verum nisi ex forma sententię aliud appareret, vt quia iudex dicit aduocato. Remoueo te ab officio aduocandi, vsque ad. v. annos. Ex hoc enim apparet quod vult infamiam remittere. vt. ff. de postu. l. si prætor. secūdū Cy. vbi. ī. ar. de vsu pal. ęstualem. cum similibus. dicam etiam in. c. cum te. Sed an teneatur Episcopus dispensare videtur ꝙ non, vt hic. in. §. de adulter. ibi: *potest Episcopus*. quia verbum potestatis necessitatē non importat, licet secus de verbo debet, quamquam Accursius dicat, ꝙ verbum potest, necessitatem importat, vbi de iurisdictione & vlumis voluntatibus agitur. Quia talia necessitatem in se habent. vt. ff. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. si quis. Simile. ī. e. nouit. ver. non enim. ī. vt ecclesiastica benefi. c. vnico. ij. q. vij. alicui. Et de hoc verbo potest per Archi. l. distin. tantum. Et secundum hoc cum agatur hic de actu iurisdictionis, videtur quod Episcopus ad hoc teneatur. Facit quod legitur & notatur. l. distin. domino sāncto. & c. vt constituere tur. allegato. Et hoc vbi concurrunt causę dispensationis, secundum quod notarunt hic Abbas & alij doctores. de elect. cum ex eo. lib. vj. & c. domino sancto. vbi de hoc per Archi. dicit tamen quod subditus non potest eam petere iure actionis. sed potest supplicare vel iudicis implorare officium. de quo in Specu. de offi. leg. §. nunc ostendendum. ver. sed nunquid ex causa probabili. Facit quod notat Io. And. de verbo potest. ī. de verbo. sig. cupientes. j. li. vj. vbi notat opposita affirmatiuè necessitatem non importat. Sed secus si negatiuè. ī. de for. cōpe. Romana. in fi. lib. vj. Tamen infra. e. c. intelleximus. postponitur post verbum affirmatiuum, & tamen ponit necessitatem. Sic verbum debet quādoq; importat honestatem, & quādoque necessitatem. vt notatur. xxv. q. j. in summa. & quod in casu verbum potest non imponat necessitaté sed denotet consilium, facit quod textus dicit, quod facienda dispendia, dispensatio cadit sub consilio, non sub præcepto. vt legitur. j. q. j. c. præsentium. Tamen Nouella de renun. c. nisi. post Inno. dicit ꝙ imo est debita. vbi tempus & causa requirunt, & peccat qui non facit eam, vt dicto. c. domino sancto. & c. considerandum. l. distin. & . lxxxiiij. distin. cap. j. de quo scripsi in dicto. c. nisi. §. personæ. in septima quæstione. Et de his verbis pōt & debet. vide per legistas. ff. de offi. pręsid. l. sæpe. in prima glo. & de iud. l. nō quicquid. & . C. quo. & quā. iu. l. j. Aduerte tn̄, quia quod dicūt Canonistę dispēsationem debitā, intellige nō personę. sed & rei publicæ seu officio qd gerit p̄latus. Quia ex bono suæ administrationis ad hoc tenetur, dū hoc reqrit necessitas, vel vtilitas ecclesiæ: sicut tenentur & alta suæ ecclesiæ negocia rectè gerere, & suæ ecclesiæ necessitatē & vtilitaté in oībus procurare. Persona tn̄ non pōt dare hoc sibi debitū, nec id tanquā debitū petere iure actiōis vel officij iudicis. Sed debet hoc misericorditer implorare. sic. ff. de aqua co. & esti. l. j. §. permittit. Et sic intellige quod scripsi in dicta. vij. q. Sed de hoc etiā omnino vide qd scripsi. ī. e. c. in. vij. q. Sed vtrū Episcopus sine suo capitulo possit dispēsare videtur ꝙ sic, quia hic dicitur Episcopo, & nihil de capitulo. Eo modo facit. de ordi. ab Episcopo. c. j. & . ij. de cleri. pug. in duel. c. j. de ele. c. si ex eo. vbi de hoc tenet Io. An. & de ętā. & qual. c. vnico. & de fil. presby. c. j. li. vj. Hoc tenet Hosti. de té por. or. dilectus. & idē videntur sentire hic Nouel. & Ligna. Contrariū tamē tenuerūt Hosti de regu. qd Dei tutorem. & Archi. de fil presby. c. j. alleg. eo ꝙ dispensatio est de maioribus negocijs. & . c. iudici. Et ideò sunt non aliena sine capitulo vt. c. sine exceptione. sie nec dispensat. facit. c. nouit. & . c. quāto. de his quę fi. à præl. & notat Hosti. de donat. Apostolicę. Sic no. Io. j. q. v. c. fi. & Ho. de sta. reg. recolētes. dicit Colle. ꝙ primā sententiā amplectit cōsuetudo, & eā hic sequit Ab. Sub dit tn̄ Coll. ad opinionū cōcordiā p̄babiliter posse distingui, dicēdo ꝙ circa maiora debet fieri cū cōsilio capi. ar. ī. e. causā quę. & de p̄cu. c. j. Sed in minorib⁹ secus, & sic distiguit Ho. in sum. de ijs q̄ fi. à prela. §. j. ver. itē pōt. Et pro primo mēbro hui⁹ distin. induco, q̄a Ep̄s Ep̄alé iurisdictioné & alia ecclesię negocia, aut cōmuniter cū capitulo, aut cū eius cōsensu, vel cū cōsilio exercere debet. xv. q. vij. Ep̄s nullus. ī. de ijs q̄ fi. à pla. c. quāto. de excess. pla. c. j. de cōsu. c. iij. qd nō reperio immutatū, hoc casu. ar. C. de app. p̄cipim⁹. in fi. Facit q̄a spāliter in iustificatiōib⁹, & cōfirmationib⁹, est hoc expressū. vt in. c. nouit. & c. quāto. Cuiusmodi effectū habet dispensatio. Et licet iura dicāt simpliciter hoc Ep̄m posse, dico hic eū facere qd cū cōsilio capituli facit de arb. cū olim. de ele. cū in veteri. & c. Sequitur.

Tertiò

¶ TERTIO queritur, an electus in Episcopum possit dispensare in casibus quibus Episcopus posset, Franciscus Vercellen. dicit φ sic, in pœna quam imponere potest. de senten. excõmu cum illorum. dummodo post peractam pœnitentiam, & ante depositionem. Sed post depositionem se us. ij. q. vj. ideò secundũ Vincen. super quo vide de cleri. excõmu. minist. clerici. Sed domino Martino non placet hoc vltimũ, dicit enim φ omni casu quo potest consecratus, potest & cõsecrandus dispensare. Quia licet pœnam actualis degradationis infligere non valeat, potest tamen illam infligendam demendare. de elect. c. suffraganeis. omnis enim dispensatio iurisdictionis est, secundum eum. Sed nunquid Episcopus potest cum criminoso iam deposito dispensare, & si sententia depositionis nulla sit hoc sine dubio potest. de re iudi. cum Bertoldus. Quia ipse ab initio cognoscere potest, cum sit ordinarius. C. quo. & quandu iudex. l. si vt proponis. etiã sine Episcoporum numero hodie de cõsuetudine. De quo. xv. q. vij. Felix. & idem si rescinderetur per viam restitutionis. vt not. Specul de accu. § ij. vers. sed nunquid. & Hosti. in. c. clerici. & Accurs. qualiter. j. Sed si sententia tenet & non rescinditur, dicunt quidam solum Papam dispensare. vt Ber. in. c. clerici. de quo notatur. l. dist. contumaces. Alij dicunt hoc intelligi de actualiter degradato, depositum enim solũ verbaliter bene restituit Episcopus, secũdum eos. notatur. ij. q. vj. ideò. Et hoc sequitur Martinus. Et videtur probare membrum, secundum huius distinctionis. de hęre. vt cum ipsi. ver. nec non faciendi. libro vj licet aliter notetur. vij. q. j. si quis presbyter. de legatus tamen non dispensat sic, quia talia sub iudiciali potestate non veniunt. de offic. vica. c. si. libro. vj. de tempo. ordi. c. cum nullus. § j. secundo responso. Sic intellige Inno. in. c. canonum alleg ibi. sed illud intelligo, quãdo sine causa vel post sententiã, & de hoc plenè in Spe. titu. ij. § nunc ostendendum. vers. nono. Et dicam de hoc in capitulo. clerici. allegato. vbi tangitur per Nouellam in vltima suppletione glosę. & hoc de ista questione.

¶ QVARTO quęritur vtrũ inuito accusatore qui iam probauit possit Episcopus dispensare. De quo tetigi. s. e. c. in secunda oppositione. § Henricus. Illud tamen intellige & modifica secundum notata Nouell. post Inno. s. de ele. dudũ. j. si glo. talis electio vbi tetigi satis leuiter. xviij. q. vide tamen omnino quæ scripsit Nouella de elect. dudum. glo. hoc non facit circa medium. & quæ scripsi ibidem. in. xj. oppositione. & . e. titu. Innotuit. in tertia oppositione. circa quartam difficultatem, ibi tactam. Et his saluis intellige Episcopum dispensare posse, nisi ante dispensationem ex litis pendentia ius esset quęsitum alteri, vt puta, quia alias iam impetrasset beneficium accusati, cum vacaret per depositionem ipsius, tunc & non in pręiudicium iuris alteri iam quęsiti, Episcopus dispensare non posset ar. c. domino sancto. & . e. vt constitueretur. alleg. Non ob, autẽ ipsi dispensationi ius quod potest accusator in accusatione pretendere, quia illud est publicũ non priuatum. In publici autẽ iuris administratione, pręsidet Episcopus & nũ accusator. ar. C. de iudi. l. nullus. ff. de publica. l. licitatio. § quud illicitẽ. de fideicõ. si à reo. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. j. de senten excõmu. vt fame. Sed nunquid cum accusatore qui nõ probauit super pœnã Talbonis vel calũnię poterit Episcopus dispẽsare. Spe. de abol. § j. ver. sed tamen. & ti. de le. § nunc de Episcoporum. ver. sed nũquid. tenet φ nõ. per illud quod tetigi in dicto. § Hẽricus. ver cũ accusatore. puta quia nõ egit pœnitẽtiam, & pręsumitur calumniosus. Sed hoc mirabile quia non dispensatur nisi cũ illo quem cõstat esse criminosum & sic calumniosum & nõ nisi cum correctio, ex regula peccati veniat. qui videlicet in toto vel in parte pœnitentiam egit, sicut egisse potest accusator super crimine calũniosę accusatiõis quẽadmodũ accusatus super crimine de quo dãnatus est, Et videtur vniformis casus vniformis ratio, & p cõsequẽs vniforme ius vtrobiq;. Quis enĩ diceret accusatorẽ homi. idę in probatione deficiẽtem grauius quã verũ homicidã deliquisse, seu plus puniendum esse? Certe nullus. Quis ergo diceret minus cum tali dispẽsari posse non video. Puto tamen quòd doctores præsumpserunt maiorem calumniam seu maioris durationis in accusatore. Non ergo videtur dicendum a id ex deffectu Episcopalis potestatis sed potius ex inhabilitate persone, & præsumptione impœnitentiæ dici, verum quia doctores non possunt dicere hoc circa legem diffinitum, necesse habẽt hic arbitrio Episcopi remittere. de offi. dele. de cau
32 sis. Sicut † & omnes materie dispensationum arbitrarię sunt. ideò videtur mihi illud dictum satis ineptè positum.

¶ SEXTO queritur, vtrum per simplicem dispensationẽ Episcopi censeatur dispensatum in acquisitis & acquirendis ordinibus & beneficijs de quo scripsi. s. e. oppositione. iiij. § Henricus. ver. item. subdit verum Pau. id quod ibi dixi dispẽsatum per Episcopum non habilitari ad Episcopatum, dicit hoc, locũ habere casu quo dispensatio fieret in actu imminẽtis probationis, alias promotionis ad Episcopum, vt puta cũ deberet postulari vel eligi, & ita videtur notasse Innocẽ. licet sub dubio fortè. s. de postu. prela. c. si. in glo. ij. q. post mediũ primæ columne. ver. item postulandi. Sed si actus promotionis non immineret tunc dispẽsatio effectũ suum quo ad Episcopatum operaretur, secundum eum. Et est ratio: quia cõcessum est simpliciter Episcopis dispẽsare, & est ista concessio iuris merè gratiosa. igitur. ar. eius quod dictum est. s. de beneficio iuris latè interpretando. Non enim oportet quod ille qui dispensat habeat potestatem conferendi illam dignitatem, ad quam dispensat, notat Inno de elect. Innotuit. glo. ij. ver. quidam tamen. & Hosti. ibi post eũ, & placet hoc domino Martino. Plus dixi quandoq; non videri mihi in iure hęreticum dicere Episcopum dispensare posse, etiam in actu promotionis, vbi aliàs dispensare potest cum in hoc casu id non reperiatur specialiter interdictum, & sit infra scriptam regulã concessioni & beneficiorum fauorabilem interpretationem requirendam, & per consequens, non admittẽdam exceptionẽ, quę non reperitur expressa. de maio. & obed. c. solitæ. in fi. de coniug lepro. c. ij. de priuile. quia circa melius. ff. ex qui cau. ma. l. nec non. § quod eis. ver. quę clausula Super quo omnino vide, quod scripsi. j. e. in. xij. quæstiõe. Sed nunquid per dispensationem Episcopi tollitur criminis infamia, quæ ex crimine contracta erat. videtur φ non, per ea quę leguntur. ij. q. iij. § hic autem colligitur. vbi dicit Gelasius Papa. quãquam animas saluare possumus, infamiam tamen abolere non possumus. Ioan. tamen in dicto. § glo. j. & c. domino sancto. glo. ex
33 verbo tenent, † φ in omnibus criminibus, in quibus Episcopus dispensare potest, potest etiam tollere infamiam. Ian. Hosti. & alij. in. c. cum te. tenent contrarium. vt tetigi. s. j. in penn. se. undæ quęstionis. Et dicit φ licet Episcopi nedum quo ad beneficia & ordines, verum quo ad testimonia, & accusationes & cætera alia in criminibus quę ipso iure alias quam per condemnationem vel confessionem iudicialem iuris infamiam non irrogãt ante confessionem vel sententiam. Et in his in nuibus etiam condemnati non damnantur de iure quo ad effectus iuris, quæ proueniunt ex infamia facti illam tollat. vbi ipse dispensare potest: nunquam tamen infamiam iuris in casibus quibus contracta est tollere potest, sed contra eam restituere, quod si de facto fecerit cum talis dispensatio non valeat, dispensatus pro non dispensato habebitur, & ita repelletur ab ordinibus, beneficijs, honoribus, & officijs publicis, v à testimonio & accusatione tanquam infamis.

¶ Probat quia hoc non est iure cautum, solum enim est cautum de principe, & senatu, quod ad famam restituere possint. vt. C. de sen. pat. lege prima. & vltima. & secunda quæstio. tertia. § vltimo. circa finem. & . § de qua allegato.

¶ De Episcopo autem non reperitur quod habeat ius senatus. l. licet hoc bene reperiatur de cetu dominorũ Cardinalium

¶ Cetus ergo ille restituet bene famam, licet hoc non possit Episcopus. lxxxxvj. distin. Constantinus. Sed ista est vna bene simplex imaginatio iudicio meo, videlicet φ collegiũ Car. succedat in iurisdictiõe, quã olim habebat Senat⁹ Romanus quia sic haberet vniuersalẽ iurisdictionẽ in temporalibus quã

n⁊ habet etiam Papa.ī.eod.nouit. Nec dictum.capi Constātinus.hic probat verum licet dominus Martinus approbaret opinionem Ioan.tanquā benigniorē tamē in.c.cū te. appro-
34 bat opin.Inno.tāquam meliorem. Queres tamen † nunquid criminosi notorii, sunt infames? & dico tibi ꝙ sic infamia facti sed non infamia iuris, nisi fuerint cōdemnati, aut confessi vel cōuicti in iudicio, nisi in casibus specialibus in quibus reperitur cōtrarium specialiter iure cautū.vt.ff.de his qui no.infa.l.j.§.qui furti.&.l.athletas.§.fi.cū.l.se.& se. Et de hu vide per Pa. in cōmento.c testimonium.ī.de testi.& de his ibi dicā & in c.cum te.&c. Sequitur.

¶SEPTIMO quæritur vtrū Episcopus in casibus in quibus dispensare potest, ad dispensationem teneatur. Sed super hoc vide quod scripsi in secūda quęstio.§.sed an teneatur. vsq; ad.§.sed vtrū. Facit ad materiam, quod scripsi in expositione literę.in verbo potest. Lignanus sic distinguit, aut nulla subest dispēsandi causa, & tunc teneatur imo nec debeat dispensare. Aut subest, &c. & tunc secus. Primū membrum satis videtur verū, quia dispēsatio nunquā debet fieri nisi iusta & certa causa exigente.j.q vij. & si illa. Notat Hostien.in sum.de poen.& remis.sub rubrica.de remissionibus.§.quot sunt species.sub.§.prohibita. Imo etiā oportet ꝙ illa causa sit magna, quia gratia eget negociū multū.i.magnū esse.j.q.vij.c.tali.grādis enim debet esse necessitas, quę habet excusare quod cōtra legē fit.de cōse.di.j.c.sicut.vt not. Archid.in.c.licet canon.in glo. dicūt qui dē alleg. Dum tamen subest causa magna & sufficiens peccat si nō facit & hoc modo teneri dicitur, Imo adiri potest superior.quod intellige in modū supplicationis & vide Archi.j.q.vij.exigūt.&.c.vt cōstitueretur. Sed quę est causa sufficiēs dispensandi? dic ꝙ necessitas, vel vtilitas Ecclesię hoc requirēs vij.q.j.c.scias.lv.di.ceno.in fine.ix.q.j.c.ij.in fi.& de elec.c.nemo.li.vj. Sed benigne iura interpretādo, crederē ꝙ propter prerogatiuam multorū cū aliquo hoc casu post peractā poenitentiā dispensandum foret.ar.predicti.c.vbi dicitur tali cōiugio generati ecclesiasticis ordinibus non applicētur, nisi fortè eos aut maxima ecclesię vtilitas vel necessitas postulet, vel euidens multorū prærogatiua cōmendet sic ergo.ibi equiparantur maxima ecclesię vtilitas, vel necessitas & euidens prerogatiua multorū. Pro quo etiā de pręben.de multa.in fi.& non plus de hoc.

¶OCTAVO quæritur in.§.de adulterijs.ibi: *quæ sunt minora.* quæ dicātur crimina adulterio minora.& quę maiora. Nouella dicit ꝙ restat hoc distinctè, videlicet per quem modum iudicemus crimina fore maiora vel minora q̄ adulterium & vltra hoc nihil dicit. Lignanus dicit Aduerte quia pro peccato quis auertitur à Deo.de poen.di.ij.caritas.xxxij.q. prima. cum renūciatur ideò mensuratur peccatū secūdum recessum à Deo. Secūdo attende ꝙ inter genera virtutū sunt aliquę quę habent obiectū deū, vt fides spes & caritas, ex fide enim creditur, ex caritate diligitur, & ex spe speratur ipse Deus. Aliæ sunt virtutes quæ nō habēt obiectū deum sed bonū morale humanum, ideò cum actus fidei sit credere, caritatis diligere & spei sperare Deum, qui non credit vel diligit Deū, principaliter recedit à Deo, desperās vero non ita directè à Deo recedit licet bene à participatione diuinę Ecclesiæ recedat. Ideò infidelitas obtinet principatum, vitiū vero repugnans caritati obtinet secundū gradū, vt in dilectio vel odiū. sed desparatio repugnans spei obtinet tertiū gra. virtutes autē morales sine caritate: & si deeficacit hri nō possūt.xxviij.q.j.§.vitia.t. Et his opposita vitia nō notāt separationem à Deo scilicet à bono ordinato in Deum, ideò virtutes illę secundū gradum obtinent, & sic de vitijs earum oppositis. Sunt autē quatuor virtutes cardinales principales. Alię sunt non cardinales nec principales, & sic de vitijs eis oppositis iudicare habemus, vnde adulterium quia opponitur temperātię, quæ non est virtus Cardinalis non obtinet principatum, ideò in illo & in minoribus dispensat Episcopus. Sed licet ista aures mulceant canonistis, non multū prosunt, nec dant doctrinam sufficientem in hoc passū, nam secundum hoc sequeretur quòd omnia vitia opposita iustitiæ & prudentiæ essent maiora crimina per Episcopum indispensabilia cum iustitia, & prudentia. Sunt virtutes cardinales in ordine tēperātia priores & pricipaliores, quod fortè esset nec est verū ꝙ temperātia non sit virtus cardinal. Super quo vide ea quæ scipsi.s.de treuga & pa.c.j.in.xiiij.quæstio. Sunt enim quatuor virtutes cardinales secundum Philo.videlicet iustitia prudentia temperantia.atq; fortitudo, vt scripsi in di.quæstio.xiiij. Dicas ergo sic ꝙ cum pro qualitate pœnę regulariter insligantur.& culpis cōmensurantur. vt.C.de poenis.l.Sancimus.&.ī.de his quæ fi.à maio.par.cap.c.quæsiuit.arguendo ab effectu & à posteriori estimare debemus poenam adulterij quę habetur in authētica.vt lice.ma.& auię.§.quia verò plurimas.coll.viij.Signata.C.ad.l.iul.de adul.authen.nouo iure.& in corpore, vt nulli iudi.§.si quando.&.§.adulterā.signific.C.ad.l.iul.de adulte.authentica sed hodie.locus cuius in vno succedit hodie caret perpetuus.vt.ī.de poen.c.quamuis.libro sexto. Et per cōsequēs depositio ab officio & beneficio perpetua, quia suspēsio talis facta, ꝓpter crimē, nihil aliud est quā depositio no. Pa.in cle.j.de priui.& gl.in cle.cupiētes.
35 de poe. Et habem⁹ dicere † ꝙ illa delicta in quibus nō imponitur nisi poena depositionis, censeri debent equalia & similia adulterio, & sic per Episcopum dispensabilia ex similitudine casus & identitate ratiōis. Illa vero in quibus imponitur poena minor depositione, censeri debent adulterio minora, & sic etiam per Episcopum dispensabilia ex fortiori ratione, vt hic. Alia vero in quibus imponitur poena maior depositiōe, estimari deberent maiora adulterio, & sic indispensabilia per Episcopū vt hic. Saluo quòd vbi poena poenā excederet, vel propter scandalum, vel propter exemplū, vel propter aliam causam. vt.ff.de poenis.l.aut facta.in fi.&.q.per totam l.&.C.ad.l.iuliam.repe.l.j. Attendeñ.culparū propositionem non poenarū. Quia poena delictum maius, vel minus non constituit. Sed tale sicut punit, nec ab accessorio debet principalem naturā trahere sed econtra.de conse.eccle.vel alta.c.vnico.li.vj.non enim est potestas Episcoporū vltra restrictionem in iure expressam angustanda.nam cum potestas ipsa clauium, ex institutione ecclesię in eorum consecratione, & institutione sit eis generaliter tradita, iura illam restringentia tanquam odiosa & exorbitantia restringenda sunt. vt.c. peruenit.&.c.ad hæc alleg.& in regula quæ à iure. Si verò sint talia crimina pro quibus non sint certę poenæ institutæ in iure, sed relicta arbitrio iudicantis: Tunc quæ dicantur adulterio maiora, ęqualia vel minora, reputo etiam de arbitrarijs. Et quia in duobus mandatis consistunt omnes leges & prophetæ, videlicet in dilectione Dei, & proximi. Dico quòd arbitrari debet maioritas vel minoritas culpæ pro maioritate vel minoritate oppositionis seu aduersationis dilectionis Dei, vel proximi, & ita plus debet puniri contemptus mandatorum legis diuinæ quàm humanę contemptus dicam hominis & ecclesiastici iudicis quàm secularis, & maioris iudicis quàm minoris, & ledius rei publicæ quàm priuatæ, prout singula potest deducere studiosus semper ab oppositis arguendo.xxxij.di. hospitiorum, & à similibus ad similia.ff.de legi.l.nō possunt.eo modo quo fit in arbitrarum.l.non determinatis.secundum lect.& notata.in.c.de causis.allegato.

¶NONO quæritur, vtrum confessionem factam per clericum coram iudice seculari possit Episcopus per suam ratihabitionem validare. Dicit Lignanus & tetigi supra.quòd non. per regulam non firmatur.& per regulam ratum quis.de regul.iur.libro sexto. Remittit ad notata sua post Innocen. in capi.per inquisitionem. Et hoc certum est, nam iudex verus processum factum per non iudicem ratificare non potest, licet dominus processum, vel sententiam falsi procuratoris ratificet. Quod prosequere vt plenè scripsi supra de offic. delega. prudentiam.in prin.quæsti.v.& in quatuor quæstio.sequen.

¶ Sed nunquid talis cōfessio saltim inducit infamiam, de quo hic in fi.ij.glo.&.ij.quæsti.vj.§.hinc colligitur.& tetigi supra glos.hic.& Gracianus.in.§.allegato.tenent quod non. Sed Petrus Hosti Vincen.& Gof.videntur tenere contrarium.argu.

l.j.&.l.

l.ij.& l.furti.ff.de ijs.qui no.infa.&.j.de re iud.c.cũ te.Exem
ptio enim ciuilis est,& tamẽ infamat,& ideò libertus contra
patronũ de dolo non excipit.vt.ff.de excep.doli.l apud Cel-
sum.§.aduersus.Inno.in.c.per inquisitionem .videtur velle ꝙ
cũ talis inquisitio,aliàs exceptio pro extraiudiciali habeatur in
famiam iuris non irrogat,sed bene irrogat infamiam facti.cu
ius effectus est nedum in obtinẽdis beneficijs,& dignitatibus
impedire,scilicet remouere etiam ab obtẽtis.j.de confes.c.cũ
super de exces.prel.c.quã sit.& de accusa. Episcopus. Sed ob.
de ijs qui.no.infa.l.quoniam.Adhereo tamẽ primo dicto In
no.videlicet ꝙ non irroget infamiã iuris,non enim tanquam
iudicialis.quia vt talis appellatio iure est nulla.vt hic.ar.j.de
reg.iur.non potest.nec tanquã extraiudicialis.quia Cardi.j.
de accusa.c.j.li.vj.Et Accur.in l.quoniã.alle.& Inno.in.c.per
inquisitionẽ.tenent,& bene:confessionẽ extraindicialẽ non ir
rogare infamiã iuris.Nec ob.l.quoniã.quia doctores prędi-
cti eam intelligunt in cõfessione iudiciali. Circa secũdum di-
ctum Inno.credo ꝙ confessio extraiudicialis regulariter irro
gat infamiã facti,videlicet in omni casu quo ex tali cõfessione
grauatur opinio confitentis,apud bonos & graues: dũmodo
apud totã viciniam vel maiorẽ partem vicinię.vt.j.de accu.
vt inquisitionis.in fi.cũ ibi notat.in vltima glo.Et hanc men
tem videtur habuisse hic Ber.in prima glo.Faciũt quę scripsi
de .c.penul libro sexto.vbi plenè reperies de differen
tijs & defectibus infamię iuris & facti. Pręsumo tamẽ in du-
bio ꝙ si publicè & solenniter facta fuerit talis confessio,tali-
ter videlicet ꝙ ad aures maioris partis vicinię poterit perueni
re,opinio eius ex hoc lęsa est publicę.quę lesio nihil aliud est
nisi nota infamię facti,C.ex q.cau.infa.irro.l.ea quę pater & l.
nullã & l.verbũ & l.interlocutio. & .C.de digni.l.ij.libro xij.
Ratio huius promptionis est quia talis cõfessio vilis ex.c.quã
fit all.& habetur pro vera cõtra confitentẽ vt in.l. generaliter
&.c.per tuas alleg.&c.Sequitur.
¶DECIMO quęrit quia dictũ est supra circa primã op-
positionẽ cõnfessionem factã in vno iudicio & ad vnum finẽ
pręiudicare in alio:& ad aliũ finẽ inter easdẽ partes de tali que
stione.Poẽ,quidam agebat cõtra duos debitores suos cõreos
debendi ad certã pecunię quãtitatem quam promiserãt eidem
Illi pretendẽtes de volũtate eius se soluisse Petro nomine illi*
recipiẽti,induxerũt in testẽ quendã executorẽ testamẽti dicti
Petri iã mortui qui hoc deposuit.Quo intellecto egit ille cre
ditor contra huiusmodi executorẽ,ad pecuniam illã & aduer
sus eum hoc negãtem induxit depositionẽ ipsius ante dictã,
Sed respondit ille ꝙ sibi nõ nocet,Quia fuit facta in iudicio
isto,nec ad istũ finẽ,nec vt per principalem nec inter easdem
partes,Queritur quid iuris.De tempore domini Bernardi de
Bosqueto in consilijs Rotę fuit dictũ.q.per omnes ꝙ non po
terat ex illa cõfessione condẽnari per pręedicta,& quia illam
fecit,vt ipse:& nunc cõuenitur vt executor,& quia illam fecit
vt testis de suo sensu corporeo, subiectis & quia res fuit inter
alios acta &c.pro quo etiã facit.ff.de posthu.l.fi.& de aucto.
tuto l.accipientis.Sed si ille Petrus sic de seipso deposuisset &
nunc contra eum vel eius executionem ageretur cũ fortè pos
set ex illa confessione cõdemnari:aliàs depositione.per ea quę
scripsi in dicta prima oppositione.in princ.&.§.j. vsque ad.§.
circa secundã quęstionẽ & pro hoc allegabam pro casu.c.per
inquisitionẽ.Allegabantur etiam notata in feudis quę sit pri-
ma cau.bene.ami.§.sed si qui delator.super verbo perdit.& de
bon.liber.l.qui cũ maior.§.is demũ.ver.& fine.& de inoffic.
testa.l.fi.In cõtrariũ allegatur,quia deposuit testis & ideò nũc
vt parti nomine non debet.ar.notatorum per Inno.de fi. in-
stru.inter dilectos.ver.inter alios.Faciunt notata in.c. per in-
quisitionem in glo.fi.Et quia confessio in vno iudicio nõ no
cet in alio,pręsertim inter alias personas.C.de liber.cau.l.in-
terrogatã.quę ita cõcordatur cũ.l iubemus.e.ti.Crederẽ quã-
tum ad veritatem ꝙ in causa ciuili hoc casu esset locus opinio
ni Inno.positę in.c.per inquisitionem.videlicet quòd si vellet
suam confessionem ad alium probabilem sensum, aut iustũ
errorem allegaret,& illum probaret,audiretur,& sibi nõ pręiudicaret depositio & possit intelligi.l.interrogatã.aliàs autẽ
quòd non audiatur circa huiusmodi depositionẽ,quia hoc es
set maximã eius turpitudinem allegare,videlicet ꝙ deierasset
vt testis.C.de seruo pig.dan.ma.l.si creditoribus. Facit,quia
non licet hęredi venire cõtra iuramentum defuncti.in authẽ.
de iureiur.à mori.pręstit.in princip.coll.v.Faciunt pręmissa
ad.q.per Dominũ Cardin.Ebredunẽ.nouiter mihi missam
P.T.in causa inquisitiõis formatę contra eum super furto cer
tarum casearum per eum facto Martino:ex officio mero in
tormentis & post tormenta confessus est se fecisse dictũ furtũ
Quo audito.M.agit contra dictũ.T in con. vel actione fur-
ti ciuiliter,& probare vult per dictã confessionem. Quęritur
vtrum dicta cõfessio in hoc iudicio probet,visum fuit ꝙ non.
Quia aut vt iudicialis,& hoc non.quia in alio iudicio ad aliũ
finem & inter aliàs personas. Allegationes patent.s.& pręser
tim faciunt notata Nouellę.in.c. Iohannes.de cler.coniu.q.j.
& Cyn C.quãdo ciui.actio.l.vnica.in.vij.quęs.Aut vt extra
iudicialis,& hoc nõ,quia fuit facta absente aduersario.de cõ-
fes.l.si quis certũ.§.si quis absentem.& de inter.ac.l.fi. Et quia
non censetur omnino facta sponte.Sed ex quodã tormẽtorũ
metu.ar.notatorũ.j.de cõfes.c.fi.Et quod dictũ est.s.de tra-
cto inuito coram laico.Pręterea quia notat Inno.in.c.per in
quisitionem tendẽ.ad finem correctionis peccati.& depo-
sitionis propter infamiam,quę insurgit ex cõfessione sola.hic
verò agitur ad finem fiendę cõdemnationis parti aduersę ci-
uiliter,& plenè probatiõis propter hoc necessarię vbi pręsum
ptio confessionis non sufficit ad pręedicta. Et faciunt notata
in Spec.de cõfessionibus.§.ij.ver.decimo.& ver. sed pone ac-
cusator.Facit quia confessio facta in vna causa inter certas par-
tes in alia causa & inter alias partes nõ pręiudicat. vt scripsit
Spec.in titu.de confessis.§.nunc videndum. vers. sed nec con
fessio.&c.Sequitur.
¶VNDECIMO quia de materia dispensationum.s.tra
ctatum habuimus.Subijcio quęstionem Ioan.Cald. Pone Pa
pa cõcessit specialẽ authoritatẽ legato dispensandi cum natis
ex adulterio,vt ad sacros ordines & curata beneficia valeant
promoueri.Item ꝙ idem possit cum natis ex incestu,quęritur
nunquid cũ natis alias nato ex adulterio incestuoso in pręedi-
36 ctis valeat dispensare,videtur ꝙ sic,nam † vbi non subest im-
pedimentũ ex parte agentis vel patiẽtis,aut formę huius actio
nis non debet impediri effectus.de elect.c. postquam.& .c.ni-
hil est.de conse.di.iiij.c.quęris.de bap.maiores.in fi.de procu.
l.filius.iij q.ij.§ tria.post prin.sic videtur in proposito,siue cõ
sideremus istum defectum siue illum. Ad hoc facit quia gra-
tia motus proprij nulli pręiudicans plenissimè interpretatur.
cum maximè nõ agitur nisi de iure principis cõcedentis.vt.ff.
de cõsti.prin.l.fi.de verb. sig.olim.de pręb.si pluribus.li.vj.
de priui.pastoralis.de vsu pal.ex tu.cũ hic quid in lo.pub.l.ij.
§.iuncto.de cõsuetu.cum dilectus.& de priuil. quia circa. cũ
ibi not.C.de bo.mat.l.ij.cum nota.Nouellę.in.c.olim. super
glo.fi.& de rescrip.causam.super glo.penul.Facit de pręben.
si cui.li.vj.in verbo sufficiens.a cõtrario.Inuito.c.si metu mo
do sic videtur proposita.Facit effectus dispensationis per quẽ
diuinus cultus augmentatur.de priuil.c.in his.de constitu.c.
penulti.& quia istud est alienum vicium venia dignum.C.de
natura.liber.l.legẽ.Tertio probatur ęquipollẽdo potestatem
dati à principe huic legato potestati datę a lege Episcopo per
istud.c.§.de adulterijs.ar.in cle.sępe.de verbo.sig.ver. quę oĩa.
Cõstat.enim ꝙ Episcopus habẽs potestatẽ absoluendi in di-
uersis speciebus criminũ si illa cõcurrãt poterit etiã dispẽsare de
sepul.c.fi.Alius enim iste non põt dispẽsare cũ nato ex adulterio
duplicato videlicet ex pte vtriusq;cũmiscẽtis ꝙ non videtur
dicẽdũ.Quarto quia in duplici prole illegitima quarũ altera
ex incestu altera ex adulterio nata est dispẽsaret,vbi ũ quatu
or parẽtũ aĩę polluunt,ergo in vna vtrũq; defectũ patiẽte vbi
nõ polluuntur nisi duę ꝙ minus est,Cũ odiũ paterni criminis
hoc inducatur.notatorũ.de fil.presby.c.ij.lib.vj.facit.quia con
cesso quod est plus videtur concessum minus.de decimis.c.ex
parte.de regul.iur.cui licet.lib.vj.&c.Sequitur.

¶ Quintò de duobus iuribus in vno cócurrentibus sicut de eis concurrentibus in diuersis iudicatur.vt.ff. de ijs qui vt in dig.l.tutor.ad munici.l.Labeo.de sepul.cum quis.ij.re spon. libro sexto.de elect.quia propter.§.illud.versi.insistit.de test. officij.&.c.requisisti.de priuileg. cum capella.de testi.Rainuciu.in fin.&.c.Raynaldus.in fi.de elect. cum inter canonicos.&.c.cum inter vniuersas.de fideicom.l.cum hęres.&.l.hęres.eod.titu.vbi est ratio huius. Faciunt notata de prębend. qui in tantum.de re iudi.c.cum olim.in princip. & quod ibi notat Nouella.super vltima glos.& licet communiter loqui videantur quo ad materiam illius aliàs potentiã qui hoc potest circa alios.per.c.in scripturis.viij.q.j.vbi ex duabus personis arguit Gregor.Idem iuris in vna & idem Augu.de poe.distin.iij.ad huc instant & hoc dicit.l.singularia.ff.si cer.pet. & de lib.& posthu.l.si ita.primo responso.& si non concederetur per vnam dispensationem vtrumque tolli,saltim fateri oportet hoc fieri posse separatim.videlicet,Primo super vno deffectu.Secundo super alio cum eodẽ dispensando.& hoc probatur optimè.ff.de adul.l.vim pacem.§.prescriptióem.& C.de accu.l.qui de crimine.cũ glos.sua. Sexto probatur hoc, ex opinione quę habet Episcopũ non dispẽsare super incestu, nisi quando cócurrit cum adulterio.notatur.xxvij.q.j.virginem.ar.de sepul.c.sacris.cum ibi nota.ff.de libe.& posthu.l.si ita.§.j.de pręben.l.si is cui.libro sexto. Ergo cũ permissum cum permisso concurrit Facit extrauagan.Io.sedes Aposto. vbi propter diuisionem non peritius,&c.videtur casus.ff.de leg.j.l.Tirio textores.in fi.j.responso. Contrarium terminãs Calde.probat.primo.nam cum de actu queritur de sui natura odioso licet aliqua accidẽtia interdum illi actui videantur parare fauorem,tamẽ rei natura in dubio est principaliter pỏderanda vt fiat stricta interpretatio, & nõ larga, vnde conspiratio de sui natura odiosa & ideò prohibita.xj.q.j.coniurationũ.&.c.se.&.C.de sedi.l.vnica.licet interdũ sit ad bonum, & tunc fauorabilis,vt not. Nouel.j.e.exibita.super.iiij.glos. & Archi.de verbo.sig.c.cóstitutionem.lib.vj.Tamen in dubio interpretatẽ odiosa,vt rei natura spectetur.vndecima quęstione prima.si quis clericorum.notat Inno.de schisma.c.j.de elect.c.bone.ij.Sic de materia delicti natura sua prohibita, licet quandoque permissa.de iureiur.& si Christus. In dubio interpretatur prohibita.de transact.c.ij.cum ibi notatis.ar.C. de ijs qui ve.ætat.impe.l.si.ff.de donatio.inter vir. & vxor.l. cum hic.§.si testator.Faciunt notata de elect.si fortè.libro sexto.Inuita regula semel malus.Sed dispensationes quę sui natura odiosę sunt,tam circa dispensandos.de elect.dudum.ij.de fil.presbyte.c.j.&.ij.de prębend.non potest.libro sexto.quã circa dispensantes,propter iuris vulnerationem.prima quęstione septima.§.nisi rigor. Si enim ius commune fauorabile est:ergo dispensatio vulnerans odiosa.octaua quęstione prima sciendũ.maximè in materia ista vbi solus Papa dispẽsat de fil.presby.capitulo primo.libro sexto. Ergo strictè interpretanda & restringenda.de prębend.quamuis.j.de regu.iu. odia.&.c.in poenis.libro sexto.

¶ Secundo quia alius est effectus vnici,alius partium viuentium pro se sumptarum. vigesimatertia quęstione vltima.c. vltimo.in quęst.v.c.discernit.de hom.significasti.ff.ad.l.aqui. l.ita vulneratus.in fi.&.l.item mella.§.si plures. Tertio, nam appellatio diuisorum non cõprehendit vnicã. de sum.trin.c. j.§.exempla.iunctis.xlvj.di.nasci.de cele.missa.in quadam.ff. de le.iij.l.si cui.§.lana.de acqui.re.do.l.quicquid.§.j. Vnde appellatione olei & balsami nõ continetur crisma vnitũ ex eis. de sac.vnc.c.vnico.§.ad exhi. Quarto quia casus omissus relinquitur iuri cõi. vt.ff.sol.matri.l.si cũ dotẽ.in princi.de lib. & posthu.l.cõmodissimè.de ven.in posses.mit.l.j.§.si quis. de rescrip.susceptũ.li.vj.& de ele.c.constitutio. & cle. constitutionem.e.ti.in princi.de tempo.ordi.dilectus. de transla.c.ij. ver.sed non facit, quia cõcessa vna specie,alia nõ videtur concessa.sed potius denegata. Ideò concessa.l.diocesana videtur concessa lex iurisdictionis nec ecõtra.de offi.ordi.dilectus.de prębẽ.cui demũ.C.de procu.l. maritus.ff.de iudi.l.solemus §.latrunculator.Iuncta.l.imperium.ff.de iur.om.iu. sed hoc vnicum cõstituit certam speciem à viuentibus separata.Cum enim ex alia specie criminis quam sint comprehensę in cõcessione legati,iste natus sic alium deffectũ incurrit sicut alia poena hęc species criminis puniẽda foret.ar.ff.de adul.l.si adulterium.Et videtur expressum.xxiij.q.v.c.relegentes.ergo patet diuersum esse crimen.facit.xxxvj.q.j.§.cũ ergo.&.l.si adulterium.allegata.nec est curandũ ꝙ proprium nomen non habet,quia plura sunt negocia,&c.ff.de presc.ver.l.natura enim Nec ob.contraria,nam prima ratio supponit factũ.s.non esse impedimentũ ex parte legati,& secunda etiã qui verborũ ꝓpria significatio in causam cõprehendere non potest. Tertia procedit in coniunctis nõ constituentibus speciem aut ab homine vel à iure cócessis.Quarta facit pro hac parte.qa maius est odium huius criminis,& quia punitur paternũ odium ratione criminis non ratione plurũ personarũ. Quinta locũ habet in cõiunctis ratione cómixtionis vel vnionis non cõfusis,& sic nouã speciem non inducentibus sicut in ijs quę not.ne sed.vac.c.j.xvj.q.j.& tẽporis, Nec est ista vnio licet indiuisibilis per quam fortius trahat ad se & suã naturã minus fortè,sicut quando aqua modica vnitur vino.de cele.miss. cum marthe.§.quęsiuisti.Sed per quã noua species criminis ab alijs separata inducitur.& sic potest responderi ad.l.ticię textores. quia licet seruus sit neruia & textor:nõ inducitur noua species serui,vt probatur.ff.de le.iij.l.seruis vrbanis.in fi.vel aliud speciale in legatis propter eorum fauorem qui nõ subest in proposito,imo odium .Ad vltimũ dicit opinionẽ notatam.xxvij.q.j.virginem non esse verã.vt hic in.§.de adulterijs. super prima glosa.scripsit Nouel.Et hãc opinionem veram ego credo.nã minorũ cõcessio maiorẽ cõcessionẽ nõ infert vt hic.& in.§.de adul.cũ suo intellectus.modo negari nõ põt quin maiorẽ deffectũ patiatur natus ex adulterioso incestu quàm ex solo adulterio vel incestu.ergo.

¶ DVODECIMO quęritur.Nunquid Archiepiscopus vel legatus potest dispensare cũ postulato ad episcopatũ.Tetigi.s.AEgid.super hoc glosam fecit longissimã vide Spec. tit.ij.§.nunc de Episcoporũ ver.sed nunquid legatus mordẽte AEgidiũ.& Io.an.in additione hoc moleste gerẽtem & dicentẽ illũ fuisse sine comparatione maiorẽ. facit ꝙ non.l.ij.C. de ijs qui ve.ęta.impe.indulta.prout inducit glo.de ele. cum dilecti.in princi.& in fin.Et facit.e.ti.c.nihil.quid punit ergo puniri non permittit promouẽtem de dona.inter vir.& vxo. & si necesse.facit de ęta.& qual.c.in dec.de elect. dudũ. &.c. Innotuit.de fil.presby.c.penul. Facit opinio Goffr.ꝙ in Episcopatibus.solus Papa dispensat per.c.Innotuit. Contrarium tenet AEgid.videlicet ꝙ legati,& Archiepiscopi in Episcopatibus dispensant,non vagè & indistinctè, Sed vbi necessitas vel vtilitas ipsius ecclesię illud exposcit.ar. de ęta.& qual. c.tuam.&.c.in decorum.de concel.prębend.cum nostris.de elec.cum nobis olim.in fi.in quantum. ibi patet. ꝙ necessitas & vtilitas dispensationem inducunt. Ad idem de prębẽ.exposuisti.& sic morum probitas deffectũ suppleat.lxxvij.dist. c.vltimo. ¶ Fundat etiam maxime in deffectum ętatis & ordinum suam opinionem quia dispensatio ijs duobus casibus, nõ est eis prohibita:nec est de reseruatis,& specialiter pro legato inducit quòd confirmare electionem vel admittere postulationem,est iurisdictionis & iurisdictionalia quę spectant ad Papam:quę spectant ad Papam competunt legato qui eius vices gerit.de consue.cum venerabilis.ex quo reseruata non sunt expressè.de offi.legat.quod translationem. Ad allegata in contrariũ respondet primo ad leges:dicẽs,ꝙ leges minores dũmodo sint puberes ex causa de necessitate vigente permittunt ad honores promoueri.vt.ff.de decurio.l. non tantum. §.j.& de num.inmu.l.ij. Ad decretalem nihil respõdet quòd de cõfirmatione loquitur,non de dispensatione.Prima enim requirit iuris obseruantiam & secunda inducit iuris relaxationem.Poterat etiã dare instãtiam per.c.q in aliquo.lj.dis.facit quia Turoñ.cõciliũ prohibeat diuisionem prębendarum de pręben.c.maiorib9.ex causa tñ Episcopus illã facere põt.e.ti. c.vacante.

e.vacante.& idem in permutationē.de re permu.c. quęsitū. Et per hoc respondetur ad.c.cum in cunctis.& similia,quę licet determinēt ętatem iustam dispensationē nō prohibent ad decretalē dudum.ij.ver.nos igitur.respondit ꝙ indiscreta, & temeraria fuerit ibi dispensatio propter pluralitatem parrochialium ecclesiarum quę trāsgressionem & infamiā inducebat,nec loquitur in deffectu ordinis vel ętatis. Concludebat autem cōtra tenentes contrariū cum verbis canonis.vij.q.primitias.in fi.quod nō videtur per ius nouū superius allegatū, hęc verba superflua quę casum illū directè nō respiciunt.Spe. vbi.s.distinguit inter deffectū ordinis dignitatis,dicēs ꝙ possunt prędicti dispensare super deffectu ordinum,vt de ęta.& qual:à multis.Super quo vide quod scripsi ibi super glo. sic olim. Allegat etiā Ho.di.nullus in Episcopū,& notata In no.de tempo.or.dilectus. Dicit tamē,ꝙ ecclesia Romana quę tanquā domina,ad se omnia trahit, non permittit cū talibus dispensare:imo Episcopū Paduanū cū quo Patriarcha Aquileg.dispēsauerat,iam consecratū ab Episcopatu amouit. Dicit tamen ꝙ illi in ętate nō dispēsant,imo solus Papa.vt in dicto c.cum nobis olim.nam electiones Episcoporū inter maiores computātur.de appel.vt debitus.in fi.de trāsla inter & est ex prelium.de elect.quāuis.li.vj.& quo ad hoc vide nota.Io.an. de ęta.& quali.c.vnico in vltima glo & super.c.dudū.alleg. in verbo vel in ordinibus. ¶ Aduerte fortè potest aliquid sic imaginari,nam aut ante promotionē iminentē fit dispensatio, & tunc ū de iure permissa fit dispensant,quod dic vt scripsi.s. in quarta oppōne.Proficiet etiam ad Episcopatū si postea cōtingat vacatio & talis ad eū eligatur. vt.s.e.scripsi in.vj.qōne circa priuci.vers.plus dixi. Aut promotione imminēti fit dispensatio & tunc aut queritur an dispensare possit,non habens promouere nec promotionē cōfirmare, Aut quęris de promouente,aut de confirmāte,primo casu adhuc fortè idē dūmodo alius casus huius dispēsationis dispēsati sit à iure permissus, & ante promotionē.Cū hoc non sit aliquo iure prohibitum sed expediens Ecclesię vt videtur si persona alias vtilis est necessaria non est enim hoc nisi tollere impedimētum promouenti vt liberius promoueri possit sicut si Canonici Paris. vacante Paris.ecclesia vellent eligere in Episcopū clericum Carnoteń. fortè adulterij crimine retectum sed correctum, & alias bonum & vtilē, & supplicarent Episcopo Carnoteń.ꝙ cum eo dispensaret,vt ipsum eligere possent. Quod enim alicui simpliciter permissum est fortiori ratiōe videtur esse permissum. Cum fauor & ratio impedimēti tollēdi ac vtilitas vel necessitas ecclesię hoc requirūt.Sed si esset iam electus & sic nulliter vt.c.cū in cunctis.in fi.sera esset dispensatio.vt in regula non firmatur.&.c.auditis.nisi esset postulatus ab eo qui dispensare potest,de quo statim dicā in tertio membro.Secundo casu satis piè & congruè videretur posse dici ꝙ distingueretur secundū opinionem AEgidij vt suadente vtilitate,vel necessitate Ecclesię hoc fieri possit,alias non per motiua ipsius AEgidij supra tacta & nota.Archi.de elect.licet canon,in glo. Dicunt quidā nam iura constringentia promouētes,ad promouendum dignos,& habiles & punientia contrariū facientes,non videntur potestatē dispensandi concessam per alia iura velle tollere,nec dispēsare ab aliquibus aut Ecclesijs quarū vtilitas vel necessitas,dispēsandi expostulat preiudiciū,in dubio generare cū non sint instituta ad hunc finē.vt.ff.si cer.pe.l.non oīs.de ordi.cogni.c.ū dilectus.de preben.cum in illis. in fi.& c.mandatū.cū similibus. In tertio casu videtur distinguendū inter confirmationē electionis,& admissionē postulationis, nam primo casu dispēsatio non prodesset, quia electionē nullam sequens dispēsatio iuuare nō posset,vt in regula non firmatur.&.c.auditus.nec durāte nullitate cōfirmari posset de fi. instru.inter dilectos.§ cum igitur. ¶ Secūdo verò casu si alias cōfirmans dispēsandi potestatem non haberet à iure satis esset clarū quòd hoc casu dispensare nō potest Cum difficultas huius casus de iure hanc non attribuat potestatē,sed circa difficultatē viguerat,vt patet ex dictis. Sed si alias potestatē haberet satis crederem ꝙ saluari potest distinctio Egidij de iure quicquid curia seruet de facto videtur tamen inter deffectū ordinis vel ętatis aut illegitimitatis ab vna parte & deffectum ex proprio crimine prouenientē,ex altera parte differentia facienda:nam patientes deffectu primos nō indifferēter reddūtur ad omnia ęque dispensabiles. Alter enim ad minora & alter ad maiora dispensabiles sunt,vt patet ex lectis & nota. de ęta.& qual.c.vnico. & de fil.presby.c.j.li.vj. & tamē vltimū deffectum patientes quo ad hoc nō videntur distinctionem recipere,hic est ꝙ si forte habentes potestatē cū criminosis dispensandi,à iure vel ab homine cōcessam simpliciter dispēsent operatur dispensatio quo ad minora,& maiora quātuncūq; magna,etiam si Episcopales Archiepiscopales vel patriarchales dignitates existāt, & per cōsequens vt tantū operetur species in specie sicut genus in genere, talis etiam in specie circa huiusmodi maiora specialiter dispensare potest. Nam multū videtur fauorabilis dispositio,reducens rem ad naturā primā vt.ff.de pac.l.itē si vnus.§ quod in specie.& tollens odiosam poenę irrogationē.cū si poenę impositio odiosa est vt regula in poenis & odiosū ius exorbitans & speciale,vt in.l.ius singulare.& in regula quę à iure fauorabile est multū remediū ambo ista tollens per locū ab oppositis.xxij.di.hospitiolum. quicquid scripserim post cal.in proxima questiōe modo hęc est veritas,ꝙ de iure naturali diuino poenitētem ad integritatem casus prioris omnino restituit.l.di.ponderet.&.x.c.seq. Quod ius diuinū & naturale per positiuas cōstitutiões in poenitentibus maculā reseruātes post poenitentiā odiosè & exorbitanter restrictum est vt.l.di.c.vt cōstitueretur.& plenè notat Inno.in.c.ex tenore.de tempo.or.& sic per dispensationē res reducitur ad statū priorem tollitur que odiosa & exorbitans cōstitutio poenam seu deffectum vel maculā irrogās seu reseruans,vt patet ex dictis. Sed nō sic in deffectibus primis, nam de iure maioribus in Ecclesia Dei, post Papā non datur potestas dispensandi ad omnia,sed solum ad minora vt puta: Episcopus.vt in.c.vnico.&.c.j.allega.Et ideò fortè potestas simpliciter data ab homine dispēsandi in illis debet restringi ad minora.vt de pręb.c.si cui nulla.li.vj.nisi fortè motu proprio fieret.vt.e.tit.& libro c.si cuius. Sed ad huc ille casus est mihi dubius,nec mirū nam Ecclesia magis scandalizatur in deffectu illegitimi,cuius natura non est per poenitentiā aboleri,& magis patitur ex deffectu cum lenitatē & cum discretionem causa deffectū huius patientis dispensatio huiusmodi supplere non possit.Hęc autem tanquā omnino bene digesta non scribo,sed vt commoueam studiosos ad melius si occurrerit meditandum.

¶ DECIMOTERTIO quęritur, Nunquid Episcopus faciendo actū in quo dispensare potest, videatur per hoc dispensare videtur ꝙ sic.s.de fil.presby.c. veniens.liiij. dist.si seruus.cum ibi notatis.& quod notatur lj.distin.qui in aliquo lxxxj.distin.si quis sue.& lxiiij.distin.Episcopi.faciunt tamē contra notata.de ętate & quali.capi.permittimus. libro sexto.& Archidia.in.c.licet canon.ac Inno.& Hostien.in.c.veniens.& ar in.c.qui in aliquo.& lv.distinct.poenitentes. & in Specul.titu.ij.§.qualiter.facit de pręben.non potest.in fine.libro sexto.& cle.j.eodem titu Collectarius sequitur hanc partem secundam,videlicet ꝙ non videtur dispensare nisi hoc exprimat.Super quo vide quę scripsi.s.de fil.presby.veniens.in tribus primis oppositionibus,& in prima quæstione & maximè in.§.& inoucantur præmissa ad quæstionem. Excipere tamen videtur Collecta.vnum casum,videlicet an ijs in quibus potest dispensare Episcopus ex sola voluntate,dicit enim hoc ipsum posse in criminibus in quibus sibi dispensatio est permissa,etiam sine causa.& dicit hoc expressum.quinquagesima distinctione clerico arcente ibi amore,&c. ¶ Et hoc casu dicit posse saluari glosas Ioan.primo introductas,& remittit ad notata Hosti.de re iudica. de cętero.hoc dictum si verum sit notabile est & menti tenendum. ¶ Subdit quòd opinio Ioan. notata prima quęstione septima. & si nulla quæ dicit quòd non sufficit causa vtilis ad mouendum ad dispensationem nimis est dura,vnde contrarium videretur vt patet

¶ Secundo prosequendo principaliter opponitur, nam videtur ꝙ ista decreta. irrationabilis, & perniciosa imo sibi ipsi cōtraria in effectu. nam licet in principio dicat, ꝙ non putet aliquis quòd iurisdictionem illustris Regis Francorū perturbare aut minuere intendamus, & infra postea dicat non em̄ intēdimus iudicare de feudo. Cuius ad idē spectāt alias spectat iudicium, tamen in fine decretalis modū introducit, per quē ipse Papa iurisdictionē Regis Frācorū perturbat, & minuit, & per indirectum de feudo cognoscit. quinimo modum introducit ista decretalis, per quem potest absorberi totum iudicium seculare. semper ratione peccati ad ecclesiam recurrendo, nunquid enim agi potest per vnum contra alium, nisi cum vnus contra alterum à tramite iustitiæ deuiare conatur. vt. s. in prohemio quod habet locum secundum veritatem, in quocunq; foro nos loquamur. Deuians verò à tramite iustitiæ nunquid contra iustitiam peccat? & si peccat nunquid sic de foro ecclesiæ efficitur? Pone enim quòd detines rē meā, vel teneris mihi in centum ex mutuo, nunquid si mihi non restituas possim te monere intra me & te, & postmodū adhibito vno, vel duobus, & cōsequenter ecclesię dicere, & sic omnes casus trahere ad forum istum? contra regulam cum quis vna via. Solutio hic est quæstio de modo agendi: vnde dicūt quidam, & secundum Innocen. fortè non malè, quòd non solum ipsi iudices cognoscent, an sit denuntiatio admittenda. Sed etiam de principali hoc modo, dicet enim Rex Angliæ, Rex Franciæ tenet comitatum pictauiæ in periculū animæ suæ cum ad me pertineat, vel contra conscientiam, vnde patet quòd per officium vestrum cogatis eum ad pœnitentiam peragendam. Sed iam obstat oppositio. s. proxima, sed oppositioni respondetur secundum eos. Quia Rex Franciæ poterit respondere non pertinet ad Papam vtrum iustè, vel iniustè dictum teneat Comitatum. Sed solum pertinet ad eū, vtrum contra conscientiam teneam, & in hoc peccem. Ego autem scio quòd non teneo contra conscientiam, & hanc excusationem, & non aliam teneor facere apud ipsum. tunc etiā si Rex Angliæ vellet probare quòd comitatus suus fuisset, Papa siue ecclesia non admitteret probationes illius super isto. Quia licet sua fuerit, potest esse quòd per iudiciū parium vel alio iusto modo facta est Regis Franciæ, vel saltem ad minus quòd eam tenet ex probabili causa, & ita sine peccato argu. C. de rei ven l. fi. ¶ Quis ergo erit modus agendi? respōdet Inno. quòd iste quia Rex Angliæ si probare velit quod Rex Franciæ Comitatum contra cōscientiam teneat, seu iniustè & scienter hoc modo audiendus [illegible] admittendus est. Dicit tamē quòd hæc probatio valde difficilis est. Quia si probet eā suam fuisse, tamen non probat quòd contra conscientiam vel iniustè falsum scienter, vt supra dictū est. Sed hoc nō placet Hosti. qui dicit contrariū elici. C. de proba. siue possidetis. & . xlvj. sed illud. Ex quo enim constat de intentione actoris, nisi probetur exceptio sufficiens in contrarium, actor obtinebit. ĩ. vt ecclesiastica beneficia. c. vnico. Sed quia secundū ipsum Hostien. Inno. & Cardi. ecclesia non debet recipere hanc denuntiationem, nisi in defectum superioris, seu iudicis, vel iustitiæ, vel quia agitur de eo quod in sui natura est malum sicut est violatio pacis, vel alias notorium esse peccatum per confessionem partis, vel alias videretur standum. cum Inno. quem sequitur Io. An. ad hoc. ĩ. ti. proximo cum sit. secundū Collect. Dicit tamen Inno. quòd si ageretur directè quo casu re vera procederet dictum Hosti. sufficeret quòd Rex Angliæ probaret suum fuisse dominium nisi possessor legitimam exceptionem haberet. Dicit tamen ꝙ hoc videtur quod dum agitur in modum istius decretalis. hoc est in modum denuntiationis, semper debet reus proponere excusationem probabilem, verbi gratia si fuit actoris, sic amisit eam: vel pignori est mihi res obligata. Subdit tamen ꝙ excusationem probare non tenetur, imo creditur dicere verum, nisi probetur cōtrarium: qa hic qui denuntiatur, sufficit si suæ cōscientiæ satisfaciat, nec habet necesse ius suum probare, sed si aduersarius vellet probare admitteretur. vt hic circa prin. & idem est vbi est scandalum, vel publicum peccatū. Quid tunc si de peccato constiterit, debet. & de satisfactione. xlv. di. sed idē. ¶ Ad formam istius argumenti respōdetur sic, ꝙ nō cognoscit Papa de feudo, nec absorbet iudiciū seculare, sed solum cognoscit de peccato, nec potest agi corā eo ex quacunq; iniustitia, nisi ex medio & fundamēto peccati, & non nisi ad finem pœnitentiā peragēdi. vt hic probatur ex discursu decretalis. Ex quo infert ꝙ sola iniustitia vel iniquitas non est mediū sufficiens: quia de per se peccatū non infert, qa licet omne peccatum iniustitiā & iniquitatē inferat, quo ad deum, vel quo ad proximū, non tñ omnis iniquitas vel iniustitia infert peccatū. Quia potest esse ꝙ ex ignorantia probabili, quis sine peccato iniustè vel iniq; agat. Verū si probetur faciū quod de natura sua est malū, præsumitur peccatū. vt. ĩ. de re iudi. estote. nisi allegetur excusatio probabilis. Sed puto ꝙ tunc necessariū est eam ꝓbare. nā probata intentiōe actoris, reus qui in exceptione sua est actor, succūbit nisi exceptionē probauerit. ff. de proba. l. in exceptiōibus. in princi. Et nisi actor alleget, & probet factū de natura sua malū, ꝙ verè vel præsumptiuè peccatū inferat, reus nec allegare nec probare tenet aliquā excusatiōem probabilem: quia & si nihil præstiterit absoluet. vt. ff. de proba. l. quotiēs § qui dolo. C. de rei ven. l. fi. Ideò videre nō possum quid velit Inn. dū dicit ꝙ semper debet ꝓponere excusationē, sed probare nō tenetur. Iunge tñ omnino quæ scribā. ĩ. e. c. & in suppletione glo. directè. &c. sequitur.

Primò

¶ PRIMO quæritur de natura denuntiationis, de qua hic loquimur. & quia ex notatis per Inno. & Hostien hic. &. j̃. de censi Romana § sanè. & per Gar. & Gardi. j̃. de relig. domi. c.
19 vnico. li. vj. † Quadruplex est denuntiatio. videlicet euuangelica, iudicialis, canonica, & regularis. Ad quas quidam admittuntur, & quidam repellũtur. Diuido materiam istam in tractatus. v. primus erit de denuntiatione euuangelica. Secũdus de iudiciali. Tertius de canonica. Quartus de regulari. Quintus de personis admittendis, aut repellendis.

¶ Circa primum tractatum de denuntiatione euuangelica, quæritur primo qualiter in ista procedendũ est. Dicit Inn. ꝙ in ista procedendum est per modum admonitiõis, hoc modo, & hoc dupliciter: quia aut peccatum super quo denuntiatio fienda est, est occultũ: aut est manifestum. Si est occultum, vt dum videlicet quis priuatim scit peccatum alterius, tunc enim debet priuatim circa illum prosequi mandatum euuangelicum inter se, & ipsum solum: increpando, obsecrando, & corripiendo, ac peccatum ipsum detestando, vt dixi in textu in verbo corripere. & si corrigit se, lucratus est animam proximi. Si verò non audierit, tunc debet eum habere pro ethnico, & publicano. tamen in priuato tantũ, & in confusionẽ peccati sui, ac suæ incorrectionis, & vt rubore confusus trahatur ad pœnitentiam, debet abstinere à secreta & priuata participatione, seu cõmunione ipsius, vt habes in præallegato. c. si peccauerit. &. xlv. di. neminem. Si verò peccatum est manifestum, tunc præmissa euuangelica denuntiatione, de qua supra & illo inter se ipsum admonito & correcto, si non audierit, tunc debet prosequi mandatum euuangelicum adhibendo vnum vel duos testes, & in illorum præsentia admonẽdo, & corripiẽdo, vt supra, vt hic. & idem putarem si nõ esset manifestum, nisi illis quos secum aduocat. per id quod scripsi in expositione literæ in verbo vel duos. Verum si hanc secundam admonitionem non audierit, ipse denuntians manifestè debet prosequi mandatum euuangelicum, denuntiando crimen eius iudici, & probando per testes, & tandem post sententiam ecclesię debet eum habere pro ethnico, & publicano. Etiam secundum Inno. si non esset excõmunicatus si vt non habeat familiaritatem cum eo. Sed si non est alias excommunicatus. non tenetur eum vitare in oratione, nec in missa, nec in alijs huiusmodi secundum eum.

¶ SECVNDO quæritur quantum ad hoc quis admittit, & tenetur ad hanc denuntiationem euuangelicam. & contra quam personam denuntiatio fieri potest. Dic quòd prælatus tenetur ad eam, & quilibet alius ad eam etiam admittitur saluis dicendis in quinto tractatu, & fieri põt contra quẽlibet in crimine perseuerantem. ij. q. j. si peccauerit. &. j̃. de test. c. in omni. nullus tamen de necessitate tenetur ad istam nisi ad cætera pia opera, nisi is ad quem ratione officij, vel curæ hoc pertinet. xxiij. q. iiij. duo. Et ad hãc etiã omnes infames, & mulieres admittuntur dummodo in crimine nõ perseuerẽt, nec per exceptionem repellantur. non enim refert quis denũtiet dummodo anima salua fiat. vt. j̃. de iureiur. quemadmodum. in fin & de cogna. spiritu. c. tua.

¶ TERTIO quæritur quis est huius denũtiatiõis effectus. dic ꝙ vt peccatoris cui fit denũtiatio hęc, de peccato suo pœniteat. non autem vt priuetur officio, vel beneficio, non retento ordine illo vel beneficio pœnitere non potest. de tempo. ordi. c. penul. alias vltimo. Et tunc non priuatur directo, sed per consequentiam. s. quia aliter pœnitere non potest.

¶ QVARTO quæritur cum plura hic interueniãt ꝙ illorũ denuntiatio appelletur, dic ꝙ denũtiatio sub vltimo cõtinetur, q a dicit manifestatio peccati facta ecclesiæ. & ꝙ illa duo quæ præcedũt sint duæ monitiones, quarũ prima ꝓbatur per solũ monentẽ, & secũda per monẽtẽ & aliũ. vt. c. in omni. alleg. & ista generaliter locũ habet in foro ecclesiæ. Et licet prima monitio possit fieri de peccato omnino occulto, ꝑterquã mo
20 nenti, tamen † hæc denũtiatio non debet ecclesiæ fieri de peccato omnino occulto, sed de eo solum quod probari potest. Quia omnino occulta subsunt diuino iudicio. vj. q. j. si omnia. Vnde caueat denuntians quòd peccatorem quem denuntiat conuenire possit: quia etiã si esset episcopus, sibi aliter non crederetur. vj. q. ij. si tantum. &. c. placuit.

¶ QVINTO quæritur quare euuangelica appelatur. breuiter credo quòd hoc ideò, quia à præcepto euuangelico solum originem trahit vt hic. Quod præceptũ descendit à mandato. ij. legis de dilectiõe proximi. & quia in bono charitatis & dilectionis proximi radicatur, non autem in alio publico, vel priuato .s. iudicialis & canonica. de quibus. j̃. proximè dicetur.

¶ SEXTO quæritur vtrum hæc denuntiatio cadat sub pręcepto. dicit Collect. quòd non, nisi ad illos quibus competit ex officio. Et hoc dicit placere Ber. Inno. & Hosti. j̃. de testi. in omni. licet aliter dicat Archid. in. c. si peccauerit. quod latius Collectar. hic prosequitur. Sed dicam in. c. in omni. Vide quæ scripsi in nono tractatu schismatum. c. ij. § quinto quia. &c. de hoc sequitur.

¶ Circa tractatum secundum de denuntiatione iudiciali. Primo sciendum secundum Gracianum. quòd duplex est denũtiatio iudicialis, puta publica q̃ cõpetit ex officio publico, & mero, quæ non requirit monitiõem præcedentẽ in qua iudex procedit ex officio suo ad denũtiationem suorum officialiũ. Et habet locum in notorijs tantum, vt. C. de accu. l. ea quidã. xxv. q. vj. episcopus. in Synodo. Et priuata quæ cõpetit læso propter suum interesse. Et ista secundum duplex forum dupliciter expeditur. Nam in foro ciuili quandoq; de plano expeditur, etiam si non processit monitio, vt quãdo ille qui opponitur nõ põt agere, vt quia seruus, vel potestati subditus. & idem in his quæ spectant ad forum venale, & in rusticis. ff. de offi. procon l. nec quidquam § de plano. de offi. præfect. vrb. l. j. § quod autem. Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. § pe. In foro autem ecclesiastico requiritur monitio, vt hic. de plano tamen expeditur vt hic in fin. Tamen licet iudex ecclesiasticus præcedentem denuntiationem. s. euuangelicam admittat indistinctè. Istam tamen non debet admittere indistinctè, quia non nisi in defectum iustitiæ. Vel si crimen de sui natura est ecclesiasticum ratione pacis fractæ, aut iuramẽti violati, vel crimen est notorium, vel quando non auditur in foro seculari, vt quia obliuio est naturalis tantum, vel si hanc proponit miserabilis, & depræssa persona, vt hic. &c. s. de pact. qualiter. & lxxxvij. di. per totũ. aliâs si indistinctè admitteretur periret iurisdictio temporalis: & omnis causa per hanc viam ad ecclesiasticam deferretur. Hanc indistinctè facit episcopo iniuriã, vel læsionem passus, quãdo grauatur ab illo qui subest immediatè Imperatori. Et Imperator nimis distat. in authen. vt diffe. iud. § si tamen contigerit. Et in ista ad hoc agitur vt restituatur, siue vt læsus seruetur indẽnis, & examinatur de plano & pronuntiatur in ea vt hic, & requiritur in hac tertia monitio, & ad minus duarum vltimarum plena probatio. j̃. de accusa. cum dilectus. & . c. qualiter. ij. & de Symo. licet § cum igitur. Et differt hæc ab euuãgelica, q a ad hanc nõ admittitur nisi læsus si priuata est, & si publica est non nisi ratione publici officij, & in publico officio constitutus, ita quòd non habet pro fundamento solum præceptum euuangelicum de charitate, & dilectione proximi, vt anima eius salua fiat. Sed magis interesse publicum, vel priuatum. & dicitur iudicialis: quia sicut cætera iudicia omnia, fundatur super huiusmodi interesse publico vel priuato.

¶ Sed nunquid in hac denuntiatione est ordo iuris necessarius? videtur quòd non, vt. j̃. de dolo & contuma. c. j. Dicũt
21 quidam, & fortè non malè secundum Inno. † quòd vbi quisquam per denuntiationem suam interesse consequi debet, tũc ordo iudiciarius est seruandus. Et hoc tutius secundum eum, quia illum seruare, non potest nocere. Dicit tamen Collectarius, quòd alij tenent quòd de plano expeditur, vt hic in fine. Sed hoc facit forsan forma mandati. ¶ Et hoc idem notat Hostien. & Nouel. super verbo exceptio, neq; etiã dicitur quod summariè expeditur, ideò non habet locũ clemen. sæpe. de ver. sig prout ibi notat Io. An. scdm eum. Sed & secũdũ hoc

pót probabiliter distingui inter euuangelicam, & iudicialem,
vt in euuágelica nó sit ordo necessarius sed bene in iudiciali.
¶ Sed qui ad istá denuntiationé admittuntur, dicit Inno. om-
nes etiam infames mulieres, & minores, credimus admitten-
dos nisi in crimine maneát. iij q. vij. iudicet. & ad testimoniú
in denuntiatione habendum testes admittútur secundú quos
dam. Sed dicit Inno. ista posse dici, vbi sola pœnitentia de cri
mine quæritur & non aliquid temporale, nec indirectè, nec
incidenter: quia tunc tantú alij legitimi testes admittédi sunt.
Inno. Ex quo dicto Inno. infertur quo ad hoc alia differentia
inter euuágelicam denuntiationem, & iudicialé: quia in euuá
gelica vbi sola pœnitétia de crimine quæritur, & non aliquid
temporalæ, nec indirectè, nec incidenter. Admittútur omnes
ad denuntiandum, & testificandú, præter eos qui in crimini
bus perseuerant, sed in iudiciali denuntiatione solum idonei,
& legitimi admittuntur. Quia in ea directè, vel incidéter quæ
ritur aliquid téporale. Consequenter Inno. prosequendo quę
rit, quando iste modus agendi locum habet. Dicit Innocen.
quòd locum habet iste modus agendi, puta per viam denun-
tiationis vbi aliquid naturaliter dari vel fieri etiá si ad illud pe
tendum nulla competat actio ciuilis, vel canonica, vt quando
quis iurauit dare, vel facere sine stipulatione, tunc enim lo-
cum habet denuntiatio iudicialis. vt hic. Et idem dicit in om
nibus alijs quæ debent dari vel fieri. Et in his omnibus adiri
22 potest Papa per viam denuntiationis, vt hic. Et est ratio † qa
peccat qui promisit nisi quod promisit impleat Modo hic di
citur quòd ad Papam pertinet de omni peccato mortali quē-
libet corrigere. ad idem. xxij. q. v. anima. & . ĵ. de insti. cum ve
nissent. secundum Innocen. ¶ Putarem etiam quòd euuágeli
cæ denuntiationi his casibus locum fore. si denuntians nul-
lum temporale quæreret quoquomodo sed solum proximi
correctionem & salutem, de omni peccato mortali intelligi-
tur dictum mandatum euuágelicum, cú indistinctè loquatur
ar. c. solitæ. in fin. & de coniug. lepro. quoniam. & hic in ver.
sed forsitan. Et menti teneas quod. ĵ. tetigi. secúdú Inn. ex iu-
ramento vel pacto nudo per viam denuntiationis agi posse,
quia semper allegatur. Et idem notat Inn. in. c. cum venissent
allegato ad si. primæ glo. in. ver. sed nobis. &c. ¶ Circa tertiú
tractatum de denuntiatione canonica. dicit Inno. quòd licet
dicatur canonica, ortum tamen habet à lege veteris testamen
ti quæ est de crimine cómittendo. s. vt ab eo desistatur. Et de
hac denuntiatione loquitur. ĵ. de despon. impube. c. ad dissol
uendum. xxij. q. v. anima. Et habet locum hæc denuntiatio ca
nonica super criminibus perpetratis, si crimina perpetrata re
cipiunt augmentum, propter multiplicationem actuum vel
propter continuationem iniurię sicut est quando aliquis per
sistit in illicito contubernio, aut iniuria rapinę. & de hac etiá
loquitur. ĵ. de iureiur. quemadmodum. in fin. secundú eum.
Duplex autem est hæc denuntiatio canonica secundum Gar.
quia quædam est specialis cópetens illi soli cuius interest bo-
num habere prælatum, vel bonum subditum ecclesiasticum
& sic ad hoc vt quis remoueatur de beneficio suo ecclesiasti-
co. xvj. q ij. stilus. de officio custo. c. ij. in fin. Et ad hanc nó ad
mittitur, nisi ille cuius interest, & requiritur triplex monitio,
sicut in iudiciali in foro ecclesiastico. secundú eum, licet con-
trarium videatur notare glo. ĵ. de accusa. qualiter. ij. Sed sol-
uunt quidam quòd illud de rigore, istud de æquitate proce-
dit. Alia verò dicitur denuntiatio canonica, generalis, & pub-
lica, vt quando agitur de matrimonio dissoluendo, seu impe-
diédo, vt. ĵ. de spon. c. præterea. de sponś. impube. ad dissolué
dum. de clandes. de sponś. cú inhibitio. Et hanc si denuntians
detractet prosequi, iudex ex officio prosequitur. vt. ĵ. de spó.
c. cú in tua. secundum eum. Et in hac generali denuntiatione
canonica eadem dicimus quæ in iudiciali, quia ad hanc dici-
mus quoslibet teneri si credunt proficere suá denuntiationé,
& ipsis denuntiantibus non sit nimis graue denuntiare. & sic
loquitur. c. præallegatum anima. Nimis autem graue esset de
nuntiantibus si propter hoc debét à suis negotijs desistere, vel
si propter hoc debent inimicitias, vel pericula aliqua incurre-
re. Licet enim denuntiare bonum opus sit, non tamen tene-
mur ad id precisè sicut est: nec ad alia opera pietatis, nisi in
casu prohibito. videlicet cum non est nimis graue, nec opor
tet à negotijs proprijs desistere, & cessant pericula, ac inimici-
tiæ, & subest opportunitas, tunc enim cum adest opportuni
tas & prædicta cessant, hoc obmittere esset periculum negligé
tię alias peccatum, nisi enim denuntiaret crimen committen
dum esset negligentiæ imputandum, licet secus esset, si cómis
sum crimen, quod reiterationem non reciperet, non denun-
tiaret. quamuis & de crimine particulari iam commisso, tan-
ta potest esse denuntiandi opportunitas, & tanta proficiendi
credulitas, quòd esset peccatum aliquod nó denuntiare, licet
non tantum sicut tacere in denuntiando crimen cómittendú.
secundum Inno. Circa quod quæro qualiter differt hæc de-
nuntiatio canonica: ab euuágelica, & iudiciali. Dicas quòd du
plex est differentia, prima est, quia ille prosequitur alias prose
quuntur correctionem peccati commissi, ista verò ne peccatú
committatur. Secunda differentia est, quia illæ tendút ad pri
uatam correctionem personæ videlicet singularis, & priuatę.
Ista verò tendit ad bonam & rectam dispositionem status pu
blici, in prælato seu subdito beneficio, vel administratióe prę
sidente, vel in matrimonio carnali, aut spirituali dissoluédo,
vel impediendo, vt patet ex dictis. ¶ Circa tractatum. quar-
tú de denuntiatióe regulari, dico quòd ista solet fieri in capi
tulis regularium secundum diuersas religiosorum institutio
nes, & expeditur de plano & simpliciter, nec contra eam ap-
pellatur. ĵ. de appel. ad nostram. & . c. reprehensibilis. & . c. cú
episcopali. §. vltimo. secundum Gar. & de materia prædicto-
rum, vide in Specu. de denuntiatione §. ij. ver. vt autem. Sub-
dit autem Inno. quòd de alia etiam denuntiatione mentioné
faciunt canones, & leges quæ non modo agendi, sed præcedet
accusationem, vel denuntiationem. Et de hac denuntiatione
loquitur. ij. q. vij. quapropter. &, c. accusatio. & . e. se. & . ĵ. de
accusa. c. fin. & . ĵ. de calum. c. fin. & in multis alijs iuribus, in
quibus est facile reperire exemplum. Et de hac denuntiatióe
habetur nedum in decretis & decretalibus, sed etiá in authen.
vt in authen vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis. & § necessita
tem. & . §. sequenti. & de hac etiam modicum agimus hic, quia
non est per se modus agendi specialis secundum eum.
¶ Circa tractatum quintum videlicet, de personis admitten-
dis vel repellendis, non videretur amplius insistendum, quia
satis videtur in superioribus expeditum. Tamen quia Henri-
cus de hoc hic specialem tractatum prosequitur, nos id etiam
aliqualiter prosequamur. nam de criminosis, & infamibus, an
ad aliorum crimina denuntianda admitti debeát, sunt opinio
nes. nam Bernardus hic ipseq; & Hostien. ĵ. de testi. in om
ni. & de accusa. c. j. & . c. cum oporteat. & de hære. cum ex in-
iúcto. tenent, quòd non. Sed in contrarium tenent Ioann. &
Tancre. ij. quæstione. j. si peccauerit. & Ioan. Tancre. & Gof
fre in dicto. c. cum oporteat. & Cardina. in. c. vnico. de religi.
domi. libro sexto. & Archidiaconus. xxij. quæstione. v. hoc
videtur. & Hostien. hic. & idem videntur notare Bernardus
ĵ qui ma. accusa poss. cum in tua. & Ioannes Vincentius In
nocé. & Nouella hic. Bartholus Brixien. in. c. si peccauerit. lo
quitur tamen de infamibus qui egerunt pœnitentiam, circa
quod Collectarius sparsè hic plura ponit. sed quia inordina-
tè, & quia satis comprehenduntur in sequentibus illa omitto.
23 ¶ Tu verò dicas † qꝫ ad canonicá denuntiationé, quilibet ad
mittitur, sic intellige de cog. spiritu. c. tua. & opi. Ioan. Gof. &
sequatium, ac Archi. in. c. si peccauerit. super verbo regulares,
vbi de hoc plenè, & hoc vbi agitur de impediendo peccato,
ne fiat. Si verò agitur de peccato iam commisso, habéte facti
perseuerantiam. & recipiente reiterationem, vt puta si aliquis
teneat publicè concubinam, & adhuc idem. vt in dicto. c. tua.
Quia quilibet tenetur ad impediendú peccatum cómittendú
si potest. xxiij. q. iiij. tam sacerdos. xxij. q. v. hoc videtur. & se-
cundum Abbatem hic, & in hoc concor. Gof. in extrauagan.
24 Io. xxij. si fratrum. §. quæ igitur. dicens † quod à peccato có
mittendo quilibet proximú ex debito tenetur corrigere, &
idem de

idem si de cõmisso si sit iterabile, vt in.c.tua allegato.

25 ¶ † In peccato verò quod nõ habet facti perseuerantiã, ad denuntiationem euangelicam admittuntur omnes criminosi & infames, dũmodo in crimine nõ pseuerẽt: vt dixi. s̃. notat Specu. in Rub. de denun. § ij. vers. vt autem. Et de tali intellige veram opinionem prædictam Io. & Tanc. secundum Nouel. in.c. cum oporteat. sic intelligitur de iureiur. quemadmodũ § fin. ad denũtiationem verò iudicialem publicam quam faciunt officiales, seu procuratores fiscales contra publicè diffamatos, non admittuntur ipsi si sint criminosi, vel infames. j̃. de testi. cogen. c. præterea. & ibi notat Ber.

26 ¶ † Ad denuntiationem autẽ iudicialem priuatã, admittuntur prosequẽtes suam vel suorũ iniuriam, aut suum propriũ interesse, etiam si sint criminosi vel infames, vt hic. & infra de testi. de cætero. nisi obstaret excõmunicatio. vt. j̃. de excep. c. exceptionẽ. vel spoliatio siue deprædatio. vt. j̃. de ordi. cog. cum dilectus § sed quoniã. & c. fi. vel alia exceptio præiudicialis. secundũ Hosti. & Nouel. hic. & in.c. allegato. in omni. Sed non prosequentes suã vel suorum iniuriam, vel alias suũ proprium interesse oon admittũtur, si criminosi vel infames sint. vt in iij. q. vij. c. qui siue. & c. postulatus. j̃. de sponsa. cum in tua. & alijs iuribus hic allegatis. per Ber. Et hoc casu intellige veram opinionem Ber. & Hosti. secũdum Nouel. in.c. cum oporteat. Licet tamẽ iudex nõ admittat criminosum vel infamem denuntiantẽ, imo ipsum repellat, tñ si denuntiatus diffamatus sit, aliâs quam ex dicto talis denuntiatoris iudex ex officio suo inquiret. ar. j̃. de testi. sicut. de cogna. spiritu. quia alias tua. qui ma. accu. pos. c. fi. de clandẽ. despon. cũ inhibiuo. Et est expressum. j̃. de præsump. cum in iuuentute. & in.c. cũ oporteat. allegato. vt ootat Hosti. in.c. allegato. in omni. Porro

27 † à denuntiatione regulari nullus repellitur etiam criminosus vel infamis. Quia expeditur simpliciter. & de plano vt in.c. ad nostram. & c. reprehensibilis. alleg. Putat tamẽ Henr. quòd excõmunicationis obstet cuiq; denuntianti. xj. q. iij. excõmunicato. & per totũ. j̃. de excep. pia. li. vj. Plus dicit ꝙ Archidia. xxij. q. v. hoc videtur ponẽs vnã glo. magnã materiã de nuntiatiõis, eam furatus est à doctoribus prælibatis. Vide etiã quod notat Hosti. in summa. de denun. § quis potest. ver. ego audeo, cum sequentibus. & frater Io. in summa confessorum, lib. iij. tit. ix. de doctrina ordinandorũ. c. in Rub. de correctiõe fraterna, & c. sequentibus. & præsertim. c. ix. de ordine fraternæ correctionis. & quod notat Io. ij. q. vij. alieni. Et Archid. in dicto. c. si peccauerit in glo. magna, vbi reperies multa pulchra dicta beati Thomæ quæ reperies etiã originaliter in secũda secundæ. q. xxxiij. per articulos septẽ, & abreuiata in summa. confes. vbi supra. quæ licet optima sint, hic egregiè sedere possent causa breuitatis omitto. Sed dicam in.c. in omni. infra de testi. vbi vide omnino quæ ibi scripsi in quæstiõe quæ omnino hic iungas. & c. sequitur. ¶ Supple gl. *in gl. j. in fin.* prælatis autem mandat ꝙ sententiã quã ferre cõtigerit obseruent, alias cõminatur ꝙ illos de inobediẽtia puniet, vt patet in antiqua. In glo. ij. ibi: *sed videtur.* Tanc. cuius fuit hæc gl. dicit, ego credo ꝙ Papa &c. & ibi: *euangelium.* Luc. xxij. & plenè exponuntur hæc verba in extrauagan. Bonifa. vnam sanctam. ver. in hac. vbi etiam ad hoc probãdum inducitur illud Io. xxix. Conuerte gladium in vaginã. Et facit illud Ber. ad Eugeniũ, Aggredere subditos. s. verbo, non ferro. quid vsurpare gladiũ tentas? quem solum iussus es mittere in vaginã? Et prima ad Thimotheũ. iij. Oportet episcopũ esse non percussorẽ, est enim sciendũ ꝙ minister noui testamenti est minister mansuetudinis, & sacramenti vnitatis, sacramentum verò altaris repręsentat vnionẽ Christi & ecclesiæ, quã significat vnio animæ ad corpus. Quia sicut anima viuificat corpus, Christus per huiusmodi sacramentum viuificat ecclesiam, nõ executio gladij materialis, qui diuidit animam à corpore, penes ministrum sacramenti vnitatis, esse omnino non debet. Dicit ergo Ber. vbi. j̃. gladium materialem habet Papa nutu, Imperator iussu, miles vsu, vel manu, & hoc etiam innuit prædicta extrauagans, vbi. s̃. & ibi. *c. vltimo.* & j̃. ne cleri. vel mona. c. fina. lxxxviij. dist. c. episcopus gubernationem. vbi vbi de hoc in fin. & x dist. quoniam. & j̃. de priuile. c. ij. in prima glo. Remittit Hostien. ad ea quæ notantur in.c. solitæ. & j̃. qui fil. sunt legi. per venerabilem § rationibus. dixi. s̃. in prima oppositione in gl. *directe.* in fin. Dicit Hostien. quòd per ea quæ ibi notantur, patet quòd iste processus nõ põt aliter excusari, nisi quia vel Rex Franciæ non debet esse iudex in causa propria, & nolebat causam iudicari per pares, quorum iudicio volebat se submittere Rex Angliæ vt dicit se audiuisse. Volebat autẽ Rex Franciæ per suam curiam illi, meritò suspectã causam audiri. Fuit ergo ad ecclesiam recurrendum, vt in authen. vt differ. iudi. § si verò contigerit. coll. ix. Aut processit Papa ratione violationis iuramenti, & pacis, & huic videtur inniti Papa, vt infra apparet, alioquin quantumcũq; vasallus promitteret, alias & melius cõmitteret feloniã & quandocũq; iustè dãnaretur semper haberet recursum ad ecclesiam, nec tamen in hoc casu dicit omnino negandam audientiã, nam esse potest quòd iniustè & iniq; processum esset, & hic ratione peccati ecclesia possit examinare summariè & secundum quod inueniret admittere, vel repellere talem. ar. C. de adulte. quoniam Alexandrũ. C. de fal. l. vbi falsi crimen. Et patet in eo ꝙ notatur. de offi. deleg. pastoralis § quia verò. Vide quod scripsi. s̃. e. c. in oppositione secunda. In glo. *nota quod.* ibi: *&c vltimo.* de consue. c. iij. libro. vj. In glo. *sed cum hæc lex.* ibi: *sublata* dic quòd hoc fuit priuilegium concessum ecclesiæ. vnde adhuc hodie durat secundum Innocen. ad hoc. j̃. de regu. iur. decet lib. vj. cum suis cõcordan. Et circa hoc remittit Hostien. ad ea quæ notauit in summa. de immu. eccle. § in quantum. sub § sed nec alia immunitas. versi. nec credendum est, & sequentibus. Remitit Coll. ad ea s. collecta sua. de consti. c. j. & subdit quòd Imperator non potest tollere priuilegium concessum ecclesiæ. secũdum Archidia. in.c. quicunq; allega. Nec obstat de appel. si duobus ij. responso, vbi videtur expressum quòd per viam appellationis non potest ad ecclesiã haberi recursus, & sic multo fortius nec per viam simplicis querelæ. ar. eorum quæ leg. & notãtur de sup. negli. præla. c. j. lib. vj. Ideò Hostien. in summa. j̃. titu. proximo § fin. vers. item. quamuis notat quòd quilibet siue clericus siue laicus dicitur respõdere in foro suo. videtur tex. j̃. tit. primo. si clericus. xj. q. ij. experientiæ. & c. se. Ex quo videtur opinio Ber. verior, & Io. quidem innuit. xj. q. j. relatum. Dicunt enim quidam quòd in feudalibus locum habet opinio glo. non in alijs. Sed contra quia. c. duobus. & alia iura allegata loquuntur in omnibus. Et faciunt notata. j̃. de testi. c. nuper. secundum eum, & sic opinio glo. magis placet sibi, finaliter, videlicet quòd lex ista arrogata sit in effectu, & puto quòd bene dicat, nam. l. ista esset iniquissima, vt posset totam secularem iurisdictiõem eneruare, & maximum in laicis cõtra clericos generare scandalum. Si tantum vellent clerici occupare de iurisdictione laicorum & contra istam decretalem in principio. & omnia similia iura, quæ forum seculare ab ecclesiastico distinguenda, volunt vnum ab alio non confundi, nec etiam impediri. Nec obstat quòd imo ecclesia de temporalibus se intromittit. per. l. hæreditas. hic allegatam vbi dicitur quòd hæres compellitur reddere hæredi putatiuo expẽsas quas fecerat in monumento episcopali authoritate, nam illud est pro eo, quia executio testatorum maximè circa pia ad ecclesiam spectat directè, secundum Collecta. & ibi: *fuerunt.* & institu. de testamen. in principio. Gofre. & princeps quandoque arguitur lege arrogata, vt. C. de consti. pec. l. ij § & neminem. Vincen. & ibi: *argumentum.* quod Inno. scripsit hic asserendo. & ad hoc. xxxij. di. si quis videtur. & de hoc. j̃. de solu. c. fina. Nec obstat de cõsti. ecclesiastica. quia illud intelligitur de legibus inferiorũ non Imperatorum. Nec ob. iiij. q. iij. si quis testibus. quia hoc est speciale in fauorem ecclesiæ, & ratio, in eius læsionẽ retorqueri non debet. C. de legi. l. ꝙ fauore. vel dic vt legitur. j̃. de hæreti. c. iiij. Hostien. In glo. *similiter.* in fi. in authen. quo modo oportet epis. & cæteros clericos coll. j. in principio. Non tamẽ habet tam dignam & generalem potestatem, sicut Papa, vt probat prędicta authen. Hosti. in glo.

saltem.ibi:&c.contra.Idem Vincen.Sed Inno.& Hosti.allegãt pro concordia. *&c in fine*. si colligit immaturam tenetur.l. Aquilia.Sed maturam tunc dominus oliuę cui colligens expensas donasse videtur, cum renuntiat Hostien.Et Aquilia respicit damnum,nec illi legi locus est.vbi damnum datum non est.Nouel. Sed & ad.§.si oliuam. allegatum, potest dici,secundum Collect.quòd colligẽs immaturam oliuam punitur.l.Aqui.Sed colligẽs maturam non punitur,imo recuperat expensam:quia vtiliter negotiũ gerit,quod largo modo renuntiatio dici potest,licet Io.intelligat quòd expensas non recuperet,quęrit enim si quinquid iudex ecclesiasticus imponat ei pœnam,qui oliuam meam, vel segetẽ meam,tempore opportuno secuit,animo tamẽ surripiẽdi & discessit? videtur enim quòd non,quia conditionẽ meam meliorẽ fecit nam expensas mihi dedisse videtur. Et sic cessante damno cessat.l.Aqui.vt in dicto.§.si oliuã.De hoc per Io.de pœn.dist.j. vulgaris.mala enim voluntas nihilominus puniẽda est, licet ex ea bonum sit sequutum, & secundum hoc nõ recipit expẽsas,licet contrarium innuat glo.& Hosti.secundum eũ. Sed non capio quid velit dicere Ista tamen est veritas quòd colligens maturam oliuam,non tenetur domino oliuæ.l. Aquil. quia sibi dannum non fecit in colligendo, quia colligi expediebat,imo remunerauit in expẽsa collationis ipse colligens, quia illam dño oliuæ donasse videtur.vt dicit ad literam.§.si oliuam. Et sic expensam huiusmodi non repetet colligens à domino,an tamen aliter punietur? certum est quòd sic,si animo intercipiendi,nam dicit.§.si oliuam.in.ij.responso quòd tenetur furti,& per cõsequens extraordinariè puniri potest. vt.ff.de priua.delic.l.fi.vnde in hoc quod dicit Ho.quòd dominus oliuæ expẽsas & precium donare videt, & sic remunerat colligentem & delinquentem.Credo scriptorẽ corruptè scripsisse,& Nouel.in hoc consequenter errasse. Quia hoc esset contra casum prædict.§.si oliuam. In gl.vt *supra*.ibi:pastoralis.& e.tit.c.ij.lib.vj.& *in fi*.illud in pœnis,aliud in iudicijs, Quod dic,vt notatur.s̃.de transac.c.vltimo.&.j̃.de iureiur. cum quidam.& de reg.iur.in iudicijs.li.vj.In glo.*vt terra*.vbi de hoc,&.iij.q.iiij.c.ij.in gl.*xxij.in fi*.& *infra*.c.vltimo. In gl. non,*in forma*.in fin.& de stat.mona.c.fi.vbi de hoc primæ expositioni standum est,hæc enim est denuntiatio iudicialis,in qua procedendum est de plano.Sed nõ veritatis examinatio obmittenda,vt notatum est.s̃.Hosti.In glo.vltima.ibi:*correctus*.Infames bene admitterentur ad denuntiandum, dummodo egissent pœnitẽtiam,vt notarunt hic,Io. Vin.Inn.& Ber. & Bart.Brixen.ij.q.i.si peccauerit.& *in fi*.e.cum oporteat.allegato.in denuntiatiõe canonica,& speciali locum habent prædicta.In iudiciali verò de qua intelligo loqui hanc literam secus.In hac enim etiam criminosus audiretur, nisi forsan obstaret excõmunicatio.vt in.c.exceptionem,vel alia spoliatio seu deprædatio.vt.c.cum dilectus.&.c.fi.de ord.cog.vel alia præiudicialis exceptio.Hosti.Sed dic vt scripsi.s̃.e.in quinto tractatu.Putat autem Host.quòd hæc denuntiatio in scriptis sit porrigenda,& lis contestanda,quod notatur in verbis superioribus,ibi: *verum iusta sit*,secundum eum.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Veritas ab ijs qui sciunt exploranda est.*

2 *Vniuersitas vel maxima eius pars iurare dicitur ipsius syndico vel alio,animam eius iurante.*

3 *Amici desiderium apud eum qui iurisdictioni præest exponere, vel alterius desiderio contradicere postulare est.*

4 *Quoties ordinarie procedetur potest quis per se ipsum, vel per procuratorem procedere.*

2 *Positiones non verbotenus,sed in scriptis faciendæ sunt, vt videatur an sint vel captiosæ, vel impertinentes.*

¶ *CAP. XIIII.*

PAstoralis. Breue est, & fuit decisa de fine decretalis pastoralis de excep.vt ibi patet in.iij. compilatione.& duo facit. nã primo statuit. secũdo à statuto vnũ casum excipit.ij.ibi:*nisi forte*.Et dicit Hostien. quòd episcopus Elien.inter alias consultationes instruit,quomodo cauillosi aduocati,deum non timentes,nec hominem reuerentes,à veritate facti propalanda clientulos auertebant, non sustinentes quòd cliẽtuli sine ipsis aliquid de facto proponerent,& huic Papa medet.&c. ¶ Expõe literã.*principales*. & meritò,illi eñ iurãt.C.de iura.calũ. authen.& principales, & præsumitur de facto suo scire melius veritatem quàm aduocati,vel extranei.ar.de rescrip.ab excõmunicato.cum suis
1 concordantijs. † Veritas autẽ ab his qui melius sciunt inquirenda est. s̃.de elect.scriptum.&.j̃.qui matri.accu. pos.c.iij. de testi.c.præsentium.lib.vj.*licentia*.dicit Inno quod non esset malum,si cogerenter tales personę per alios proponere,& respondere, & hoc de expositione literæ.

¶ PRIMO opponitur de casibus hic notatis in glo.Ber.quod etiam Inno.ponit.Solutio,casus illi speciales sunt.Sed contra casum secundum opponitur,videtur enim quód vniuersitas per se agere debeat,cũ per se iuret.vt.C.de iura.calum.l.ij.§. hoc etiam.Dicit Inno quod ista est veritas, quòd sicut vniuersitas per se agere nõ potest,ita nec factum narrare.xij.q.ij.qui manumittitur.Et est argumentũ ad hoc, quia vniuersitas est aliquid vnum,ideò non potest bene fieri quòd omnia & diuersa capita ipsius simul agant,vel deffendant. Archidia. etiã ad hoc,quod dicitur in pluribus fideiussoribus vel hęredibus. ff.iudi.sol.l.iam tamen.§.vltimo.Et in pluribus exercitoribus eiusdẽ nauis.ff. de exercito.l.j.§. vltimo.&.l.se.Nec ob. contrarium,nam veritas est quod vniuersitas non agit, & tamen iurat de calumnia.Et est ratio diuersitatis, quia iurare debet de calumnia pro eo quod timore iuramenti sit si prius litigabat calumniosè ex tũc iuremẽto præstito litem omittet. Cum hoc sit vnum capitulum iuramenti de calumnia.s.quod talis causa sibi iusta videtur.Dicit tamen quod postea procurator vniuersitatis iurare debet,& respondebit. Nam quisquis per se respõdere non debet,imo quamuis non oẽs consentiant responsioni procuratoris,sufficit si maior pars consentiat.&.j̃.de testi. c.tua.secundum Inno. Vel dicit Inno. tutius esse dicendum, quòd vniuersitas non per se iurabit,sed per illum qui litem cõtestatus est,vel quamuis alium. Nec ob.l.ij.C.de iura.calum. §.hoc etiam.quia dicitur verè iurare vniuersitas, vel maior pars eius iurante syndico, vel alio in animam eius. vt.ff.de administ.tuto.l.ita tamen.§.gessisse.& est regula.j̃.de reg.iur.qui per alium.lib.vj.Et ibi concor.ar.j̃.de iura.calum.in pertractandis.& in vniuersitate religiosorum non est dubium,quin per alium iurare possit,de iura.calum.c.j.Iurauit autem syndicus vniuersitatis secũdum quod maiori parti placuerit.Nec mirum si per alium qui litem contestatus non est iurare potest vniuersitas,quia hoc est regulare quod procurator litem contestatur,& tamen principalis persona iurat, & respondet in causa,vt in authen.principales.C.de iura.calum.l.ij.ar.de testi.c. præsentium.allegato.secundum Inno. Alium casum addere potes de muliere religiosa.j̃.e.c.ij.lib.vj.Et ex prædictis patet secundum Hosti.quòd istud priuilegium per alium respondendi habent aliqui propter dignitatem. Aliqui propter ætatis fragilitatem,vel indiscretionem. Alij propter multitudinem,alij propter delictum,& breuiter secundum eum,quicunq; vel non debet,vel nescit se ipsum regere,siue ex delicto siue alio modo hoc cõtingat,potest & debet talia per alium expedire.s̃.de ætat.& qual.c.ij.&.iiij.nisi forsan tãtum sit delictum, quod omnis audientia denegetur. vt.xxiij.q.v.non nos. xxj.dist.in tantum. xvj. quæstiõe.vij. si quis deinceps. Alias semper audiendus est,nec consideratur fauor delinquentis in hoc,sed Reipublicæ,cui expedit ne quis re sua male vtatur. in institu. de his qui sunt sui vel alie. iur.§.dominorũ. Interest eñ principis vt subiectos habeat locupletes in authen. vt iudi.sine quoq.suf.§.cogitatio.col.ij. Alias oportet quod principalis ex quo per se agit,per se respondeat:in hoc remittens ad notata in summa.e.ti.§.quæ sit necessaria.sub.§ vtroq; autem. versiculo si autem vtraq; pars.& sequenti.& de postula.§. quid pertinet.& cætera.

¶ SECVNDO opponitur quia vsus,& officium aduocatorum

per hanc decre. tolli videtur, & sic superfluit titulus. ſ. de po
3 stu. † Postulare enim pro alio nihil aliud est nisi desiderium amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni preest exponere, vel alterius desiderio contradicere. ff. de postu. l. j. §. j. solutio. Quintum ius tangit, expediet aduocatus. nam libellum, positiões, articulos, exceptiones, & appellatões formabit, & ineptè formatos repellet. vt. ff. si mensor fal. mo. di. l. j. & . ĩ. c. proximo secundũ Gof. & Host. nõ tamen positionibus respondebit, vt hic. quia illæ factũ tangunt. sed in positionũ responsionibus poterit interesse, vt caueat ne in cauillosa, obscura, seu duplici positione capiatur. ff. de adulte. l. si postulauerit. §. quæstioni. de offici. procon. & le. l. ne quidq̃. §. aduocatos.

¶ Ad ea aũt quę in facto cõsistunt ipsi principales, si ætatem habẽt, per se loquantur. & interrogati ante lıtẽ contestatam, vel post, per se respondeant. de conse. di. iiij. cum per nullus. ipsiq; principales etiã aduocatos instruere habent, in veritate facti, in quo ius positum est. vt. ff. ad. l. aqui. l. si ex plagis. §. in cliuo, Ex quo facto ius proponant aduocati vtiliter, & honestè, nõ opprobriosè nec subdolè. C. de post. l. quisq; . secũdũ Ho. & ſ. c. dilecti. Super quo vide q̃ notat Ho. in summa de postula. §. fi. in prin. & generaliter quid ad officiũ aduocati pertineat, vide quę scripsi. ſ. de postu. c. fi. in vj. q. cũ remissionibus ibi per me datis, & quod dicã. ĩ. e. c. in se. oppone. ver. de positionibus tamẽ, versibus sequentibus.

¶ TERTIO opponitur. quia hęc decre. vsum & officiũ procuratoris videtur excludere. Dicitur enim procurator qui aliena negotia mãdato domini administrat. de procu. l. j. in prin. Solutio. dic quòd nõ intendit excludere vsum procuratoris, neq; etiã dicere quin quilibet per procuratorẽ possit narrare & respõdere, quia quilibet põt per procuratorẽ litigare, & litẽ contestari, & per consequẽs respondere, & etiam narrare, cũ litiscontestatio fit per narrationem, & responsionẽ. vt. ĩ. de litiscont e. c. vnico. Sed hoc vult dicere quòd ille qui causam agit, siue sit procurator, siue sit dominus, per se ipsum & non per aduocatum, vel aliũ causam, & factum narrare debet. secundũ Innocẽ. Hosti. Pet. Abb. & AEgid. tamẽ ista decre. non seruatur secundũ Nouellã. De positionibus tamẽ hic Collecta. altercatur, nam secundum eum quidã dicunt quòd aduocatus non debet facere positiones sed principalis, maximè vbi iuratum est de calunnia. & quòd hoc videtur notasse Hosti. de postu. in summa. §. iij. ¶ Dicit tamẽ quòd hoc nõ videtur verum, nec seruatur, quia positiões plurimũ iuris habent: vt notat hic Hosti. sicut nec petitiones, nec libellos faciunt aduocati, sed partes. secundũ Io. An. de proba. in nostra. vel potest intelligi prima opinio, de positiõe facti, quę fit ad interrogationem iudicis, nam sicut reus verbo respondet ad positiones per se ipsum, ita etiam rationis est, quòd actor eas vel cõtenta in eis ponat per se ipsũ, & si sit necessè etiam per iuramentũ. & sic seruatur secundum eũ. ¶ Et ex hoc obtinuit in consilijs Rotæ quòd arrestatus ad instantiam aduersarij per auditorem causæ ne recedat donec responderit interrogationibus per aduersarium datis, si petat illas dari in modum positionũ, & dispositiuè, sic quòd confessiones operentur, nisi aduersarius illas sic dederit, vt seruetur æqualitas inter eos. ĩ. de mutu peti. c. ij. & de regul. iur. non licet actori. cum concor. vel dic secundũ Colle. quòd potest intelligi hęc decre. cum
4 proceditur ex officio iudicis mero, † nam cũ proceditur ordinariè non est dubiũ quòd pars procedens potest per se, vel per procuratorem procedere. Et subaudi quòd licet Nouella dicat quòd hec decre. non seruatur in suum sanũ intellectũ ſ. proximũ dum videlicet ex merò officio proceditur. Subdit etiam qualiter notat Io. An. de confes. c. statuimus. quod cauti iudices solent aduocatos excludere, ne dum principalis respondet positiõibus sint præsentes, q̃ potest locũ habere, secundũ eum. Cum iudex ex officio facit positiões: quia iudex non tendit ad deceptionem. Subdit etiam ad quod notat Io. An. in. c. statuim⁹. videlicet q̃ aduocatus instruens clientulũ falsum respõdere, tenetur aduersari⁹ ad interesse, & dãna quæ inde pertulit. l. di. sepe. de iureiur. c. fi. & hoc idem Hosti. hic
5 dicẽs quòd tales parti obligãt animas suas. Subdit etiã † quòd positiões nõ sunt faciendę verbotenus sed in scriptis, vt videatur an sint captiosæ vel impartinẽtes. secũdũ Io. An. vbi. ſ. vt legitur & notatur de cau. pos. cum ecclesia. licet in verbo postea poni habeãt, imo & per iuramẽtũ si exigatur. vt est dictũ. Et si ad positionẽ quę habet reum debere centum respõdeat sub conditõe. remittit ad Collecta sua de procu. auditus. Subdit quòd ex positione per me negata non possum me iuuare, quia turpitudinẽ meam allegarẽ. de proba. per tuas. secundũ Archidia. vbi. ſ. ¶ Supple glosam ibi: *lege penul.* in. q. ix. §. vbi enim & ibi: *vt hic*, &. ff. de postu. l. ij. & ibi: *luxuriosi proprie.* vel. i. prodiga. ff. de dan. infec. l. ex danni. in fi. primi responsi cum suis concord. Et vide in spec. de actore. versi. item opponitur contra actorem. & versic. se. vbi etiam notatur. an viro luxurioso detur tutor sicut mulieri. *& in fi.* & mulier religiosa. ĩ. e. c. ij. li. vj. Quid autem de alia honesta muliere? nunquid sit idẽ quòd de prodiga? Credit collectari⁹ quòd imo sit secus. Nec ob. c. mulieres. e. ti. li. vj. quia non excludit casum primũ vt patet ibi, cum dicit quę in iure non exprimãtur. Et hoc de seculari, nam de religiosa secus, vt supra & ibi in. §. cæterum.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Inepta actioni actoris proposita reus respondere minimè astringitur quod de propria ineptitudine intelligendum venit.*
2 *Qualiter iudex de iure suppleat.*
3 *Rem immobilem apud sequestrum, deponens eamq; ab ipso non possideri, sed ab eo qui deposuerit, nisi ea forte mente is qui deposuisset possessionem in depositum transtulicet.*
4 *In actionis aptitudine vim non esse modo mens sit recta Inno. senet.*
5 *Superflua nõ vitiare ex quo necessaria quæ sufficiunt exprimuntur.*
6 *Subtilitatũ erronearũ ratio haberi nõ solet modo ipsa veritas elucescat.*
7 *Ineptitudo libelli sola est causa repulsionis ipsius.*
8 *Condemnatio sequi potest vbi & absolutio, & si potest sequi sententia ergo & processus, cum se habeat iudicium ad vtrunq;.*
9 *Possessor rem possessam apud sequestrum deponendo eius possessionem non amittit.*
10 *Rei vendicatio possidenti non datur.*
11 *Quid iudex facit partes facere videntur.*
12 *Fideiussionis voluntaria, & necessaria vt alia est cautionis & sequestrationis.*
13 *Rei vendicatio non competit nisi pro corporalibus.*
14 *Quid sit rei vendicatio.*
15 *Res sacra quæ in nullius sunt dominio vendicari non possunt.*
16 *In rei vendicatione veniunt fructus pendentes.*
17 *Dominij probatio.*
18 *Confessoria actio in rem competens alicui ratione seruitutis.*
19 *Modi acquirendi.*
20 *Modus libellum formandi in confessoria.*
21 *Confessoria possidenti, & non possidenti competit.*
22 *Negotiatoria non nascitur, sed competit.*
23 *Soli obligationi accedit fideiussor.*
24 *Ex duabus actionibus contrarijs non possum idem consequi.*
25 *Iure actionis personalis consequimur rei restitutionem.*
26 *Sententia debet esse conformis libello.*
27 *Negatoria agentem releuari à probatione dominij.*
28 *Nullus impedire debet vti re sua sine causa.*
29 *Probatio possessionis non vincit probationem proprietatis.*
30 *Actioni negatoriæ præscribi potest triginta annorum spatio.*
31 *Tempus debet esse vniformè acquirendi, & perdendi.*
32 *Ius patronatus res est incorporalis quæ possideri non potest.*
33 *Ius patronatus genus quoddã est seruitutis in eccl. in præiudiciũ ordinarij.*

¶ *CAP. XV.*

1 EXaminata. Casus † Si actor ineptã actionem proponit, reus respondere nõ cogitur. & decisa fuit de fine decre. examinata. de confir. vtil. vt ibi patet in tertia compilatione. Et potest diuidi in quatuor partes. in prima ponitur pronũciationis ratio. in secũda rationis declaratio. In iij. pronũtiatio In iiij. protestatio. Secũda ibi: *quia cũ.* tertia ibi: *vnde.* Quarta ibi: *ita tamẽ.* & hoc de diuisiõe.

¶ Expone literam. *actionem*. id est reiuendicationem quam in libello expreſsiſti. vt ibi patet Hoſti. *eumſdem*. ſancti angeli, vt patet in parte deciſa. *incongruentĕ*. maximè conſiderato eo re probare intendebas, quod patet infra Hoſti. *cognouimus*. no-
2 ta † qualiter iudex ſupplet de iure. ad quod vide quod legitur, & notatur de poſtul. præla bonæ. i. & plenè per Car. de elect. cupientes. §. cæterũ. in verbo contumacia. & in ſpec. rubrica de diſputatione & allegatiõe. § ſatis. Colle. dixit in. c. bonæ allega. *vice domini*. clericus erat, & vicarius Epiſcopi Sabineñ. vt dixi. ĭ. de cõfirma. vtili. excõmunicata. & compromiſſum fuit etiam in eũ. vt ibi patet. Nouella. *Eccleſiam* .i. ius patronatus ecclesiæ eiuſdẽ ſuper quo agebatur. Inno. *tanquam* expreſsiuũ veritatis. ĩ. de maio. & obe. ſolitę. Pe. *ſequeſtratam*
3 *accepit*. notat † quòd res immobilis deponitur apud ſequeſtrũ. Pe. & dic acceperit à te, & tũc planum eſt. quia ſicut poſsidebat quando tradidit, ita & poſt, niſi ea mẽte depoſuiſſet, quòd poſſeſsionem in depoſitariũ transferret. ff. de aqui. poſ. l. intereſſe puto, & ſic cum poſsideret ipſe actor, non dabatur ei reiuẽdicatio. inſti. de ac. § j. C. de alie. mu. iu. cau. fac. l. vnic. Inno. *ius patronatus*. in hoc eras tibi cõtrarius, quia poſsidebas, & cuſtodiã ſequeſtro cõmiſeras, & ſic poſſeſsionẽ retinueras, & per conſequẽs, non poterat tibi reiuendicatio competere. Sed ſi volens deſinere poſsidere cõſtituiſſet ſequeſtrũ poſſeſſorem, adhuc non cõpeteret tibi reiuendicatio, contra milites, Quia non poſsident, vt patet in. l. vnica prædicta in fi. Hoſti. *poſsidebas*. dixerũt Pe. & Ab. quòd iſte voluit poſſeſsionẽ probare, vt nõ cogeretur reſtituere rẽ, niſi aduerſarij de proprietate doceret C. de rei ven. l. fi. vel nõ producebat teſtes ſuper poſſeſsione, ſed ſuper proprietate. & propter cauſam prædictã faciebat eos interrogare de poſſeſsione. Et hoc plus eis placet. *reſtitutionem*. quia poſsidebas, vel ſaltẽ nõ fueras ſpoliatus, vel fortè loquitur de reſtitutione quam petit vendicans. ſecũ-
4 dum Abba. *abſoluentes*. dicit Inno. † quòd non eſt vis in aptitudine actionis, dũmodo intentio ſit recta. vnde ſi peto fundum, quia ad me pertinet iure dominij, & propono actionẽ ex locato probato dominio obtinebo.

¶ Hoc reprobat Hoſti. per hanc decre. remittit Nouella ad Spec. de ſen. prola. § qualiter. verſi. quid ſi lis. Et pro Inno. faciunt notata in ſpec. de act. vel peti. § ſequitur, ver. hoc quoq;
¶ Suppele glosas, tres glosæ.s.quinta tertia, & fi.recitari possunt, per tria contraria, quod prosequitur Nouella. Sed id omitto.*in glo.j.in fi.* ĩ.de regu.iu.quod omnes.cum suis concor.li.vj.in gl.*ex verbo hoc*.ibi. *cõmunatũ*. sed iste nõ erat cõtumax & ibi.*iudicij*.quod tollitur secũdum Phi.& Hosti.quia dicit vocatis qui fuerunt euocãdi.de quo dixi in prima quæstione. *in glo. quod si. ibi admittendi*. etiam in crimine excepto. &.*in fi.*In casu tamen licita videtur conspiratio.secũdũ Go. & Vincen.quãdo videlicet iurant clerici, & statuũt quod teneant se simul, & non permittant prælatum dilapidare, vel excõmunicatum non admittant, vel hęretico non obediant vel se inuicẽ succurrant.super facienda, & nõ perdeoda accusatiõe hęretici, vel perniciosi prælati, vel si cõtra potentẽ & infamatũ boni viri obicant. xvj.q.vj. sanè Thesalonieñ. vbi de hoc.ar.lxxix.di.c.ij.Idem in authen.vt cum de appel cogno.§.si quis. de prædictis colla.viij.¶ Cauendum est tamen ne sub hoc prætextu conspiratio nutriatur.Hosti.dicit Inn. ĩ.de Schisma.c.j.quòd semper præsumitur cootra coniurationes. xj. q.j.si qui clericorum. vbi de hoc maximè si fiant in perpetuum, vel generaliter. Idem Vinc.de testi.cogen.c.fi. & quicquid sit, conspirator semper debet repelli à testimonio propter præsumptionem affectionis singularis.secundũ Martinum, & de materia conspirationis aliqua de re iudica. cum I.& A.Sed plenius per Archi.& Nouel. de verbo. sig. c.ij.in verbo cõspiratores. In glo.*exceptio*. ibi.*non sunt*. & notat Abba.quód excõmunicatus non potest prosequi populares actiones, *&c. in fi.*& c.dilecti.& tene quod ibi dicam. & vide quod scripsi.s̃.e.in.iiij.quæstione.in *glo. vnde non valuit*.

9 in fi.quia † Papa vno verbo non intendit iuris ordinem tollere, de elect.ecclesia.ij.vnde secundum Vincen. non valuit etiã iste processus, quia factus est cõtra intentionẽ delegãtis. de præben.c.fi.secũdum Hosti. Sed huiusmodi deductio est nimis periculosa:quia eadem ratiõe diceretur omnis processus iniustus nullus. Cum omnis iniusticia sit contra intentionem delegantis.nec ob.c.fi.de præben. quia loquitur. cũ intentio mãdantis talis est, quòd excludit à potestate mandatarij certũ casum, videlicet à mãdato beneficij cõferẽdi beneficiũ, cui cura vel dignitas est annexa. Sed cũ infra potestatẽ datam fit aliquid alio modo quã fieri debet, non est illud cõtra dispositiuam intentionem mandantis. Et ideò si non sit contra ius constitutionis, licet sit contra ius partis, valet ipso iure, licet ab hoc ratione iniquitatis valeat appellari.ij.q.vj.diffinitiua.& facit quod in materia procuratoris solet dici cũ quæritur qualiter factũ procuratoris nocet domino, quia dicitur quòd id quod facit infra fines potestatis sibi concessę valet etiam si per dolum, aliàs non. vt videbitis. ĩ.vt.li.nõ cõte.c.j.sup quo vide ꝙ scripsi.s̃.e. cap.in expositiõe super verbo & infra.ver.verũ hodie,& super verbo appellatũ.vide ꝙ dicã.ĩ.de or.cogni.c.cũ dilect°.in.vij q.*in glo.quod fieri per totum*.&.s̃.de electi.dudum.ij.Phili. &.*in fi*. imo quod plus est,& si excipiatur contra electũ facienda est litiscontestatio super exceptiõibus, aliàs non tenet processus super principali

secũdum Inno. & Host. Sed dic melius prout scripsi. s. e. c. in iij. quæst. ver. sed nũquid. In gl. vlt. in fi. vide quod scripsi. s. e. c. in quinta quæst. & hoc de isto capitulo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Delegatus potest procedere in causa etiam post triennium.*
2 *Ea est natura cauillationis, vt ab euidenter veris, per breuißimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.*
3 *Iurisdictio quæ perpetua est, lapsu triennij non perit.*
4 *Post litẽ cõtestatã triennij lapsu perit instantia, nisi in causis fiscalibus.*
5 *Causa criminalis instantia lapsu triennij à tempore litis cõtestatæ perit.*
6 *Nemo inuito iudice causam potest protrahere vltra terminum.*
7 *Iura non abrogantur nisi consuetudo contraria irrepserit.*
8 *Multa prohibentur fieri quæ facta tenent.*
6 *Inter clericos non durat instantia criminalis causæ, nisi duobus mẽsib⁹.*

¶ CAP. XX.

1 VEnerabilis. Casus. † instantia iudicij nõ perit per lapsum triẽnij. Et sunt duæ partes, in prima partis quæstio. In secunda Papæ prouisio. ibi: *mandamus.* &c. Sequitur postea. ¶ Expone literam. *cauil*
2 *lationes,* dixit lex. ff. de regu. iur. † ea est natura cauillationis, vt ab euidentissimis veniat, per breuissimas mutatiões, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. & habetur idem. ff. de verbo. sig. l. natura. *perijsse,* ergo lis erat contestata, alias allegatio nulla esset. *&c infra,* hic est decisum quæ sunt magna. Tancre. vtrum esset standum allegationi, vel non. Host. Sed verius videtur, & magis amicum literæ, quòd quia delegatus non procedebat Archiepiscopus conquestus est Papæ. & est simile. j. c. proximo. & j. ti. primo ex parte. *procedas,* non super lite de nouo contestanda, sed super lite iam contestata. Quod innuit mens huius verbi exceptione nõ obstãte: Quia etiam si obstaret exceptio potuisset procedi super lite de nouo contestanda. de hoc statim dicam. ¶ Opponitur de. l. properandum. C. de iudi. Glossa recitat opiniones contrarias, & etiam Inno. quasi per eũdem modum. Sed tu breuiter distingue tres casus, videlicet iurisdictionem, causam, atq; instãtiã.
3 † iurisdictio verò non perit lapsu triennij: quia perpetua est. C. de consti. pecu. l. ij. de præscrip. xxx. anno. l. penul. alias vltima. de diuers. rescrip. l. falso. secundum Ber. Inno. & omnes. Et secundum hoc intellexerunt quidam istam decretalẽ, sed malè. vt. j. dicetur. Causa verò non finitur etiam lapsu triennij, nam si non finitur iurisdictio vt dixi. s. in membro proximè precedenti, fortius neq; causa, quæ est iurisdictiõis fundamentũ. Cum deficiente fundamento deficiunt omnia quæ ædificantur super illo. j. q. cũ Paulus. cũ cócor. Et hoc verum de causa principali. Causa enĩ appellatiõis finitur anno, vel ex causa biennio: in authentica de appel. § j. colla. iiij. & C. de tẽpo. appel. authen. ei qui. & j. de appella. ex ratione: cum ibi notatis. Plus dico quòd etiam acta litis decisionem concernẽtia, vt sunt confessiones, attestationes, & ijs similia, etiam lapsu triennij non pereunt. quia talia valent, & fidem faciunt, in alio iudicio. C. de arbi. l. penul. C. de testi. l. fina. de testa. l. publicati. de libe. can. l. iubemus. ff. ad. l. aqui. l. in lege Aquilia sit delatum. j. de proba. c. fi. & de testi. c. præsentata. vbi vide Henricum, & ita tenẽt doctores in Cino in. l. properandũ. allegata. § & siquidem. in secunda quæst. & hic Henricus & Innocentius. j. de testi. causam quæ. & Host. in summa eodem titu. § quæ sint neceßaria. versi. licet instantia iudicij. Et Specula. titu. de instru. edi. § satis vtiliter. vbi de hoc, vnde licet secũdum leges instantia pereat per lapsum triennij non tamẽ gesta per manum publicam in formam redacta. C. de re iudi. l. gesta. & in authen. vt fratrum filij. § illud. colla. ix. secundum Gofre. Vincen. Hostien. & Nouellam. Sed acta concernentia litis ordinationem, secundum leges pereũt lapsu triennij, nec valent in nouo iudicio inchoata, sicut sunt libelli oblatio, litiscon. dilationum assignatio, terminorum assignatio, & ijs similia. vt. ff. iudi. sol. l. cum lite mortua. De instãtia verò sunt opiniones. Tu tamen distingue ciuilem causam à criminali, & in ciuil. quo ad tempus præcedens litiscõtestationem, dic eam non perire ex tali lapsu: vt in. l. properandum in prin. ibi post litem contestatam. & c. à contrario, vnde eo casu habet locũ autẽ. qui semel. cuius materiem quo ad hoc prosequere vt in Cyno, in. l. properandum. in principio oppositione secun-
4 da, & in § & siquidem. in. iij. q. Sed † post litem contestatam secundum leges lapsu triennij indubitanter perit instantia: vt l. properandum. in prin. secundum Ber. Inno. Hostien. & Nouellam hic. Fallit in causis fiscalibus. vt. l. properandũ. in prin. & in casibus. C. de decu. l. generali. lib. x. de edifi. priua. l. fina. de dolo. l. fi. ff. de dam. infec. l. ... in authen. de man. prin. § sit tibi quoq;. vt cle. apud proprios Episcopos. § si tamẽ. In alijs tamen mora etiam affert periculum. de elect. cum inter vniuersis. & vt lite non con. quoniam. § j. Et hoc in foro seculari secundum Gofr. Hostien. & Nouellam. Sed de iure canónico. & in foro ecclesiastico post litem contestatam re vera nõ perit instantia lapsu triennij vt hic secundũ Ber. Hostiẽ. Nouellam & Henricum hic. & Inno. de offi. dele. consuluit. in glos. ij. in fin. & Ber. & Hostien. de dolo. & contuma. c. fi. gloss. j. & Specu. ti. j. § restat. versi. item quòd instantia. & moderniores de litiscontest. c. j. libr. vj. & Io. & Ar. ij. q. vj. anteriorum. Licet Io. Fauen. & Phy. dicentes. l. properandum. non esse correctam dicãt, quòd hic per fraudem rei tempus protractum fuit, & ideo non mirum si instantia non perit, nec ex fraude premium consequatur. vt. ff. de neg. gest. l. siue. de munc. & hono. l. reus. primo responso. j. de dona. inter vir. & vxo. l. & si necesse. Et idem Gofre. dicens quòd sicut. l. properandum. excipit causas fiscales, ita hæc decreta. causas ecclesiæ, non autem proprias clericorum. quæ opinio non placet Archidiacono vbi. s. nam de contrario videtur textus. j. de proba. c. fi. nam ibi super illa causa videbatur fuisse lis contestata tempore Celestini, seu Inno. ar. s. de arbi. cum tempore. & tamen ibi mãdat Gregorius testes recipi, & tamen Inn. & Grego. fuit Honoratus tertius qui fecit hanc decre. qui plusquàm per trien-
5 nium postea vixit secundũ Host. ibi. † Causæ autem criminalis instantia lapsu biennij à tempore litis cõtestationis numerãdi perit. vt probatur. C. vt infra cer. tẽpus criminis. qõ termi. l. fi. Saluis quibusdam casibus, in quibus ad minus tempus restringitur: vt. C. vt omnes tam ciui. quàm crimi. l. vnica. § fin. de dolo. l. fi. de nau. fœno. l. de submersis lib. xj. secũdum Gofre. Hostien. & Nouellam. nam secundum leges, ante senten-
6 tiam appellari non potest, & ideò † nemo inuito iudice causam potest protrahere vltra triennium. Sed de iure canonico à quolibet grauamine appellatur. de appel. cum sit. & c. ex ratione. Et probatur hac appellationis vtriusq; fori diuersitas, vt infra de appel. super eo. ij. & quid iuris de arbitro, not. Speccu. titulo de arbitro. § differt ad finem versi. item, vt infra triẽnium. volunt tamen dicere quidam, quòd nec in foro seculari locum habet hodie. l. properandum. quia seculares ea hodie nõ vtuntur. Sed Collect. dicens. l. illam locum habere in foro se-
7 culari, & non in ecclesiastico, vt prædictũ est, dicit quòd † iura nõ abrogantur licet non fuerint vsitata, nisi consuetudo contraria irrepserit, alias multa iura arrogata essent, & sic scripsit Cynus. C. de iudi. l. rem non nouam. q. ij. Inducit collecta sua de consue. ex parte. & hoc verum, si ab initio moribus vtẽtium fuerunt approbata, alias enim vires non haberent iiij. dist. leges. & sic non possent dici propriè arrogata, quia non arrogatur, nisi quod existẽtiam habet. sed benè in effectu: quia vacua est, secus si ab initio moribus vtentium approbata, licet post venerit ad non vsum per quem non vsum non arrogatur. Sed in veritate prædicta non capio, quia prout notat in dicto. § leges. ex subdito Papæ qui ligatur arbitrio seu approbatione legis canonicæ promulgatæ à Papa auctoritas non dependet, quin imo nec eius approbatio, vt vim præbeat necessaria est cum ligetur inuitus. de constitu. c. j. & fin. Subdit Collecta. quòd licet actor bis cõtumax causam amittat, vt. l. properandum. § hæc siquidem. Secus tamen in reo. vt hic notatur per Cy. & idem etiam in actore notat Inn. vt li. nõ cõtest. c. j. in prin. Lignianus verò nisus est opinari quòd nec de iure ciuili perit instantia lapsu triennij, nam si bene discutias totã legem,

legem properandum. non reperies q ibi dicatur instantiam perire, licet dicatur ibi triennium pro termino finiendi præfigi, & iudicem negligentem puniri, & modos finiendi declarari. licet iudex possit absoluere ab instantia propter contumaciam partis, causa expressa, sicut in casu .s. c. examinata. licet aliqui dicant nunquã debere causam exprimi: Quia cõstat ex actis. remittens de hoc ad notata sua. j. de re iudicata. c. sicut. Facit quia textus dictę legis dicit sic censemus itaq; omnes lites. &c. non vltra triennij metas &c. esse protrahẽdas, sed oẽs iudices sciant non esse eis concedendum litem vltra triennij spatium extendere, & tamen ex ijs non sequitur vt videtur q
8 protractio vlterius facta sit infecta. Quia † multa prohibentur fieri, quę facta tenent: de regula ca. ad Apostolicam. & si hoc sequeretur, tamen q infectio processus post triennium facti ex dicta prohibitione descendens vitiaret processum ante triennium factum, non videtur aperire l. prædicta. ¶ Quid dicendum, verè licet ista opinio valde esset facilis ad sustinendum & colorandum in scholis, tamen quia cõmunis doctrina legistarum, & Canonistarũ quasi concorditer tenet q saltem de iure ciuili perit instantia lapsu triennij, non consulerem q ab ista sententia cõsuleretur in iudicijs, imo dico id in dicta lege satis expressum, in eo quod dicit litem vltra metas illas non esse protrahendam. Dico enim hanc protractionẽ litis ad vitam & durationem ipsius litis referendam, vt patet ex pręcedentibus & sequentibus verbis dictæ legis. Dico q etiam legis illius prohibitionem habere causam perpetuã, vt patet in princi. legis, cum dicit nullis locorum, vel temporũ angustijs cohertãdam. Ex quibus infero, q secum trahit executionem, vt videlicet post metas triennij non duret vita litis. iuxta ea quæ notat Ber. de spon. duo. c. vltimo in glo. ij. & Ioan. An. in cle. j. de iure patro. in verbo prohibẽtes. & quod legitur, & notatur in regula quæ contra ius. de regu. iu. lib. vj. ¶ Supple glosas in glo. j. ibi: *nisi causa criminalis*, dixi. s. in op-
9 positione versi. causæ autem criminalis instantia † Inter clericos tamẽ nõ durat instantia criminalis causæ, nisi in duobus mensibus, in authẽ. vt clerici apud propr. Episcop. § si tamẽ. colla. vj. & ibi *non perierint*, hoc placet Inno. per literam exceptione huiusmodi non obstãte, & ibi, *properandum*. Hoc tenet Phi. legem non esse correctam, vel non perire hic instantiam, ne trimenses per quorum subterfugia causa fuerat prorogata, de suo dolo reportent cõmodum. de rescrip. c. sedes. de dolo intimi, *& in fine*. vide quod scripsi in opposi. Alij dicũt q bene perit instantia, sed restituitur ecclesia sicut minor. Dicit hic Vincen. q cum instantia iudicij perit in re minoris, prius minor conuenit tutorem, vt in l. properandum § vltimo. Cum alias habeat electionem. de mino. l. etiam § j. Et idẽ si tutor contraxit sine minore, in rebus eius. C. si tu. vel cura. l. iij. & vltima. Sed hanc electionem non habet minor, vbi dũ læsus est ex contractu procuratorũ, quia prius conuenit procuratorem quod restituatur. vt. ff. de mino. l. cum mandato. Alia dixi in oppositiõe. Lignianus tractat hic de materia authenticæ qui semel. C. quomodo & quando iudex. de quo supra remisi. Sequitur.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Cum actor, & reus sunt diuersi fori causa proprietatis, & possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari.*
2 *Ecclesia non cognoscit propter negligentiam iudicis secularis, nisi omnes iudices fuerint negligentes ad vltimum vsq;.*
3 *Executio celeritatem desiderat.*
4 *Dignitates, honores, & munia: debent secundum vetera iura temporalia esse.*
5 *Cur ad tempus honores mandari debeant.*

CAP. VLT.

Significarunt. Casus. non obstãte exceptione temporis feriati propter vindemias, mandanda est senten-
1 tia executioni vel secũdum Ab. † cũ actor, & reus sunt diuersi fori causa proprietatis, & possessionis potest corã diuersis iudicibus agitari. Et sunt duę partes. In prima partis conquestio, In secũda Papæ prouisio. Secunda ibi: *mandamus*. Iterum prima facit tria, primo ponit factum, & causæ delegationem bimembrem. secunda ibi: *verũ reorum exceptionem*. Tertia ibi: *respondẽte replicationem actoris*. vnde per hoc quòd in superscriptione dicitur *Bononiæ*, nota quòd secundum ista tempora sufficiebat, quòd causa non cõmitteretur vltra dietas, licet committeretur extra prouinciam. de quo. iij. quæst. vj. c. neminem. Sed potest dici quòd fuit hoc de certa scientia Papæ, vel non fuit exceptum. secundum Gofre. qui tamen in sua quæstione, xxv. tenuit rescriptũ valere. ad idem. j. de iniuri. olim. & vide Hostien in summa. de excep. § quæ excipi possunt ver. centesimo. vbi tenet quòd procedit exceptio nisi de certa scientia Papæ appareret, vt innuit Gofre. tamen non præsumitur scire. ad hoc de consti. c. j. lib. vj. Stent ergo iura antiqua, ex quo nõ reperiũtur expressè correcta. de elect. constitutionem lib. vj, Et licet sic videatur de iure scripto, tamen contrarium seruatur secundum Io. Cal. in additione. Archidi. verò. j. de rescrip. statutum. li. vj. tenet rescriptum de iure antiquo valere. Glo. in c. neminem. & Hostien. vbi. s. videntur cõtra. Dominus. M. stat cum Archidiacono, & ego idem credo, quia iura antiqua loquuntur de ordinarijs, non de delegatis, & tamen Papa est ordinarius omnium. Fateor tamen quòd iura noua indistinctè loquuntur, quod dic vt in. c. statutum allegato. ¶ Expone literã *Florentiã*, concordat. xcvj. di. si Imperator. alibi in masculino. j. de homici. tua. *vel quasi*, ponitur correctiuè istud. vel ratio patet. j. ti. j. *conquestus ibidem*, in ipso castro. *rectorem*, secularem. s. potestatem. Vincen. tamen videtur intellexisse, quòd hic agebatur de iure patronatus, vel alio spirituali iure eligendi, dicens, quòd de simplici spoliatione illius iuris potuit agi corã laico, sed de proprietate non, nisi incidenter. sed errauit, non enim quęrebatur de electione rectoris ecclesię, sed castri. Et erat rector tẽporalis, vt patet in fin. ibi tempus regiminis. &c. & ideò agit coram iudice seculari. vt dicit prima gl. Nouel. Sed caue, quia licet Vincen. errauerit in intellectu nostræ decretalis, non per hoc sequitur quòd errauerit in se quo ad dictum, quod recipit ex ista decretali, imo de illo dicit hic Lignianus quòd fortè continet veritatem in se, & illud enim hodie recipiunt laici in parlamento Francię pro euuangelio, dicentes, quòd de spoliatione cuiuscunq; iuris quantuncunq; merè spiritualis ipsi cognoscere possunt, & de facto cognoscunt. sed credo quòd malè, quia disponere de possessiõe rei, est disponere de re. Cùm possessio sit magna pars rei, vt satis patet ex notatis Inno. de re. eccle. non alie. ca. Episcopi. Et sic sub vniuersali prohibitione canonis facta laicis, vt de rebus ecclesiæ nihil disponere possint. xcvj. di. bene quidam. de re. ecclesi. non alie. c. cum laicis. in prin. cum concordan. & de hoc alias dicam. imo no. hic generaliter Collectarius ex textu huius decretalis, quòd de causa reali non cognoscat iudex laicus. inter personas ecclesiasticas remittens ad collecta sua. *promulgauit*, sequebatur in antiqua. Sed posteà eadem cõmunitate nolente recipere B. Vinlebertum quem ijdem in rectorem elegerunt castri prædicti prefata potastas, non solum non curant sententiam executiõi ipsam compellere ad recipiendũ dictum nobilem pro rectore, sæpius requisita permisit communitatem eandem ad hoc à fidelibus eorũ monasterij coertari, quando potius Abbatem &c. vt in textu: *coegit*, in antiqua pręcedit verbum indignè, & sic non valuit responsio, vel saltem monachi restituendi fuerunt. vt. s. quod me. cau. c. Abbas. &. c. ad audientiam. vnde fuit eis prouidendũ, vt. j. versi. vnde vobis. *Iniunximus*, delata ad nos quęstione per simplicẽ quęrelam monachorum, vel per appellationem secundum alium intellectum Hostien. *Cogeretis*, nũ obstante responsione facta per coactionem, & sic reuocatur grauamen, quod intulerat potestas Hostien. *admittere*, nota quòd non admittendo electum spoliare videntur, ad quod vide Inno. de in inte. restit. cum venissent. Et nota secundum Hustien. quòd omnes rectores sunt annales, vt hic ad idem. j. q. j. dictum secundum

Collect. *Audituri*, per hoc videtur ꝙ per appellationẽ fuerit causa delata. hæc enim forma in omissionibus appellationũ solet apponi, vt probato grauamine procedatur in alijs. s. e. exibita de appel. vt debitus. & c. ex parte M. Hostien *postea*, ergo non prius, & dicit hic Inn. ꝙ sanè à principio monasteriũ egerit interdicto vnde vi, & adhuc spoliatũ manet: siue à principio egerit vti possidet, & post sententiam spoliatum fuerit de nouo. Quia negauerunt electũ ab eis admittere in rectorem, semper legitima est hec exceptio, non respõdebo de proprietate nisi prius fuero restitutus. de ordi. cogni. cũ dilectus. Facit quia verbum restitutionis hoc sonat, ꝙ non dicitur restitutus etiam si sententia pro eo lata sit, nisi de facto, & realiter restitutus. iij. q. j. §. fi. de resti. spo. Pisanis. Et quia non videtur facta restitutio quæ non durat. de pe. di. j. diuortũ. & secundum Inno. idem esset etiam si petitorio egisset. argu. j. de appel. constituti. ij. *proponendo & infra*, & tamẽ sequitur in antiqua, & causam sicut iustum fuerit decisuri, non obstan. statuto quolibet contrario ecclesiasticæ libertati, seu ꝙ Abbas, & Cõuentus prædicti cõpulsi fuerunt contestari super hoc litem in iudicio seculari, nuper autem referentibus prædictis Abbate, & Conuentu didicimus, ꝙ cũ de literis super hoc autem obtentis ad ipsius cõmunitatis notitiam peruenisset, Syndicus eius exhibito coram iudice potestatis calũniæ iuramẽto citari fecit Abbatem, ꝙ coram illo subiret simile iusiurandũ, vt renunciare per hoc intelligeretur idẽ apostolicis literis ipso facto. aut pro cõuicto si recusaret hoc facere haberetur, Cũq; præfatam cõitatem ad præsentiá vestrá sæpius & perẽptorie citauissetis Syndico eius se velle dilatorias exceptiones proponere protestanti, terminũ quo id faceret, vel super principali respõderet negotio statuistis, ad quã idem veniens protestatus fuit paratum se proponere alio tempore literas nostras, per falsi suggestiõem obtentas. Sed tunc ad hoc se nõ teneri de iure, cum tempus existeret propter vindemias feriatum, vt in textu. & c. G. monachus Syndicus monasterij pro violenta vt dicebat manuum iniectione in presbyterum excõmunicationis laqueo teneretur eodem. G. proponẽte hoc maliciosè. & c. vt in textu *excipiendo*, contra petitionem monachorum, qui petebant execeutionem sententiæ iuxta primum membrum commissionis: hoc dico: quia super proprietate illi de castro erant actores. Nouella *feriarum*, secundum diuersas locorum consuetudines hæ feriæ statuũtur diuersimode. vt. ff. de ferijs. l. præsides. Gof. *clerici præd. cli*, nunquid electum in potestatẽ cuius electioni opponitur, interim administret, vide in Spec. de censi. §. versi. penul. Et dicitur ꝙ si non inchoauerat: vide etiam remissiones, quas dabo de dolo contingit. super vltima gloss. Nouella. *elabatur*, fortè per annum durat rectoria. vel potestaria. vt. ff. de ferijs. l. pridie. & infra hic deciditur, ꝙ quia iudices non procedebãt Abbas & monachi conquesti sunt Papæ. vt patet in antiqua vbi dicitur sic, ꝙ apparebit ex eo ꝙ per nuncium potestatis fuit Abbas prohibitus, ne cõmunitatem eandem extra Florentinum districtum in iudicio conuenirent. Quare prænominati Abbas, & Cõuentus humiliter petierũt, vt obuiare huiusmodi malicijs dignaremur, quo circa discretioni vestræ mandamus quatenus tam eũdem Syndicũ, quàm eiusdẽ monasterij monachos, quorũ testimonio vti voluit, si excommunicationem contra eos ad impediendũ causæ processum opponi cõtingat, absoluentes sublato appellationis obstaculo, ad cautelam ne tali prætextu valeant ab agendo, vel testificãdo depelli. Præmissis exceptionibus non obstãtibus in negotio iuxta formam recepti mandati ratione præuia procedatis, causæ finem debitum absq; more dispendio imponendo, ita præceptum apostolicum impleturi, vt non debeamus vobis difficultatẽ quæ dicto monasterio moræ occasione inuenire alias imminere, dignoscetur imputare, & hoc de expositiõe literæ. Sequitur. ¶ Opponitur de capi. primo de cau. posse. & de. l. nulli. & de. l. Papinianus. & de. §. cuius in agendo. quòd prosequere: vt hic in gloss. secunda, & solue, vt ibi, & coniunge notata Ioan. Andr. in Specu. de rescrip. præsentatione. § vltimo super versi. item quod facit. Nec obstat quòd castrum istud dicitur esse de feudo communitatis Florentiæ, & sic communitas & monachi eiusdem fori. argumen. j. titu. j. ex transmissa. & c. verum. nam nõ sequitur castrum est feudale, ergo electio est feudalis. vel vt dicam in alia oppositione sequenti secundum Hostien. Sed si generaliter quæris vtrum causa possessionis, & causa proprietatis coram eisdem iudicibus tractari debeant, distingue secundum Henricum. Aut causa possessionis est finita, & terminata añquã causa proprietatis inchoetur, ita quòd diuersis temporibus intentantur, & tunc non oportet causam proprietatis coram iudice causæ possessionis tractari, nam imo tractari debet coram iudice rei, vt hic secũdum Innocen. & Hostien. hic. & . j. de cau. posses. cap. primo. Et hoc verum siue ab vno, & eodem intententur. vt. C. de senten. & interlocu. om. iud. authentica & cõsequenter. in fi. & j. de rescriptis dispendia. libro sexto a contrario sensu cum ibi notatis per Archidia. in glossa prima si literas. siue à diuersis, vt hic. Aut causa possessionis non est, nec terminata ante causam proprietatis, nec inchoata, & ita eodem tempore intentátur, & tunc debent coram vno, & eodem iudice tractari. vt. c. j. & c. nulli. allegatis, & hoc verum si ab vno. Si verò à diuersis, tunc vna intentatur per modum conuentionis, & alia per modum reconuentionis. & tunc idem scilicet quòd debent corã eodem iudice tractari. vt. l. Papinianus. & authentica, & consequenter. & c. dispendia. § reus quoq;. Et notant Innocẽtius & Hostien. in capi. j. allegato faciunt notata Ber. s. eod. at si clerici. & quod ibi dixi. Aut vtraq; intentatur per modũ simplicis conuentionis, & tunc, aut actor & reus sunt eiusdem fori, vt quia vterq; est clericus, vel vterq; laicus, & tunc debẽt coram eodem iudice tractari. vt in. c. j. & . l. nulli. allegatis. aut sunt diuersi fori, vt quia vnus clericus, & alter laicus, & tunc si loquimur de iudicibus ordinarijs, debet quilibet coram suo iudice ordinario conueniri: si vero delegatis tene. c. dispẽdia. allegatum. in prin.

¶ SECVNDO opponitur quia causa feudi etiam quoad proprietatem debet coram feudi domino terminari. s. capi. cæterum. j. titu. j. verum. Sed solutio patet ex ijs quæ scripsi in oppositione præcedenti circa prin. versi. nec. ob. vel dic ꝙ causa erat deuoluta per appellationem, & in textu. in verbo respõdere. Supple antequàm electus per monachos esset per communitatem castri receptus, & in hoc grauabantur monachi, vnde propter hoc ad sedem apostolicam appellauerunt, & Papa commisit negotium, vt in textu. & sic plana est decreta secundum Hostien. Etiam si dicatur castrum feudale. Sed non placet ista solutio nec iste intellectus, quòd hic fuerit appellatum. Et primo, quia hoc diuinare est, cum textus nullo modo istud aperiat. Secundo, quia castrum illud non est in territorio ecclesiæ, sed Florentinorum, & ideo, vel ad cõmunitatem Florentinam, vel ad Imperatorem, & non ad Ecclesiam appellari debuisset, & sic non esset ille modus iudicem ecclesiasticum adeundi, cum de iure inter subditos imperij gradatim appellatũ sit. ff. de appella. l. Imperatores. ad quod vide notata Inno. de offi. delega. significantibus. & l. j. ti. primo. licet ex suscepto. vel potest dicere, quòd non apparet ꝙ castrum istud feudale esset, nec videtur hoc verũ, per id quod dixi in seculari iudicio, nec sequitur quòd quicquid est infra iurisdictiõem dominij temporalis, sit de feudo eius, aliàs non haberet locum allodium: licet per violentiam talia multum vsurparetur per dominos temporales. secundum Hostien. super quo vide notata per eum j. de iureiur. capitu. nimis. & . s. de offic. Archi. cap. fina. Facit quod legitur & notatur. de censi. cap. secundo. & videtur expressum de præscrip. si diligenti. vbi de hoc expresse notat Hostien. licet eiũ secũdum Nouellam ibi Imperator fundet in toto orbe intentionem suam de iure communi. sicut Episcopus in tota diœcesi. proui etiam notat Ioan. lxiij. distin. Adrianus. & Hostien. in dicto. cap. fina. secus de inferiori principe. vt ibi notatur. quod potest intelligi verum quoad iurisdictionem de Imperatore. vt notat Spec. de iur. omnium iudic. in princi. vel verius quo

rius quo ad tuitionẽ & protectionẽ, & nõ quo ad dominia;
alias enim frustra cõtraheremus, nec per traditionem, & vsu-
capionem nostrarum transfrerẽtur rerum dominia, si penes
Imperatorem esset omniũ rerum dominium. Super quo re-
mittit ad collecta sua, de Re.permu. c.j. vel aliter possum di-
cere secundum Martinum de salua supponẽdo, primum est,
ꝙ cum iudex secularis in executione sententię suę negligẽs
est, semper potest ad ecclesiasticũ iudicẽ recurri, eo casu quo
super cõuentione principali potest ad eum sic recurri. sic ex
tendo.c. cum sit.ĩ ti j.ad hunc casum, & hoc per istud capit.
secundum istum intellectum. Secundum est, ꝙ sicut à princi-
pio super crimine sacrilegij potest adiri ecclesia, vt dicto.c.cũ
sit. ita ex post secundo lata sententia per iudicem secularem,
quo ad executionẽ suę sententię. & hoc probatur per istam
literam secundum alium intellectũ: nam occupando rem Ec
clesię violenter vt hic, fuit cõmittere crimen sacrilegij. & ista
sunt duo notabilissima secundũ eum. Dixit autem in primo
casu pro eo. &c. quia cum iudex laicus negligens habet supe
2 riorem ad ipsum debet primo recurri regulariter, † Nec pro
pter negligentiã iudicis secularis cognoscit Ecclesia, nisi om-
nes superiores vsque ad vltimum fuerint negligentes. Fallit ta
men in personis miserabilibus prout ista notauit Innocẽ. de
offi. dele. significantibus. iunge etiam notata eiusdem. ĩ.ti.j.
licet ex suscepto. Dicit etiam ꝙ cum Ecclesia sit ita fauorabi-
lis sicut quilibet persona miserabilis, dicta fallẽtia in Ecclesia
locum habet, & secũdum hoc procedit intellectus statim pri-
mo datus, & secundum hoc dictam fallentiam siue speciali-
tatem in Ecclesia probabit ista decretalis. ꝙ est valde notabi-
le secundum eum. Nõ placet mihi ista solutio, quia quod ex
medio sacrilegij aut negligentię recursum sit ad ecclesiasticũ
iudicem, vel actum etiam coram eo, non apparet in textu: &
tamen licet nomen actionis non sit necessario exprimendũ,
s̃.e. dilecti. tamẽ modus agendi attendẽdus est. s̃.c. examina-
ta. Item quia neutrum necessarium hic videtur, cum super re
ecclesiastica non feudali non nisi coram ecclesiastico iudice
potest Ecclesia conueniri, vt in.l. iuris ordinẽ. secundum om
nes, & tamẽ hic non erat feudalis saltem ꝙ appareat, vt iam di
ctũ est. & in isto intellectu qui planus & clarus est, quasi om-
nes moderni concordant.

¶ TERTIO opponitur de.l.j. & de.l. si feriatis. ff. de fer.
vt hic habetur in penul. glo. vbi vide in fi. seq. oppo. quę ha-
bet, ꝙ ex causa quis compellitur tempore feriarum litigare. vt
hic dicitur in fi. decre. Cui concordat Hostien. vel secundum
G. Nazo. qui dicit se fuisse aduocatum in hac causa, ideò fue-
runt compulsi, quia tota comunitas circa vindemias non po
terat occupari, quãdo per vnũ Syndicũ litigare potest. vt. ff.
ꝙ cuiusque vniuer. no.l.j. & hoc videtur hic sensisse Inno.
dicens, ꝙ contraria locum habent quãdo singulares personę
conueniuntur, quas graue est ab opere rustico auocare, sed in
vniuersitate quę per vnũ Syndicũ litigat, secus. vel hoc ideò
est secundum eum, Quia periculum est in mora si transit
potestaria sine regimine, vel potius ex hoc, Quia electum eo-
rum non admiserunt, illi possessionem videtur amittere. Sed
contrarium huius, i. dicti Guillelmi Nazonis notat Innocen
de feri. c. conquestus, vel dic secundum Inno. ꝙ hoc ideo fuit,
quia de regimine rei publ. agebatur, & in ferijs causę publicę
tractantur. C. de fer. l. publicas. vnde sicut fiscales, & publicę
tunc aguntur, sic & Ecclesiarum causę tunc agi possunt. Di-
cit Hostien. ĩ. de ferijs. c. fi. istud locum habere quãdo Eccle-
sia causam habens contra laicum ad hoc instat, secus si laicus.
C. de legi. ꝙ fauore. Fatetur tamen non seruari. vel dic secundũ
Vin. & Phil. ꝙ hic agebatur de executione sentẽtię, & sic nõ
obstantibus ferijs vindemiarum mandatur sententia execu-
tioni. & hoc dicit decre. ad hoc. de. pe. di. j. adam. ij. q. j. sicut.
Et idem esset in alijs solennibus ferijs, vel repentinis. C. de fer.
3 l.j. Et hoc est etiam, † quia executio celeritatẽ desiderat. De
quo per Archi. ij. q. j. sicut verò. Et plenius per. l.j. alias & me
lius per Io. An. in spec. de libel. concep. § nunc dicendum. ad-
ditiõe, quę incipit meus Azo. distinxit, quam cũ tribus addi
tionibus precedentibus omnino hic iunge: sic etiam cum ac-
tio est tempore peritura. ff. e. l. j § sed excipiũtur. & .l. solet. sic
tutorę dantur etiam tempore feriato. ff. e. l ij. & ideo sic &
Rectores. vt hic Go. & idem in alijs quę celeritatem deside-
rant & in quibus mora inducit periculum ff. de dam infec. l.
j. Vincen. Pone ergo magister iuxta Scholas alterius magistri
scholas conducit, voces sonore ad inuicem confundũtur, pri
mus depellit vltimum. C. de stud. lib. vr. ro. & cõstan. l vnic.
libro. xj. vnde causa super ijs tractari poterat ijs diebus secun
dum Hostien. Dicit hic Pe. Egidium dixisse, ꝙ tẽpore huius
decre. in curte huius castri non erant vineę, & ideo fuit excep
tio repulsa. Hoc tamen non iuuaret, si tamen aliunde parant
sibi vina vide Nouellam de fer. cõquestus. in glo. prolixa in
fine. Alij dicunt ꝙ tempus erat feriatum Bononię. sed nõ in
Thuscia: Quia tardius ibi colliguntur vina. Mar. de salua di-
cit ꝙ opinio Inno. sustineri potest, & illa prima facie magis
mihi placuit, pro eo ꝙ res Ecclesię, & res publicę de iure am-
bulant pari passũ. C. de sa. ro. ecc. l. si. publici enim iuris sunt.
vt. ff. de iusti. & iu. l j. § publicum. Et videtur placere Collec.
quia conditio personarum ipsorum monachorum requirit
accelerationem, cum morãdo extra claustrum eis mors im
mineat. xvj. q. j. placuit. Super quo vide Hostiẽ. in summa de
fer. § fi. Facit quia monachus quo ad alia quan sibi commissa
mortuus reputatur. Et ex eisdem motiuis dicit, ꝙ si monachi
essent rei hanc exceptionem allegare non possent, quia sibi fe-
rię non prodessent. Sed contra hoc arguit, quia sibi competit
indigere ferijs, & forsan persona monachi, & exceptio cõpe-
tens monasterio bene prodest. & procuratori, Item quia nõ
haberet locum ratio in religiosis administrationem haben-
tibus. sed tene ꝙ scripsi. s̃. per dictã. l. quod fauore. & c. de hoc.
¶ Querit hic Hostien. in verbo *eligebatur*. nũquid Ciuitas pos
sit sibi eligere aliquem in perpetuam potestatem. i. quo adiu
uet, & idem querebatur de quacunque vniuersitate. ĩ. de im-
mu ecc. aduersus. & videtur ꝙ sic. quia potestas quasi procu-
rator, siue administrator vniuersitatis videtur, ac procurator
in perpetuum potest constitui. vt. ff. de procu. l. iiij. Itẽ quia
officia quãdoque perpetua reperiuntur. C. de mu rile. l. j. lib.
xij. vnde sicut Veneti eligunt sibi Ducẽ, & etiam hodie Ianu-
enses, ita quia Ciuitas est vniuersitas approbata, vt. ff. quod
cuiusque vniuer. no. l. j. & ius sibi constituit. vt insti. de iu. na.
§ ius ciuile & ideo eius statuta perpetuo sunt seruanda. ff. de
decre. ab. or. facien. l. fi. Item quia societas perpetuò contrahi
tur. vt. ff. pro so. l. j. Et quia quilibet priuatus laicus, & liber
potest se submittere iurisdictioni alterius. vt. ff. de iudicijs. l.
j. & ij. & etiam superior inferioris. ff. de iuri. omniũ. iud. l. est
receptum. Multo ergo fortius & Ciuitas potest sibi in perpe
tuum iudicem facere, seu rectorem, sicut & Ciuitas Romana
Imperatorem sibi constituit. vt probatur. ff. de orig. iu. l. ij. §.
deinde. quia difficile, & § eodem tempore. & § nouissime. &
de offici. pręfec. pręto. l. vnica. & de constituti. princi. l. j.
& fi. exercitus Imperatorem facit. xciij. di. legimus. circa
medium. Et breuiter de iure cõi est, ꝙ quelibet congregatio
sibi perpetuum administratorem eligat, & rectorem, vt. s. de
elec. c. j. Sed in contrarium arguit, quia leges loquentes de of
ficijs ipsa temporalia esse volunt. C. de castren. l. j. & C. de de
ca l. j. de domesticis. l. lege pragmatica. de messo. l. vnica. de
muni leg. l. eternã. de cõsuli. l. pe. de fabricen. l. ij. ff. de offi. pre
fec. vr. l. vnica. ibi *ad tempus*. & c. ff. de offi. procõ. l. meminisse.
de offi. pręsi. l. si forte. de nri. iu. l. ij. § populo deinde aucto. ff.
de adulte. l. si adulterũ § fi. & l. si maritus. j. respõso de iniu. l.
nec magistratib⁹. de iud. pars literarũ de feri. pri. lse. & hic cũ
4 multis alijs similibus. ¶ Soluit autem dicens, ꝙ † secundum
iura vetera florũ honores, dignitates, & munera temporalia
debent esse, vt. ff. de mu. & hono. § gerendorum. adeo ꝙ nec
in eandem personam continuari debent. vt ibi, fallit in subsi
dium, vbi alij desunt qui gerunt, vt. l. vt gradatim § quotiẽs.
e. ti. Item in sacerdotij dignitate, quę sponte repeti potest. vt
e. ti l. sponte. Et fuit regularis in huiusmodi officijs, nisi le-
ge specialiter aliud, caueretur quinquennij vacatio ad pręd

ctos honores. ad alios triennij ad legationem biennij. C. de mu. & bono. nõ conti. l. ij. li. x. Et per tãtũdẽ tẽpus poterat in officio retineri. C. de defen. ciui. l. a defensorib⁹. ampliori nõ. Etiam si consuetudo ciuitatis, aut decurionũ auctoritas hoc desiderat, alias desideret. ar. C. de suscep. & Archi. l. neminẽ. libr. x. Hodie verò tñ per biennium in officio esse potest, & interpellato biennio iterum potest assumi si placeat ciuitati, non aliter. vt in authen de defen. ciui. § fi. collatione. iij. Et aliter aspirans, & desiderans promoueri incidit in. l. iuli. ambitus. C. ad. l. iuli. ambi. l. vnica. & est multiplex ratio, quare officia non debent esse perpetua, 5 † Prima ratio est, ne si promoti rempublicam detinerent perpetuo occupatam, asperè dominarentur & ideò non expedit reipublicæ vt summam potestatem habens sit perpetuus. vt dicto § populo deinde aucto. Quod intelligendum tamen videtur de perpetuitate, vt transeat ad hæredes. Alias enĩ ad hoc summus Princeps excipitur vt. e. l. § nouissimè. ad hoc. s. de elec. venerabilem. ad fi. Secunda est ratio, ne detur via corruptioni. & ambitioni. C. de decanis. l. j. li. xij. Tertia ratio est, vt si delinquatur facilius corrigi posset. C. de suscept. & archar. l. neminem. li. x. Quarta ratio est, ne transeat ad hæredes. in autheo. de defen. ciui. § fi. Quinta ratio, quia sic possent vniuersitates, & Ciuitates substrahere se à vero & principali dominio, dando se sic potentiori. Ad hoc quod legitur & notatũ de exces. præla. dilecta. de alie. mu. iud. cau. fac. c. fi. Sexta ratio esse potest, secundum Hostien. ne tales perpetuati ex hoc habeant occasionem delinquendi. ff. de ori. iu. § deinde cum ærarium. in autheotica de defen. ciui § fi. alias. Ideòq; vult ꝙ deponant officium, & rationẽ reddant. C. vt oẽs tam ciui. l. vnic. vbi verò ciuitas vel locus est sub dominio alicuius sine cõsensu illius cui sobest, vt patet in eo quod legitur & notatur. j. de excessi præla. dilecta. & c. ad hæc. § fi. Et hæc in secularibus rectoribus, seu administratoribus creandis per electionem locum habent. Secus enim in alijs, qui hæreditario iure succedunt. vt. s. e. c. nouiter. § j. ver. vt illud dimittamus &. j. de voto. licet. Item secus in Imperatorib⁹, Regib⁹, Ducaub⁹, & Ducib⁹ aliquibus, qui de antiqua & approbata cõsuetudine perpetuo idest quãdiu vixerint eliguntur. Quibus tamen nec in honoribus hæredes succedunt. Exemplum in Duce Venetorũ, & etiam in Imperatore. de elec. venerabilem § fi. Item secus in rectorib. ecclesiasticis qui perpetuò idest quãdiu viuunt constituuntur etiam si vicarij sint plerunq;. de offi. vicarij. c. j. & fi. de fi. instru. G. perpetuus vicarius. vnde & tales quãdiu bene viuũt regũt Ecclesias, nec de facili cessio admittitur hic. s. de renũ. c. j. sed per mortem quę omnia soluit. vt in authen. de nup. § deinceps autem soluitur vinculum matrimonij carnalis. vt ibi, nec non & spiritualis. s. de elec. ne pro defectu. secundum Hostien. De regimine verò ciuitatis Romanæ tene secũdum Nouellam quod habes. j. de elec. fundamẽta. lib. vj. satis confuse, & indeterminatè loquutũ est. Igitur breuius dicas, quia aut communitas dominio supposita est alieno. Et tunc dicas ꝙ illa non potest sibi eligere rectorem perpetuũ sine cõsensu illius dominij. per iura & rationes superius allag. Sed de consensu dominij fortè secus, dũmodo alteri⁹ præiudiciũ nõ vertetur: nam licet cuilibet renunciare iuri suo. de regula ad apostolicam. & quia dominus ibi põt cõstituere aliquẽ rectorẽ perpetuum. ff. de procurato. l. iiij. & maximè de consensu cõmunitatis propter pręiudicium quod prætendere potest. C. de auc. præstan l. fina. modo consensus cooperatiuus operatur dispositionem, vt. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. sicut. § non videtur. secundo respon. de pigno. l. si fundus § primo. Aut est communitas quæ nõ est supposita dominio, alieno, & tunc potest eligere sibi rectorem perpetuum. Et probatur euidenter per hoc, quòd Romana ciuitas dum nullum recognoscebat supra, dominum sibi elegit alternis temporibus, & diuersis vicibus, rectores perpetuos, & ad vltimum Imperatorem. vt patet ex discursu. l. secundę. ff. de ori. iur. allegatæ. hoc enim est ius gentium quo discretæ sunt gentes, & regna condita, & per consequẽs dignitas regia, quę perpetuo est introducta: vt. ff. de iustitia & iure. l. ex hoc iure. Igitur competit omni gẽti liberè posse eligere sibi regem: Cùm ius gẽtium omnibus gentibus sit commune. insti. de iu. na. § quod verò. Iura verò in contrariũ allegata loquũtur de officijs eorũ, qui sub Imperio Romano degunt, & dominium illud supra recognoscunt. rationes verò inductæ non necessitatem præcisam, sed solum expedientiam inferunt. Sed si Imperator fundat intentionem suam de iure communi difficile erit talem communitatem recipere, quæ supra se dominium non debeat recognoscere, vel Imperatoris, vel saltem alicuius de illis Regibus qui sciente, & patiente Ecclesia, ab Imperio se substraxerunt. Sed saltem eo modo, quo in libertate fuit aliquæ, saltem de facto eo modo competit eis hoc quod signũ & sequela libertatis est. ff. de reivendica. l. ex diuerso. & super dominio vniuersali Imperij. vide omnino Bartholum. ff. de capt. l. hostes.

¶ Supple glossas. In prima glossa in fine, & est exemplum in clemen. vnica de sequestra. & ab ea potest appellari. de hoc. j. de restitu. spoliato. cum ad sedem. in fine primæ glossæ. secũdo ibi: *non poterant*. j. de iure patrona. relatum. secundo respõso. ff. de iudi. l. secunda. § sed & si. & . C. qui. le. per legẽ vltimã. Phy. nec intelligas hic gloss. voluisse notare clericum coram iudice laico reconueniri non posse: quia sic contrariaretur alteri glossæ. s. ca at si clerici. & . j. titu. proximo nullus. vbi vide secundum Collectarium. & hoc de isto titulo.

De foro competenti. Rubrica.

¶ Viso de iudicijs. quia ad ea vocati frequenter de foro excipiunt, & solet plerumq; dubitari, de quo, & per quem valeat excipi, videndum est de competentia fori. Gofredus. vel sic, habito de iudi. quæ reddi habent, vbi iudex salua maiestate Imperij sui, saluo quòd more maiorum ius dicere habet, videlicet de tali re seu persona, quæ ad eius forum spectet. vt. ff. de iustitia & iure. l. penultima. § alia. supra titulo proximo quãto. & capi. at si clerici. & . j. eod. capi. secundo. & . ff. de iuris. omni. iud. l. fina. & hic est forus competens, ideò subijcitur de foro competen. secundum Car. j. eo. libro sexto in rubrica habetur materia distin. xcvj. Item. iij. quæst. vj. & . sexta quæst. iij. & . iiij. Item. xj. quæ. & . xxj. quæst. j. per totum, & repetitur in. vj. & in clemen. & congruit rubricæ de verb. signific. forus. in principio & capi. super quibusdam. § fina. & cap. nouimus. & de priuileg. capi. j. de senten. ex commu. si iudex. libro sexto de re iudi. pastoralis. in clemen. & in Speculo de iudi. compe. adit. per totum.

¶ Quęritur hic quid est forus, dicit Hostien. quod habemus forum in neutro, & in masculino genere. & quòd in neutro ponitur pro territorio cuiuscũq; iudicis infra quod propter facinorosos animaduertere, vt. ff. de verbo. significa. l. pupillus. § territorium. vnde & tota diœcesis dicitur territorium Episcopi. xvj. quæstione. vij. omnes basilicæ. j. de offic. ord. cum Episcop⁹. libro sexto extra quod impunè non paretur. de constitu. cap. secundo eod. libro. Forus autem in masculino multipliciter accipitur, vno modo pro loco in quo ius redditur, vt in dicto capitulo forus. Secundo dicitur locus in quo fiunt nundinæ vnde Ouidius. Ad fora conueniunt quis nunquàm credet amori. Tertio dicitur locus in quo calcantur vuæ scilicet calcatorium. Quarto quædam spatia plana in nauibus. de quibus Virgilius laxatque foros. hoc est tabulatum in naui, & dicitur à ferendo quòd homines fert. Quinto dicitur foramen in naui, per quod remus emittitur, à faciendo siue perforando, quia perforatur, vnde & forulus dicitur bursa, siue scriptorium eo quòd crebro sit perforatũ ad pennas, & cornua imponenda.

¶ Secũdo possem⁹ quærere generaliter, quibus ex causis quis sortiatur forum. de quo per Hosti. in summa. e. ti. § ij. & dicemus infra. e. c. sanè. in. vij. q. vbi vide plenè, & . c. fi. Itẽ qualiter distinguatur forum & iurisdictio, de quo per Hosti. in summa. e. ti. § fi. vbi dicit, quòd alia est plenissima in solo principe

devsu palli

de vsu pallij ad honorem. de quo notatur per eum in summa.de offi.leg.§ quod obtinet.ver.quid ergo.& ver.se.Et alia minus plena in inferioribus quorum maiores dicuntur habere pleniorem respectu minorum.iuxta eius notata in summa. de maio.& obed.j.responso.&.§ in quibus.& de offi. ordi.§ quid pertinet ad officium.sub.§.sunt autem iurisdictiones distinctè.& de vsu pal.§ ij.Item alia ordinaria, alia delegata, de quibus .de offi.ord.& de offi.deleg. & qualiter differunt, & quare ordinaria dicitur prosequere,vt in dicto § fi.vbi etiam habes diffinitionem iurisdictiõis, quã ponit Accursius .ff.de iur.om.iudi.l.j.in glo.iij.de quibus vide plenius in Specu.de iur.om.iud.vbi reperies disputatũ per Io.in additiõe,vtrũ donato castro cum omni iurisdictione transeat merum imperium non exceptum.& an videatur donata iurisdictio in dubium castro donato in feudum.vide Io.in Spec. de locato.§ fi.super vers.xciij.de quibus dicam.j.de dona.c.cũ dilecti & qualiter præscribatur iurisdictio,vel imperium latè scripsi de offi.ord.cũ ab ecclesiarum.in.vj.quæstione.&.c.ti.c. j.in cle. in.iiij.q.& tribus sequentibus.vide etiam in loco prꝗallegato in Specu.de iur.om.iudi.per Io.in additiõe,qualiter merũ imperium delegetur.de quo dicetur.j.de rapto.in Archiepiscopatu.Item vide ibi in fi.per eum disputatum, qualiter iudex simpliciter inhibere potest,& post suam inhibitionem contrarium facientem punire.de quo dicetur.j. de mat.cõtract. contra interdict.ecclesiastici.c.j.&c.sequitur.

¶ TERTIO generaliter prosequi potes cuius iudicis forũ actor adire debet, & qualiter adire debet, & quis sit effectus aditionis,& quis dicatur iudex ordinarius alicuius.de quibus in Spec.de compe.iudi.adi.§.j. & tribus.§.sequẽtibus. & de tribus primis dicetur.j.e.si clericus.&. c. cum sit.&.c.fi.& de quarto satis dictũ est.in.c.cũ ab ecclesiarũ.allegato.Quęstiones verò tactas per Io.in Spec.in loco prꝗallegato.de cõpe. iudi.adi.§ j.expediã.j.e.c.fi. Alia verò quę ponit in.§. sequẽtibus non videntur mihi tam necessaria.&c. sequitur.

¶ SVMMARIVM.

1 *Clericus coram episcopo conueniri debet*
2 *Consensum præbere habens satis videtur illud exprimere consulendo illi,quem prohibere potest.*
3 *Non est in voluntate rei in iudicem cõsentire.*
4 *An ex voluntate illius qui impeditur sit dandus iudex.*
5 *Inferioris prælati iurisdictio superiorem in iurisdictione praeuenit,etiã summi Pontificis.*
6 *Non potest clericus coram iudice seculari conueniri,etiam si se voluntariæ illius iurisdictioni subiiceat.*

CAP. I

1 SI quis clericus. Casus clericus † corã suo episcopo conueniri debet. Expõe literam,*clericus*,vel laicus. *clericum*,secus si aduersus laicum .j.c.cum sit. Gofre.*egotium*,causam siue quæstionem.j.de verbo.signi.forus.*proprium*,ipsius rei.xj.q.j. experientię. Petr. quod si fecerit siue in criminali,siue in ciuili negotio puniuntur.vt hic.in glo.ij.secundum Inno.*sed prius*, hoc dicit qa per appellationẽ potest ad Metropolitanũ deuolui,Host.vel per negligentiam episcopi Pe.*consilio*,aliter non licet,vt notatur. s.de arbi.c.statuimus.& secundum Innocen. Subaudi etiam in consensu.non enim hoc casu sufficit consilium,vt.j.c. proximo.&.c.Romana.Hosti.concor.de offi.deleg.c.venerabilis.Nouel.Et facit quòd si parochianus de consilio proprij sacerdotis confiteaĩ alteri sacerdoti,ille non potest eum absoluere,

2 nec ligare quod esset fortè. nam † consensum prębere habens,satis videretur illum exprimere consulendo illi quem prohibere potest,sicut patiendo.j.de re iudi.quamuis.ff.mã. l.qui patitur. tu cogitabis. videretur tamen differentia quandoq; facienda inter consensus prestationẽ,& proriè potestatis translationem.per id quod scripsi.j.de pe.& remis.omnis vtriusq;. super glo.executionem habenti.&.s.de offi.ordi. c. quod sedem.in prima oppositione.*alios*,quibus episcopus delegabit causã, & etiã sine delegatiõe.Inn.¶ Opponit ibi:*quod vtraq; pars*,quia iudiciũ fert in reum inuitum.vt.ff.de ver.ob.

3 l.inter stipulantem.§.j.ergo.† nõ est in volũtate rei in iudicẽ consentire.Item fortius confirmatur, quia iudex ordinarius hoc habet à iure,quòd potest causam alteri delegare. vt.ff. de iur.om.iudi.l.iij.in fin.& de offi.deleg.c .super quæstionẽ.§ quẽ verò.&.§ se.& .§ fi.Igitur hoc faciẽdo inuitis partibus eis non facit iniuriam,quia vtitur iure suo.Et ideò nõ potest ab eis impediri. s.de elect.cum ecclesia vulterana.Credit Collec. quod hic dicitur locum habere cũ ambæ partes instant apud episcopum,ꝙ se exoneret,& sic quòd cõsensui alius oneretur ar.j.de reg.iur.c.j.nec enim tollit hęc litera,quominus episcopus ex officio suo sine consensu partiũ causam cõmittere possit,prout sibi placet.quia imo potest.vt.j.de offi.dele.c.quãuis.lib.vj.& sic non ob.quod legitur & notatur.de offi.dele. cum.R.vbi de hoc.quod.c.loquitur vbi Papa mittat ex causa iudices actori datos,quo casu actor eligẽdo releuaĩ, vt ibi per eandẽ viã.e.titu.causam.scdm vnũ intellectum sed scdm aliũ intellectũ si Host.cõcordat cũ ista decre.qa si reus ita voluit,vel secundũ Nouel.decre.ista loquiĩ de cõsilio.Consiliũ enim est quòd detur de consensu partium,nec possit recusari vt dicto.c.super qõnum.§. verũ.& ista est veritas.concordat Lignianus,distinguit tamen,quia aut loquimur de iudice assumendo per viam delegationis, & tunc dicit indubitatũ ꝙ sine consensu partium dabitur:sed ius recusandi restat saluũ. Aut per viã prorogatiõis,& tũc requiritur vtriusq; consensus. & sic potest intelligi hęc decre.In iudice tamen dato per curiam,quod transit per audientiam contradictarum, nisi pars contra quam impetratur contradicat,datur ad electiõem impetrantis.Sed si contradicit,& nullam vel iniustam aut inuerisimilem causam allegat, nisi velit habere plures iudices adhuc idem. Sed si iustam & verisimilẽ causam allegat, oportet de alio cum ea conuenire.Si verò velit quòd sint plures etiam si causam nõ alleget dabit quemlibet pars suũ,alteri non suspectũ,& audito tertio qui consueuit dare officialem,sic tamen hinc inde contra nominatos suspitiones allegẽtur verisimiles repellit auditor,donec electi fuerint nõ suspecti, vel partes concordent.Sed ordinarius ad hoc nõ arctatur.

4 ¶ SECVNDO opponitur,† qa videtur quòd imo de voluntate solius illius qui impeditur sit iudex dandus.vt.xj.q.j. c.iudices.&.xvij.q.v.si autem.Ber.in fi.vltimæ glosæ. & Ho. videntur dicere, ꝙ dicta capitula hodie non tenent.Sed Alanus & Phi.hic dicũt quòd illa capitula intelliguntur cum determinatione istius,& secundum hoc non corriguntur,sed tenet hodie.

¶ Tu autem distingue secundũ mentem Archidiaconi in.c. iudices.in glo.penulti.& Henricum hic.Quia aut loquimur in causa criminali episcopi,presbyteri,vel diaconi,vbi plures debent esse episcopi cum proprio episcopo,& tunc habent locum illa capitula,vt videlicet si accusatus habeat suspitiones electos à suo episcopo vel metropolitano,quòd eos recusare poterit,& alios petere.Super quo vide quòd scripsi ad materiam.s.titulo.j.c.primo.in oppositione prima.aut loquimur de causa criminali alterius clerici inferioris, & tunc habet locum istud capitulum

¶ Sed quod dictum est de diacono locum habet secundum Henricum hodie etiam in subdiacono.s.de seruis non ordinan.miramur.& habet locum etiam istud capitulum in causa criminali clerici cuiuscunq; secundum eum. Quid dicendum?non placet quòd dicit Hen.de subdiacano:nã licet subdiaconatus hodie sit factus ordo sacer,stat tamẽ quòd diaconatꝰ maior ordo est quã subdiaconatus sicut presbyteratꝰ diaconatu,& Episcopatus presbyteratu maior dignoscitur. Cũ igitur dicta solennitas ratione maioritatis maior in maiori requiraĩ, non est bona cõsequẽtia requiriĩ in maiori ordine,

igitur requiritur in minori. cum non sit eadem ratio vtrobique, imo oec similis. Prætereà, quia iura iurisdictioné episcopi restringentia non sunt laxanda. de rescrip. ad hæc. & per cõsequés, nec ad casum alium extendéda. ĩ. de rescrip. suceptum. libro. vj. Modo quòd episcopus non posit nisi cum certo numero episcoporũ, vel presbyterorum ad depositonem procedere, est eius iurisdictióem restringere. Præterea satis videtur mihi absonum, ꝙ per istud. c. quod non facit specialem mẽtionem de accusatione criminali, vel depositione presbyteri, aut diaconi, sed potest conuenienter de causa ciuili intelligi, cui congruẽtius adaptatur verbũ negotium. iura antiqua de causa criminali, seu depositiones loquentia in aliquo corrigantur. ar. ĩ. de elect. cum expediat. lib. vj non enim in dubio intentionem corrigendi præsumimus. C. de app. l. præcipimus. in fin. C. de inoffi. do. l. vnica. Collectarius autem voluit dicere quòd capitulum iudices. loquitur. vbi accusatur episcopus qui habet eligere duodecim episcopos. iij. q. viij. accusatores. & dicit, quòd simile notat Archidia in dicto. c. iudices. & remittit notata sua. s. titu. j. c. j. si non apparet quare debeat restringi ad episcopos, cum in presbyteris, & diaconis eadẽ ratio vendicet sibi locum. & quia cõmuniter intelligitur indi-
5 stinctè, Collectarius quęrit satis extra materiá decretalis, † si inferior prelatus in aliquo diœcesi omnem quam prescribere potest iurisdictionem consueuerit exercere, nunquid episcopus omnino excluditur? & refert Io. Andre. de offi. ordi. pastoralis. scripsisse se credere: saluo iure speciali, quòd de iure cõmuni in iurisdictione episcopi, & prelati sibi subiecti locũ habet præuentio. nec mirum, quia & Papę iurisdictio per inferioré pręuenitur. de app. vt debitus. nisi de iure speciali aliud diceretur. bene enim potest inferior prescribere quòd prius ad ipsum veniret causę cognitio. de offi. Archi. c. si. ĩ. c. cũ cõtingat. & dicto. c. pastoralis. Sic potest intelligi quod Archi. asserendo, & Cardi. scribendo dixerunt. ĩ. de offi. ordi. cum episcopus. lib. vj. quòd vbi in certo loco diœcesis est prouisum per consuetudinem, vel priuilegium: ꝙ non habet locũ quod ibi dicitur. Quod dicit verum Nouel. cum episcopus de consuetudine, vel priuilegio adiri non potest immediatè, alias contrarium credit. de offi. Archi. ad hęc. quod videtur secundum Collect. multum rationabile: quia l. vel ius cõmune, non videtur excludi, nisi per aliquem contrarium actum. de censi. c. sopitę. remittit ad coll. de consuetu. ex parte. quòd enim nondum factum fuit fiat, & omissum restauretur. viij. di. quę contra minores alias mores. Sed de ijs plenissimè scripsi, in dicto. c. pastoralis. in prima questione, & in dicto. c. cũ episcopus. etiá in quęstione prima quasi p viij. chartas paruas. ¶ SECVNDO quęrit, supposita communi opinione & vera, quòd iudex extra territorium cognoscere non potest. etiam de consensu partium. de quo remittit ad collec. sua de offi. deleg. cum olim. & nũquid Archiepiscopus de causa deuoluta ad ipsum per appellatióem poterit cognoscere de cõsensu litigantium per totam prouinciá? cõtra decre. vt litigantes? de offi. ordi lib. vj. videtur quòd sic, quia illa decre. videtur introducta in fauorem partium Sed Io. An. ibi notat cõtrarium, cuius opinio secũdum Collect. videtur probabilior, quia etiam in fauorem suffraganeorum est inducta. Inducit Collect. collecta sua in. c. cũ olim. alleg. hoc iuocto ꝙ hoc nõ reperitur expressum. de offi. ordi. duo simul. Sed de hoc plene dixi in dicto. c. vt litigantes. in. v. quæstióe. ¶ Subdit etiá Collect. quòd episcopus potest sedere in monasterijs pro tribunali. xviij. q. ij. decreuimus. & notatur in. c. cũ episcopus. al legato. quia episcopus in monasterijs correctionem habet. vt notat Inno. de offi. or. quãuis. super quo vide ea quę scripsi ibi in secunda quęstione principali, & maximè in vers. sed quid si locus. Et verè nimis peregrinè adduxit ista Collec. hic, alias Collecta. & hic me expediuissem solũ remissiuè, nisi quia est prima decretalis huius tituli, &c. ¶ Querere etiá potest generaliter, qualiter clericus ex suo, & episcopi sui cõsensu potest coram laico iudice conueniri, quia textus iste si simpliciter, & generaliter sumitur, facit quòd simpliciter hoc fieri possit.

Tolle igitur casus, & primo casum causarũ spiritualiũ, & vt scripsi. j. de procura. c. j. lib. vj. in tribus primis oppositionibus, & de iudi. c. quanto. in oppo. & de arbi. c. contingit. Secũdo tolle casum reconuentionis, quia de illo satis scripsi. s. tit. primo. at si clerici. in ij. oppositione. Tertio tolle casum, in quo interueniret commissio Papę, quia ille potest committere laico etiam criminalem contra clericum, & pro libito voluntatis cum positiuis iuribus non ligetur. xxxij. di ad hęc. & ibi notatur. ij. q. v. magnam. lxiij. di. in Synodo. &. c. Adrianus. xciiij. di. c. j. & xcvj. di. bene quidem. & vtrobiq; notatur & per Ber. s. ti. proximo decernimus & per Hosti. & Nouel. ĩ. c. proximo. & Archidia. de offi. deleg. ab arbitris. & de cle. coniuga. lib. vj. & per Henri. in. c. at si clerici in prima dist. in principio. Quarto præmissis casibus sic sublatis distiguas cau-
6 sam criminalé, à ciuili, & in causa criminali dicas, † quòd nõ potest clericus coram iudice seculari conueniri, etiam si voluntarie se illius iurisdictioni subiciat, & interueniant consensus atq; commissio sui proprij episcopi vt probatur. xj. q. j. c. j. &. iij. &. c. clericum. & per totum. &. ĩ. e. c. significasti. & hic notatur in glo. alias. ij. in fine. & quod dicitur. xj. q. j. c. ij. &. iij. quòd nullus præsumat trahere clericum coram iudice seculari absq; permissu episcopi, subaudi maximé si intelligas de tractu criminali. Fallit tamẽ in primo, si sit incorrigibilis, & ob hoc traditus curię seculari, vt. s. titulo proximo. c. cum non ab homine Super quo vide quod ibi scripsi, in tribus primis questionibus. & pręsertim in. iij. quęstione. Secundo quando immiscet se feuis & enormibus. secundum ea quæ notantur & dicam. ĩ. de priuile. ex parte. & de sen. excõ. perpendimus. Tertio quãdo inuocatur ab episcopo auxilium brachij secularis. Sed ista non est propria fallentia, quia tunc videtur secularis facere vicè episcopi. vt. ĩ. de sen. exc. mulieres. super quo vide lecta & notata. s. de offi. ordi. c. j. & quæ ibi scripsi, in. iij. &. iiij. oppositionibus. &. ĩ. e. c. nullus. Alios casus vide notatos per Hosti. de sen. exc. § quis possit excõicare § sub illo autem canone. & de hoc per Io. xj. q. j. in summa. &. c. clericum nullus. & per Hosti. & Hen. ĩ. de sen. exc. vt famæ. nec hic distinguo clericũ coniugatũ à non coniugato. cũ quo ad hoc coniugatus dummodo cũ vnica, & virgine retineat priuilegiũ clericale vt. ĩ. de cle. cõiuga. c. vnico. libro. vj. In ciuili autem causa, dic ꝙ clericũ ex consensu & cõmissione proprij episcopi, & ipsius clerici voluntate conueniri posse. ar. ĩ. c. proximo primo respõso à contrario. in verbo. *permissu pontificis*, exponendo pontificis. i. episcopi qui hoc concedere potest, vt ibi dicá, & sic possem intelligere hác decretalé. sed nõ interuenientibus cõmissione, & consensu prædictis, secus esset arg. ĩ. de fo. cõpe. c. secularis. lib. vj. Sed hic tria dubia oriũtur, primum est, quid si consensus episcopi sine cõmissione interueniret. Sed ista quęstio iam videtur expedita, per ea quæ ego scripsi. s. e. c. in textu super verbo, consilio. Secundo, vtrũ consensus, & cõmissio proprij episcopi absq; consensu clerici in hoc sufficerent? de quo & de pręcedeti dicá. ĩ. e. fe. Tertio qd quo ad hoc. de cle. coniuga. cũ vnica, & virgine. sed hic nullũ dubiũ, quia nõ retinet hoc casu priuilegiũ clericale, vt dicto c. vnico. Premissa vera in cá merè ciuili nõ feudali. In feudali verò notat Hug. xj. q. ij. in summa. corá seculari clericum conueniri nõ posse. sed Gofre. & Hosti. in. c. at si clerici. tenent cõtrarium, per. c. cęterum. s. ti. proximo. & per. c. ex transmissa. ĩ. e. Et de hoc notat Inno. ĩ. e. ex parte. B. in gl. vltima. vbi de hoc dicá. Et tunc dicit Henri. in. c. at si clerici. ꝙ horum opinio de facto tenetur. & de hoc per Archi. in dicto. c. vnico. tenenté opinioné Hu. vbi tamen glosatores, & secundũ Hen. ibi. s. omnes moderni tenent opinioné cõtrariã, q̃ Hen. dicit tenendá dummodo non fiat distinctio personalis clerici, per dñm feudi, sed solũ ciuilis, vt ibi notatur in Nouel. & ibi dicá.

¶ SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis si clericũ per se distringit, vel cõdẽnat, debet excõicari*
2 *Minores ecclesiæ dicuntur serui, & rustici.*
3 *Consensus actui separato adhibitus circa actum separatũ qui alias valere non potest operatur.*

A non

4 *A non competenti iudice gesta non valent.*
¶ CAP. II.

1 NVllus iudicum. Casus. † iudex se
cularis si clericũ
per se distringit, vel condennat excommuni-
cari debet. Et habent quidã hoc capitulũ pro
palea. xj. quæstione. j. c. nullo. alias. c. ij. duo fa
cit. prohibet, & pœnam adijcit ibi: *quod si*, & hoc de principio
¶ Expone literam *iudicum*, secularium vel ecclesiasticorum,
talium tñ qui in eos iurisdictionẽ nõ habent. Inno. *clericum*,
etiam si primam tonsuram tantum habeat. de hoc. s. ti. j. cum
non ab homine. Hosti. *nullum*, etiam coniugatum non biga-
mum, si incedit in habitu, & tonsura. j. de cleri. coniuga. c. vni
co. lib. vj. vbi de hoc consilio fit mentio. *minores*, cõuersos ob-
latos Inn. alias *minoris*. Vincen. & isti minores senioribus pro
custodia cõmendãtur. xij. q. j. omnis ætas. Vincen. *permissu*, &
maximè, quia nec cum permissu si sint seculares Inno. dixi. s.
c. proximo in. q. si. *Pontificis*. j. Papæ. qui solus hoc potest gene
raliter concedere in casibus. vt. j. de sen. excommu. vt famæ. §.
laici. & s. ti. j. cum non ab homine. Hostien. Dominus Mar.
de salua non credens securum quòd laicus etiam de permissu
ecclesiæ verberet, vel quæstionet clericum. remittit ad lecta &
notata in. c. vt famæ allegato. *distringere*, vel in loco aliquo ip-
sos inuitos retinere, vt. j. de sen. exc. nuper. Hostien. *aut condena
re*, nisi in causa reconuentionis, vt. j. de mu. peti. c. j. & ij. Inn.
vt glo. & dic condemnare. s. minores vel seruientes. nam cleri
cum etiam de permissu episcopi condemnare non potest. j.
c. significasti. vel dic condemnare clericos. i. ad condemnan-
dum corã episcopo inuitos ducere etiam depositos, vt. s. titu.
proximo. cum non ab homine Hosti. Quid de vxore vel fi-
lio clerici, notatur & etiam dicetur in dicto. c. vn. Facit tamẽ
l. ij. C. de epis. & cle. quòd eodem priuilegio gaudeant. Et no
ta bene secũdum Collect. literam generalem distringere, aut
condemnare, quæ omnem casum excludit, nisi supple quate
nus alibi reperitur. vt. s. titu. proximo qualiter. Quæri posset
hic, quis exemit clericos à potestate seculari. sed dicit Marti.
non esse insistendum, quia tota potestas etiam secularis est pe
nes ecclesiam. vt in extraua. vnam sanctã. Plus dicit quòd de
hoc dubitantes sunt in periculo de salute: nam secundum eũ
deus ipse exemit, allegat. xcvj. di. si Imperator. vbi dicit textus
ad sacerdotes enim deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt
pertinere, non ad seculi ptãtes, quas si fideles sunt ecclesiæ suę
sacerdotibus voluit esse subiectas, & infra à pontificibus, & sa
cerdotibus omnipotens deus Christianę religionis clericos, &
sacerdotes voluit ordinari. & discute. imo dicit quòd eo iure
imo fortiori fundatur intentio ecclesię in ecclesias, etiam de
iure communi, & sine aliqua speciali exemptione quo Impe-
rator se fundat in temporalibus. de quo scripsi post Inno. &
Hostien. s. de main. & obedien. si quis venerit. ij. q. *iniuriam*,
iniuria enim clericorum ad Christum pertinet, cuius legatio
ne funguntur. vij. q. vij. aut accusatio. in fin Gofre. *emendam*. j.
de verbo. significa. ex parte. & c. cum olim. Hosti.
¶ Collecta. quærit quid in causa reconuentionis de quo hic
in glo. ij. & refert notata Ber. Io. Inno. Hostien. Nouel. Archi
diaconi Hu, & Pet. de bel. partica. de quibus scripsi in. c. at si
clerici. in. ij. oppositione, & collecta sua. j. de mutuis peti. c. ij.
Finaliter credit probabiliter debere distingui, quia aut loqui
mur in casu in quo specialiter est priuilegiatus, vt in crimine
sacrilegij, vt. j. e. conquestus. & tunc non possit ne priuilegiũ
in eius damnum retorqueatur. & ita notat Hosti. in summa.
de excep. §. j. Aut in alijs, & tunc, vel in causa quæ de sui natura
est secularis, & temporalis. vt in realibus, & hoc casu reconuẽ
tio fieri potest: quia si natura facit directè, vt in causa feudi,
hoc potest facere incidenter. & sic notat Archidiaconus. xj.
quæstiõe. j. c. j. Et sic possunt intelligi notata per Gofre. de cle
ri. coniuga. c. vnico. quia tenet per authen. de sanct. epis. § reue
rendissimi. quòd indistinctè fieri potest, & dicit quòd ibi est
expressum. Dicit tamen Collectarius se non videre quòd de
hoc loquatur. Sic etiam potest intelligi Spe u. sub rubrica de
reconuentione. §. sed pone. vbi notatur quòd potest fieri vbi
non agitur de crimine, vel actione famosa, alias autem non
possit fieri reconuentio. & sic intelligantur notata In. in quæ-
stione. viij. cuius in agendo. vbi sentit indistinctè, quòd fieri
non potest. quod securius videtur Collectario. licet prædicta
rationabiliter tueri possunt secundum eum Sed dic vt scripsi
in dicta oppositione secunda.
¶ SECVNDO quærit Collecta. nunquid clericus potest
se offerre in curia seculari pro laico, vt defensor, & dicit quòd
non. Inducens authen. de sanct. epis. § aliud autem ratio, quia
non potest etiam expressè renunciare priuilegio. vt. j. c. signifi
casti. & c. si diligenti. & sic notatur in Specu. de primo decre-
to. §. restat. ver quid si dominus. Et facit. xj. quæstione prima.
te quidem. s. ti. primo. qualiter. Et placet Ligniano.
2 ¶ † TERTIO quæritur ibi: *minores ecclesiæ*, qui sint isti? & di
cit quòd sunt serui, & rustici ecclesiarum, alias ecclesiæ. remit-
tens ad Hostien. in summa. eodem titulo. § ij. versi. fallit in ijs
quæ pertinent. Causæ enim rusticorum, & colonorum eccle-
siæ coram ecclesiastico iudi. eventilantur. vt. C. de epis. & cleri
cis. l. ij. secundum Hostien. Quod quantum ad rusticos, & co
lonos intelligit Collecta. super rebus quas ab ecclesia tenent.
& sic potest intelligi secundum eum. C. vbi quis in curia vel
cohor. aliaue condi. conueni. l. si quis. Melius facit. C. vbi cau.
fisca. l. si quis. secundum Specula. de compe. iudi. adi. §.
versi. sed pone. non tamẽ intelligas de seruis vel alijs, qui sunt
conducti. ij ecclesiæ, Sed de proprijs secundũ
Hostien. hic, & Archidiaconum. xj. quæstiõe. j. c. ij. & de hoc
notatur xxxij. di. eos nisi. vt credit Collecta. super rebus quas
ab ecclesia tenent vt dictum est. quo casu debent coram eccle
siastico iudice conueniri. Sic potest intelligi quod notat Ho-
stien. s. titulo proximo cæterum. Io. verò. lxxxix. distinct. iu
dicatum. notat quòd laici tenentes administrationem omniũ
bonorum ecclesiæ, possunt conueniri coram iudice ecclesia-
stico durante officio, sed non postea. Credit Collectarius
quòd imo ratione rerum, & de hoc per Hu. xviij. quæstiõe.
ij. ecclesiarum seruos. de hoc etiam notatur. xxxij. dist. eos. &
ibi videas. xvj. quæsti. j. nouarum.
¶ Vlterius quæri posset de duobus, de quibus. s. c. proximo.
hic remisi; videlicet *sine permissu*. & primo vtrum in causa ciui
li sufficeret permissus episcopi absq; commissione iurisdictio
nis translatiua. Secundo an sufficeret commissio episcopi abs
que consensu clerici submittendi.
Circa primum faciunt pro & cõtra, quæ scripsi. s. c proximo
in oppositione super verbo consilio. Item quòd sufficiat con
sensus, facit quia in ijs quæ formam verborum non requirũt
sufficit si quomodocunq; consensus exprimatur verbo vide-
licet, vel facto. vt. j. de cõ. ef. præben. c. cum ei quem. in fin. in
clemẽ. de ijs quæ fiunt a maio. par. cap. ex ore. cũ concordan.
vtrobiq; signatu. Et pro hoc facit, quia consensus Papæ vnii-
ficationem, & depositionem operatur. s. de supplen. negligẽ.
prælato. literas. cũ ibi notatis in glo. facit, q. a consensus sequens
ratihabitionis operatur effectum dispositionis. ff. de pigno. l.
si fundus. §. j. licet dispositio requireret translationem potesta
tis. ff. de pigno. ac. l. alienam. igitur operatur consensus præam
3 bulus, vel cõcomitatiuus. † Item consensus actui separato ad
hibitus, circa actum separatum, qui alias valere nõ posset, ope
ratur. patet in principe. ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus. in fine.
& de re iudi. l. quidam consulebant. in fine. & in priuato. C. de
necessarijs seruis hære. institu. l. penul. insti. qui. ex cau. manu.
non licet. §. j. & qui da. tu. testa. po. §. j. & est ratio propter neces
sariam consequentiam, quia aliquid volens vult & illud sine
quo. & c. etiam in actibus separatis. ff. de seruitu. rusti. prædio.
l. ij. §. qui habet. de aqui. hære. l. illud. de procurato. l. ad rem.
& l. ad legatum, de officio eius cui manda. est iurisdict. l. j. § fi. ff.
de. iurisdict. omni. iudicum. l. ij. de officio delega. § j. c præte-
rea. & c. pastoralis. & c. cap. prudentiam. § sexta. & dixi in. c.
prætereã. imo fit extentio consensus etiam ad id sine quo. si &
cætera. vicinium est & cætera. vt patet ex dictis quæ leguntur

& notatur.s̄.de elect.in causis.ar.ff.man.l.fi.§.fi. & ad Trebelli.l.mulier.§.Sceuola. Cur igitur consentiendo quòd iudicet laic⁹ clericũ, nõ videtur Episcopus per cõsensũ huiusmodi suam laico cõmittere, quo ad hoc potestatem non apparet Cum aliter eũ iudicare non posit, & sic fit hæc trãslatio potestatis, nedũ vicina actui, qui ex huiusmodi cõsensu agendus est, sed cõnexa.s̄.de consti.trãslato. Item cõfirmatur, qa nobilior præsumptio in dubio est recipienda, videlicet ne illicito modo nec eũ graui peccato, & ne etiã solum nulliter, & de facto quis in actu cõsentire videtur: vt.ff.pro so.l.merito. de dona.inter vir.& vxo.l.quintus.quæ in frau.creç.l.si pater. de re.dn.l.quotiens.cũ similibus, & tamẽ si cõsentit absq; causæ cõmissione, videlicet ille sine iurisdictiõe, aut ex seculari iurisdictiõe de causa clerici cognoscat, consentit illicito modo, quia contra ecclesię libertatẽ, & cũ peccato, quia cõtra mãda
4 ta canonũ, & nulliter, † quia à non cõpetenti iudice gesta nõ valẽt, & si consentit cõmittẽdo hęc omnia cessant.igitur. &c. ¶ Quid dicendũ, exclude primo casus minus dubios, primus est, si agatur q̃ iudicet tanq̃ arbiter, vel arbitrator, dũmodo non sit de re spirituali: quia tunc potestatẽ iudicãdi recipit à partibus.ff.de arbi.l.nõ distinguemus.§.de officio.& q.per totũ, iunctis ijs quę le.& no.s̄.de arbi.cõtingit. ¶ Secundus casus est, si agatur q̃ iudicet ex sua potestate seculari, & in hoc solum cõsentiat Ep̃s, quia quãdo cõstat de modo cõsensus, nõ est amplius ad coniecturas recurrendũ.ff.de verbo.obl.l.cõtinuus.§.cũ ita. Tertius casus est, si apparet de mente Ep̃i cõsentientis expressè verbo, vel facto: aut tacitè ex aliquibus indicijs probabilibus, quid ipse velit: nam tũc illud sequendũ est. vt.ff.de cõdi.& de.l.in cõditiõibus.& de verbo.sig.l.Neratius.&.e.ti.j.c.in ijs.cũ similibus, vt pota si dicatur Ep̃o ex parte clerici, & aduersarij sui, Domine nos vellemus q̃ iste probus homo qui fortè est magnus doctor decretorũ, laicus tamẽ, de causa nostra, sed quia nullã habet potestatẽ cognoscendi, nisi sibi ex consensu vestro detur, quare cõsentiatis q̃ ipse iudicet inter nos. vel sic, licet sit iudex tẽporalis, non potest iudicare inter nos, pro eo q̃ sua iurisdictio tẽporalis ad clericos se non ostendit, quare consentiatis. &c. Ijs enĩ casibus, ex causa dicẽdi modũ cõsentiendi in translatiõe iurisdictionis colligimus.vt.c.in ijs.allegato. Sed ijs cessantibus in casu dubio possumus distinguere sic. quia aut laic⁹ in quẽ consentit Ep̃s nulli præest iurisdictioni etiã tẽporali, & hoc scit Episcopus, & tunc videatur per cõsensum huiusmodi sibi quo ad hoc iurisdictionẽ ecclesiasticã cõmisisse, per argumenta ad partẽ istã facta, licet secus si hoc ignoraret.per.l.Vlpianus.& per.l.quidã cõsulebant.& per.l.penu.C.de necessa. seruis.allegatis à cõtrario sensu. Aut ille laicus præest iurisdictioni tẽporali, vigore cuius de causa ista inter laicos posit cognoscere, & tunc Ep̃s consentiendo q̃ iudicet nõ videtur sibi causam cõmittere.per ea quæ scripsi.s̄.c.proximo in verbo cõsilio.& pro hoc optimè facit, aliâs faciunt ea quæ scripsi in tractatu Schismatis parte.xj.articulo.iiij.& parte.ix.articulo.iij.§.ex quibus.cõcluditur cõsequẽtibus vsq; ad duodecim folia & parte sequẽti, quæ nullo modo videre omittas. Et hæc potest esse ratio diuersitatis, nam dũ nulli præest iurisdictioni, nullũ habet fundamentũ, cui posit adhęrere consensus, vel q̃ posit prorogationẽ recipere, nec potest esse tũc dubiũ quòd ex alia quã ex Episcopali potestate velint partes, & Episcopus cõsentiens, ac ipse procedens procedi posse. & idcirco verisimile est, q̃ omnes consensum Episcopi referre voluerunt ad cõmissionem ecclesiæ potestatis, Cum aliàs nimis derisorius esset iste consensus. Sed in casu secundo adest fundamentum tale, quale iurisdictionis temporalis, quod de natura sua recipere põt, & cui aliàs potest cõsensus partiũ & alterius iudicis, vt.ff.de iudi.l.j.&.ij. & vigore cuius inter subditos suos potest de causa ista cognoscere. & ideò nisi Episcopus sibi expresse cõmittat solum consentiendo quòd cognoscat solum cõsentire videtur, in vim propiæ iurisdictionis quã ille habet. verum ista plenius deducã infra de ijs quæ fi.à maio.per.cap. ¶ Circa secundũ dubiũ an requiratur cõsensus clerci de necessitate, videtur quòd non, imo quòd sufficit solus consensus Episcopi: nam vt prædixi, Episcopus cõmitendo alteri suam iurisdictionẽ, vtitur iure suo, & per consequens, clerico non facit iniuriam, ergo non potest contradicere.de elec.cũ ecclesia Vulterana. cum ijs quæ ibi scripsi in viij.quæstione. Item quia negari non potest, quin Episcopus posit cognoscere per se ipsum, igitur & per alium.s.de reg.iu.c.potest.li.vj. nam qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. vt.e.ti.c.qui per alium. in contrarium videtur, nam quòd laicus iudex nullam districtionẽ, vel causæ cognitonẽ excerceat in clericum, cedit etiã ad honorem, & fauorem personarũ ipsorum clericorũ. Igitur eis inuitis Ep̃s hoc auferre non potest.de regu.iu.indultum.li.vj.& regula sine culpa.e.ti.cum concordantijs vtrobiq; signatis. Sed huic rationi responderi potest, quòd huiusmodi priuilegium intelligitur de iurisdictione & cohertiõe, quã excerceret laicus iure suo. vnde licet ista pars videat æquior. prima de rigore videt verior. super quo tamen omnino vide ea quæ scripsi.s̄.ti.j.decreuimus.in.vij.dicto Colle.& ea quæ notantur in remissionibus ibi signatis, & quæ tetigi.s̄.c.proximo ad fi. per quæ aliqualiter iustificatur. pars enĩ huius quæstionis tangam fortè infra. e.cap.significasti. ¶ Supple glosas, *in prima glo.in fi.* vel etiã ecclesiarum ad clericos alienos, in quos non debet mittere falcem.vj.q.iij.scriptum.secũdum Vincen.Inno.& Frã.in glo. ij.ibi.*potest dici*, secundum Vinc.& Tancre.& ibi.*consentur*. ad de quod notatur.lxxxix.di.iudicatum.xj.q.j.c.ij.&.iij.& in Spec.de cõpe iudi.aditione.§.j.ver.xxiij. remittit Nouel. ad notata de offi.dele.significãtibus.in glo. ex quo ibi scripsi & *in fi.* vel forte cõmisos.j.de senten.excõi.parrochianos. secũdũ Phi.Hosti.& Abba.& vide super hoc quod scripsi.s̄.e.c. in.iij.q.Colle.In glo.hic.*vacat*.ibi.*à contrario*. similem.j.q.j. quos constiterit. cum suis concord. & quod notatur ea.q. si qui à Symoniacis. in vltima glo. & per Nouellã de electi. publicato.super glo.fi.& vide quod scripsi de procu.c.j.li.vj. in prima oppositione, *& in fi.* aliàs non vacat si intelligatur condẽnare in causa merè ciuili, secundũ ea quæ notantur.s̄. ti.j.c.ij.&.xcvj.di.bene quidã. In glo. *nisi forte ibi.reconuentionis.* & in causa feudali.s̄.ti.proximo cęterũ.& in casu, &.e.ti. cũ non ab homine. Gofre.& quando inuocat Episcopus brachium seculare, vt.s̄.de offi.ordina.c.j. sunt & alij casus notati in summa de senten excom.§.quis posit.sub.§.illo autem canone.& dixi.s̄.c.proximo.& in fi.quod dic vt notatur in summa.iij.q.j.In gl.vltima.in fi.nisi fieret districtio personę.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Forum quis sortitur ratione rei de qua agitur.*
2 *Quid Episcopus.*
3 *Reus in reali in duobus locis cõuenitur. vbi habet domicilium, & vbi res est sita.*
4 *Reus potest conueniri coram iudice domicilij pro re quæ est extra prouinciam.*
5 *Extra prouinciã quis ad iudicium trahi non debet.*
6 *In reali cogitur reus respondere in loco domicilij. sed vbi res est potest si vult respondere, tametsi quidam existiment in reali semper agendum coram iudice sub quo res sita est.*
7 *A quo remouetur totum, intelligitur remoueri pars, & quælibet eius species.*
8 *Domus sua cuiq; est tutum refugium.*
9 *Contra absentem non potest ferri sententia, nisi prius eo citato.*
10 *Citatio duo habet extrema, & vnum medium.*
11 *Citatio iudicis rei litigiosæ vel contractus non afficit personam, sed solam rem.*
12 *In onere satisdandi differunt rei mobilis, & immobis possessores.*
13 *Papa ratione vniuersalis, & suppremæ authoritatis iudex est omnium maximè clericorum.*
14 *Quibus rationibus dicatur iudex competens Pontifex.*
15 *Clericus ratione rei immobilis patrimonialis conuenitur coram iudice seculari, licet non sit feudalis, quia non est de foro ecclesiæ.*

clericum

16 *Clericus optionem habet coram quo iudice velit conuenire sacrilegi, raptorem, vel mansorem rei Ecclesiasticæ.*

¶ C A P. III

1 SAnè si duo. Casus† ratione rei de qua agitur sortitur qs forum:& pars huius.ꝭ.de arbi.c.sanè.

2 ¶ Expone literã *Episcopi*.† Episcopus interpretatur quasi speculator vel intẽdens.xxj.di. cleros.& ponitur gratia exempli, vnde ad causas quæ essent de aliqua re inter duos Episcopos non debet.c.nostrũ restringi.nam causa exempli dicta nõ restringũtur.xiij.di.nemmi. xxij.q.ij.homines.de rescrip.inter cæteras.de procur.quãuis. lib.vj.*causa* intellige realis, hoc est ratione rei. Et quid dicatur causa.habes de verb.sig.c.forus. *versatur*, idest verti speratur. *diuersarum*, bene dicit, quia si essent eiusdem noo esset dubitatio secundũ Hosti. Quod puto verum, qñ ipsa res est in ipsa eadẽ prouincia. Si autem esset in alia, an proprius Archiepiscopus posset dare iudicem, infra dicam. ille *Prima*, idest Archiepiscopus: Quia non est vis in nominibus.de offic.ordina. duo simul.de procu.petitio. Hostiẽ. *hoc ideo*. quia de iure cõmuni quãdiu habetur Archiepiscopus corã Primatæ, vel Patriarcha noo debet fieri conuentio.vt dicto ca.duo simul.&. xxj.q.iij.conquestus. Potest tamen intelligi propriè, scilicet qñ ille loc⁹ Patriarchæ erat immediatè subiectus.det *iudices* alias *diiudicet*, & subau. vel per se cognoscat, secundum Vincen.& A Egidium.glo.ꝭ.dicit literã intelligi qñ per se non vult cognoscere, quare autẽ potius dicat litera, det iudices quàm per se cognoscat infra dicam.*prouinciæ*. Quidã exponunt pro diœcesi, pro qua expositione facit.xvj.q.iij.quicunq;.&.xj.q.ij. Episcopi. Alij supplent vel diœcesi. Et quæ sit melior infra di cam.*locus*, dicit Vincen. ꝙ si Bononiẽ pro re quam habẽt Mutinæ citentur, per Mutinen. Epm nõ poterunt excõmunicari, quia oon habet iurisdictionem in personam, sed in rem. vnde missionem in eam facere potest.ꝭ.c.romana.§.contrahentes.lib.vj. Sed si contumax ei qui missus est violentiam infert, ratione huius delicti eũ excõmunicare potest.secundũ eũ. Super quo remittit Collec.ad notata Inn.ꝭ.e.licet.& de dila. c.preterea:& collecta sua in dicto c.licet. Quia sic iudex delicti, vel contractus noo habet iurisdictionem in personã nisi sibi remissam, vel ibi repertam.de re iudic.pastoralis.in cle. dicit tamen Collec.ꝙ cõtra primum dictum facit.ꝭ.c.romana.§.contrahentes.à cõtrario sensu.*contendatur*, vel eligautur arbitri.de arbi.c.j. Nouella.de quo infra dicam.

¶ Nota primo.ꝙ in qõne ciuili Episcopi primas, siue Archiepiscopus est competens iudex:ad idem.xxj.distin. cleros.& c.clericos.ix.q.iij.c.j.ij.&.iij. ¶ Secũdo not.ꝙ extra prouinciam quis conuenitur.concordat.ꝭ.ti.proximo.c.fi.in super scriptione,& ibi hoc notat Nouella,&.ꝭ.de iniu.olim.cum similibus. ¶ Tertio nota ꝙ Metropolitaous ius dicit in subditos suorum suffraganeorũ, imo io alios oon subditos: Quia hic dat iudices inter illos. ¶ Vltimo nota ꝙ coram iudice vbi res est sita debet reus conueniri allegat glo.l.forma.§ si verò ff.de censi.vbi dicitur quòd agrorum tributa soluuotur ciuitatu, in cuius territorio sunt.& notatur de hoc de procu.c.fin. in glo.fi.& facit.c.fi.ꝭ.e.&.C.vbi in rem actio.l.actor.vbi ta

3 men dicitur † reũ in reali in duobus locis cõueniri, videlicet vbi habet domicilium,& vbi res est sita.ad idem.C.de præd. mino.l.fi prædiũ.&.C.de præscrip.lon.tempo.l.fi.quæ nõ be

4 ne probat. Sed dicit† coram iudice domicilij, reum posse cõueniri, pro re quæ est extra prouinciam.

¶ P R I M O opponitur contra decretalem, quia videtur ꝙ imo de causa Episcopi cognoscat coosilium, vt iu.q.vj c.accusatus.cum tribus capitulis sequensibus,&.ꝭ.iij.proxi.c.j. Solutio, prædicta iura loquuntur, secũdũ antiqoa iura, scdm quæ causæ in cõsilio tractabãtur.vt not.in.d.c.accusatus.& tã gunt qui iam in.d.c.j.& de oblig.ad ratioc.c.vnico.

¶ S E C V N D O oppo. quia imo videt̃ recurrendũ esse ad iudiciũ laicorũ, quia de re tẽpali agit̃, quę est sub districtu eorũ.xxiij.q.viij.§.cũ ergo.cũ duob.ca.seq.& § ecce quidã.&. c.cõuenior.&.c.tributũ. Solutio, illa iura loquũtur de rebus quas Ecclesia à laico tenet in feudũ.ꝭ ti.j.cæterũ &.ꝭ.e. verũ. &.c ex trãsmissa. Alias essent correcta iura.ꝭ.e.c decernim⁹. cũ cõcor. Semel eñ deo dedicatũ.& c.de regu.iu.c.semel .lib. vj.imo etiã pro re immobili patrimoniali,& nõ ecclesiastica clericus ad forũ seculare trahi nõ potest. Super quo vide quę scripsi.ꝭ.ti.j.§ qualiter.in expõne super vers.omnino.&.ꝭ.e.ti c.si diligẽti ad fi.secũdę oppositiõis. etiã fortè si feudalis sit. super quo omnino vide ꝙ scrip.ꝭ.e.verũ.in.ij.q.&.ꝭ.ti.j.ceterũ. & an summationẽ glosę,& in remissionib⁹ ibi datis.&c. Seq.

5 ¶ † T E R T I O opponitur quia extra prouinciã quis ad iudiciũ trahi oõ debet, iij.q.vj.c.vltra prouinciã &.c.neminẽ Soluũt quidã ꝙ illa iura in accusatiõe loquuntur,& dũ causa criminalis est:hic vero loquimur in ciuili. vel secũdũ eos intelligũtur illa iura in consilio, ꝙ solebat iudicare de causis totius prouinciæ. Ad ꝙ nullus extra prouinciã debet vocari. vel quia.c.neminẽ.loquitur gñaliter. Dicũt aliquãdo illud intelligi de tractu fiẽdo per iudicẽ prouinciæ.q.extra territorium ius dicẽti impunè non pareatur.vt.ꝭ.de cõsti c.ij.lib.vj. vt videtur innuere dicta iura, vel aliter iste Archiepiscop⁹ illũ non trahebat extra prouinciã: quia ratione rei de qua agebatur censebatur esse de prouincia: Licet enim essent diuersæ prouĩciæ, Tamẽ iste erat de vtraque, de vna ratione personę, de alia ratione rei, sicut quis in diuersis locis seu prouinciis potest habere domiciliũ,& cõmoueri. Per prędicta iura tenuit Gosfre.ꝭ. ti.j.c.fi.rescriptũ nõ valere, per ꝙ quis traheretur extra prouinciã, de hoc oõ faciẽs mẽtionẽ, licet habeat nõ obstãtiã de vna vel duabus dietis.& c.nisi alias de certa sciẽtia principis appareret dũ modo excipiatur. Licet contrariũ tenuisset in libro suarũ qõnũ qõne.xxv. Et primũ videlicet rescriptũ nõ valere senet. Hostien.in Sũma de resrip.§ quę obijci.vers.cõcesso.& Nouella in.c.nõnulli.de rescrip.per.c. neminẽ.allegatũ. facit, quia duo sunt ĩpedimẽta à iure inducta. vnũ ne extra prouinciã, Aliud ne vltra vnam dietã quis trahatur ergò nõ sufficit vnã tolli de vsu pallij ex tuarũ.& de priuil l pastoralis. Et qa illa nõ apparẽt correcta.C.dẽ.app l pręcipim⁹.in fine de elec constitutionẽ.lib.vj. Nõ ob.decre. vltima,& .c.olim allegata quia nõ fuit ibi exceptũ.& ista est exceptio dilatoria que lite cõtestata nõ proponitur.iij.q.vj.§ excepto.vel secũdũ Gofr. ibi cõmissiones extra Papę scientia emanarunt. Et ad istud.e. dici potest, ꝙ nõ dicit, ꝙ extra prouinciã cognoscatur, sed dat iudices quasi intra prouinciã ipsius rei.& sic magis ꝓprię.det iudices q̃ diiudicet. vel secũdũ Gasparũ de Calderinis, potest dici ꝙ vltra prouinciarũ terminos quis non potest trahi, nisi ibi reperiatur, vel alias forũ sortiatur ratione delicti, vt in . c. olim. vel secũdũ eũ dic, ꝙ vera solutio est, ꝙ ꝑallegata iura loquũtur in delegatis, sed secus in ordinarijs. verum istud intendendo discutere in.c.olim.allegato.

¶ Q V A R T O opponitur cõtra tertiũ notabile, videtur ꝙ Metropolitanus loci vbi res sita est, nõ possit dare iudicẽ, maximè si talis locus distat vltra duas dietas olim, vel hodie vltra vnã.de Rescrip.nõ nulli.&.c.statutũ.e.ti.lib. vj. post principiũ iuncto ꝙ qs nõ põt ꝑ aliũ, ꝙ nõ põt ꝑ se.vt.c.põt.&.c.q ꝑ aliũ de re.iu.li.vj.hoc est quęrere, an ĩ reali põt qs hodie vltra vnã dietã cõueniri. Et si vera est opinio Azõis ĩ sũma de iuri.

6 oĩm iu. videlicet † ꝙ in reali cogit̃ reus respõdere in loco domicilij, sed vbi res est, põt si vult respõdere. expedita est qõ.secundũ quã opinionẽ põt intelligi ru.C.vbi in rẽ actio agẽdo, eà interrogãdo,& respõdẽdo hoc modo. vbi in rẽ actio subau.exerceri debeat: respõdet̃, vbi re⁹ domiciliũ habet, vel subaudi esse queat,& respõdet̃ vbi res cita est. ¶ Sed Ho.in summa.e.ti.§ quibus ex causis.versi. Item ratione possessionis.dicit quòd in pluribus locis consetudo tenet opinionem contrariam: quę vult, quòd in loco in quo res sita est, siue sub domino à quo res tenetur,& non alibi iudicium de necessitate exerceatur. ad quod dicit pertinere notata sua in summa de rescriptis.§ quę possunt obijci versi. & de feu.§ apud quẽ versi.in quo autem loco.& sequenti. Hic autem ipse Hostiẽ. dicit hic patere, ibi in cuius prouincia. & prosequitur vt in

glos. Bernardi. quòd sub illo iudice debet agere actor sub cuius iurisdictione res litigiosa sita est. vt sic ratione rei sortiatur quis forum, & licet Goffredus suppleuerit sic ibi: *in cuius prouincia*, &c. Subau. vel ille in cuius prouincia reus domicilium habet, eo quòd coram vtroq; cōueniri potest. vt notat Azo in dicta l. nn. non placet hæc Hostien. pro eo quòd facile erat hoc iungere si sic intellexisset. ar. ĩ. de deci. ad audientiam. vnde videtur secundum eum, quòd in reali semper agendũ est coram iudice sub quo res sita est. vt hic manifestè probatur, & arg. ĩ. c. dilecti. primo respon. remittit tamen hic. Hostien. ad ea quæ ipse notauit. ĩ. de rescrip. c. dilect⁹. ij. & ĩ. c. dilecti. & c. si an quibus de hoc tangam. Gasparus tamen dicit quòd legistæ communiter nullam harum opinionum tenent. Ioã. Andreæ & Arc. in dicto. c. statutũ. § cum verò. in glos. olim dicebamus. tenent in dubio nostro principali super quo fundatur materia nostrę oppositiõis, ꝙ quicqd innuat. c. dilec. ij. de rescript. & c. ex parte. v. ĩ. e. standũ est illi. c. statutũ. ꝙ innuit ponderandum locum esse, vnde quis trahitur: si locũ domicilij, & non vbi sita est res. Sed secundum dictum Gasparum negari non potest decre. dilectus: & c. ex parte. innuere contrarium, & casus summarius decre. dilectus. solet poni secundum Nouellam, quando agitur reali computantur dietę à fine diœcesis vbi res sita est, & Laudi in. c. statutum. dicit super verbo vnam dietam computando, eam à loco vbi sita est res, vacillat tamen addendo, vel vnde quis traxit originē. Io. Calde. hic in additione tenet, quòd vtrobiq; tam in loco domicilij q̃ in loco vbi res sita est, potest reus in reali inuitus compelli respondere, per. l. fi. C. vbi in rem actio. & l. fi. C. de præscrip. lon. tempo. & ĩ. c. ex parte. v. & placet Inn. in. c. dilect⁹. allegato. & idem notatur. ĩ. e. c. fi. & idem videtur sentire Accursius. C. vbi in rem actio. l. fi. Dicens quòd actoris est eligere an velit reum conuenire in loco domicilij, vel rei, alias forum non esset considerandum ratione domicilij. ĩ. c. fina. ĩ. e. Nec obst. quòd verbum iubemus positum in. l. fi. C. vbi in rem actio necessitatem importat. xiiij. q. j. quod præcipitur. quia imponit necessitatem reo conuento, & non actori. Item prima pars illius Rubricæ respicit reum, secunda actorem. Nec obst. ĩ. e. c. fina. & arg. ff. de censi. l. forma § si verò. & C. de prædi. mino. l. si prædium. & c. dilectus. allegatum. Quia & si dicant ꝙ ratione rei sortiatur quis forum, non propter hoc excludunt locum domicilij. & quasi ad literam est simile quod scripsit ipse de rap. cap. j. in. vj. q. Nec ob. quod dicit ipse Hostien. ꝙ si hoc casu intellexisset Papa, ꝙ reus posset sub iudice domicilij conueniri, facile erat hoc hic iungere, de deci. ad audientiam. nam satis erat hoc expressum per alia iura. Supposita igitur hac opinione Io. Calde. pro vera, cũ quęritur in fine diœcesis rei, vel domicilij sit computanda dieta. distinguit præfatus Gasparus secundum mentē Nouel. & Io. Calde. vbi dicit, quia aut loquimur de citato auctoritate ordinaria, aut delegata: primo casu non ponderamus loci distãtiã, vt hic aperte probatur, & in. l. vltima. C. de pręscrip. lõ. tēpo. licet aliter posset respõderi, vt dixi. ŝ. & dicam in opposi. sequenti. Secũdo casu, aut loquimur secundũ antiqua tēpora, aut secũdũ moderna: primo casu cõsideram⁹ locũ, vbi sita res est: vt. c. dilectus. & c. ex parte. Secũdo casu cõsideram⁹ locũ, vnde quis trahitur. vt. c. statutum. § cũ verò. cũ ibi notatis. Ratio diuersitatis inter ordinariã, & delegatã iurisdi. est odiũ literarũ, & fauor ordinarię ptãtis, de offi. dele. p. & g. & de rescriptis. ad hęc. Et secũdũ hoc ad formã argu. dici pōt ꝙ verior litera textus nostri est diiudicet: quia nedũ vltra vnã dietã, imo vltra plures dietas pōt dijudicare per se, sed nõ per delegatũ vltra vnã, vel dic & fortè verius secũdũ eũ, ꝙ. c. statutũ. & ca. dilectus. & c. nõnulli. de rescrip. nõ habēt locũ in literis ordinariorũ, sed tñ in impetratis à Papa vel eius legato: & facit pro hoc quod legitur & not. in. d. c. statutũ in prin. vel aliter vt statim dicã secũdũ eũ. Quid dicendũ breuiter solue, vt scrã si m. d. c. dilectus. in prima oppo. vbi reperies opinionē Gulielmi Braconse & Mar. de salua, & fortè tãgã. ĩ. e. ex parte. v.

¶ QVINTO oppo. cõtra tertiũ notabile, nã Archiepiscopus, vel Primas nõ habet ptãtē in subditos suorũ suffraganeorũ, nisi quãtũ sibi a lege permittit. ix. q. ix. cõquestus. de offi. ordi. duo simul. & c. pastoralis. propter hoc idem exposuerunt literam. *in cuius prouincia*, j. diœcesi, quã expositionē sequuntur P. de sansona hic. & Arch. in. d. §. cũ verò. dicit Gaspar⁹ quòd imo litera stat propriè, ita ꝙ nõ aliter ad contrariũ respondet per interpretationē dicēs, ꝙ iste casus in iure expressus, quo Archiepiscop⁹ habet ptãtē in subditos suffraganeorũ, scilicet ratione rei de qua agitur, & hunc casum enumerat glos. inter alios. xj. in. d. c. pastoralis. glo. secũda. Plus dicit ꝙ nedũ habet locũ in quolibet Archiepiscopo, vel Primate: sed etiã in quolibet alio Episcopo, vel alio ordinario qui habeat territoriũ scilicet ꝙ sit de re sita intra suũ territoriũ questio vertitur, locum scilicet ꝙ ipse est iudex & pōt cognoscere, & hoc innuit hic AEgidius, & aperte probatur. xj. q. j. experientiæ. Sed certè iste Gasparus quo ad hoc ineptè loquitur, nam hic re vera non loquimur de iurisdict. Archiepiscopali in subditos suffraganeorũ exercēda. Sed loquitur hæc decre. solũmodo de iurisdictione Primatis inter propriũ suffraganeũ, & alienũ. i. alterius prouinciæ Epm, ratione rei sitæ in diœcesi Primatis exercēda, quam iurisdic. exercet Primas in proprium suffraganeũ ex duplici ratione, videlicet personæ, & rei: & in extraneum solum ex vna ratione. s. rei.

¶ SEXTO oppo. quia cognoscere de ipsa re pertinet ad iudicem domicilij. nã sequi debet actor forũ rei. quæ verba exponens reus. ŝ. e. c. j. dicit Epm sui nõ deserat, Eps autē suus dicitur is in cui⁹ ciuitate vel diœcesi habitat. Solutio patet ex ijs quæ scripsi in. iij. notabi. & in quarta oppo. quã huic omnino cõiungas. & in versi. Io. Calderi. licet enim sit verũ ꝙ iudex est Eps domicilij non negatur, quin & rei, vel delicti. Quia vnum forũ aliud non excludit. vt. ĩ. e. c. fi. & idem scrãpsit Collect. dicens ꝙ in electione actoris est, vel coram iudice domicilij reum trahere, & idē notat Car. de constit. c. ij. & Arch. de rescri. dispendiũ. & Inn. ĩ. c. postulasti. & Io. An. de re. iu. non licet. Itē Archidiaconus iij. q. in summa. & Ber. ĩ. e. c. licet. Caueat tamē, quia si postq̃ vnũ elegerit super hoc, coram alio trahat reũ, perdit cãm vt no. Host. ĩ. c. dilecti. Et idē sentit Collec. de foro delicti vel cõtractus, casum reputans in c. volētes de priuile. lib. vj. notat Car. in. c. ij. allegato. allegat. C. vbi de crimi. agi oppor. l. vna, & idē videt de foro rei sentire ipse Host. in. c. dilect⁹. ij. de rescrip. allegato. Nec ob. ĩ. eo. dilecti. & quod ibi no. Host. & Nouel. in verbo *pecuniarijs*. q. d. secus in realib⁹ quę agēdo sunt in loco vbi sitę sunt res. alle. istud. c. nã illud ar. Host. & Nouel. sumit à cõtrario sensu, qui cessat vbi cõtrariũ est in iure expressum, & quia nõ exprimit ibi essent pecuniæ. Et quia ibi alleg. priuile. & nõ ius cõe, nec enim potuit Papa oēs iuris articulos vno verbo in qualibet decre. cõprehēdere. ff. de legi. l. nõ possunt. nec alias esset diuersus forus rei, cõtractus delicti, nec quasi, seu super addu⁹ ad forũ domicilij semper litigaret. Nec ob. c. nullus. de parrochijs. Quia loquit, quo ad personalia munera, puta decimas personales, & secus quo ad realia, vt ibi not. & ad. l. fi. C. vbi in rē actio. ŝ. rñsum est, ꝙ verbũ iubemus siue præcipimꝰ importat necessitē respectu rei, vel dico illud itelligēdũ qñ pręuenitur iurisdic. iudicis domicilij, in pluribus eñ ordinarijs dicimus locũ esse pręuētiõi, vt no. in. d. c. fi. in. d. c. pastoralis. & ĩ. ca. proposuisti. Io. An. in spec. de cõpe. iudi. adi. § j additiõe, lex vlt. est. remittēs ad notata sua de rescrip. dilect⁹. ij. sup. fi. ij. gl. vbi plena remissio. subdit ꝙ licet in. l. j. C. vbi in rē actio alle. notãtur duę opi. cõiter tñ neutra expositioni si tenet, quę dat alteri foro primũ cõuētionis gradũ. Sed tenet id quod in. d. l. actor. not. s. ꝙ actoris sit electio, an corã iudice domicilij, an iudice rei litigiosæ reũ cõueniat. ¶ SEPTIMO opp. quia si rõne rei sortiret quis forũ, inutile esset. cõtra. c. ꝑterea, & c. significasti, de off. dele. & esset verbis imposita cõtra. c. cõmissa § porrò de elect. lib. vj. Debet enim inchoari iudicium ab ea parte, quæ est de in ius vocando, instit. de pœna temer. litig. in fine de consti. capi. ecclesia. de maio. & obe. inter quatuor, sed iudex nõ domicilij sed rei, domiciliarium citare nõ potest

extra suum

extra suum territorium.nec econtra.ff.de iuri.om.iud.l.fin.
de consti.c.ij.lib.vj.sicut nec iudex contractus citat, nec ex-
cõmunicat, vt colligitur.j.c.Romana.§ contrahentes igitur
nec iudex rei faciendo æquiparationẽ contractus,& rei,quod
licet.j.e.c.fi.in fine de priuileg.c.j.lib.vj.ff.de iud.l.omnem.
sic enim iurisdictio esset delusoria,cõtra id quod habetur de
offi.dele ex literis.&.c.pastoralis.in prin.Propter duo in arg.
tacta discutit hic Gasparus, an ordinarius extra territoriũ sub
ditum existentẽ possit citare, de quo plene per Nouellã.j.c.
Romana.§ contrahentes libro sexto.& tetigi.j.e.c.fi.in.q.iiij.
circa quod dicit Inno.j.e.c.fi.quosdã dicere iudicem contra
ctus rei,vel domicilij extra territorium posse citare,ar.j.de
cleri.non resi.c.ex tuæ,&.c.fi. Arc. & Hosti.in dicto.c.§ cõ-
trahentes.Dicunt q̃ si isti copiam sui faciãt personaliter sunt
citandi,priusq̃ contumaces reputentur.ff.quæ sen.sine appel.
rescin.l.j.§ sed cum ex edicto,& bene facit.§ contrahentes.ibi
ne citatio perueniat ad eosdem,quod tamen quidam intelli-
gunt,cum citandus est in prouincia: quia de extra non citabi
tur q̃uis sciatur vbi scit.Quod intelligit Archidiacon⁹ de pro
uincia vulgari.Et idem innuit Innocẽtius ac Host.& Goffr.
& apertius Goffre.in sum.huius tituli,loquens de iudice con
tractus.Nam & arbiter citat per literam,& nũcium in alieno
territorio,quia territorio caret.ff.de arbi.si interpellat⁹.§.j.&
l.diem proferre.Sic canonici canonicũ absentem citent,ratio
ne rei.de elect.cum nobis olim.Facit de cle.nõ resi inter qua
tuor.vbi idem patet de prælato quod est plus.Item pars vo-
cat partem secundum ea quæ habentur de elec.c.j.libr.vj.&
cle.causam.e.tit.Alij dicunt totum contrarium,dicẽtes q̃ ex-
tra territorium non potest citari.per.l.fi.&.c.ij.pro cõtrarijs
allegatis,& clementina pastoralis.de re iudi.que loquitur de
iudice delicti,in quo ratio maior videreĩ,q̃a ille iudex p̃sonę
ratiõe p̃sonę,dicit eũ in cle. pastoralis per citationẽ ĩfra terri
toriũ factã exeuntẽ extra territoriũ nõ arctari.Itẽ facit.§ con-
trahẽtes.quia ibi dicĩ q̃ nõ possunt trahi inuiti, ergo citatio
eos nõ arctat, nisi velint.& sic est in eorum potestate ire.Itẽ
in versi.sed tũc idem probatur,quia ibi requiritur iudex sub
quo degit.ad idem facit.c.postulasti.j.e.Item constat q̃ quis
libet iudex totã iurisdictionẽ suã extra territoriũ nõ potest
excercere,per plura allegata,ergo nec partẽ,vt sit idem ius de
7 toto & parte,† & quia à quo remouetur totum & pars.imo
& quelibet eius species,de offi.dele.pastoralis.circa principiũ
xiiij.q.v.poenale.de dona.inter vi.& vxo.nuper.& q̃ citatio
sit de processu,& pars iurisdictiõis. patet.j.de proba.quoniã
contra.Item si speciale est in ipso Episcopo exeũte extra suã
dioecesim,& expulso q̃ citat extra & procedit,vt in cle.q̃uis.
e.tit.ergo ipsius contrariũ regulare.Item iudex extra territo-
rium suum censetur,vt priuatus.ff.de of præsi.l.iij.fortius igi
tur eius nuncius vel epistola.Quia propter vnum quodq; ta
le &c.v.dist.ad eius verò.de cle.excõ.ministran.latores.de re
liqui. & venera.sanc. si dominum. in cle. cum similibus. Pri
ma opinio placet Io.An.per.§ cõtrahentes,ibi eorum aucto
ritate citari.Sed huic potest responderi,q̃ intelligitur citari.s.
per iudicem sub quo degunt,& auctoritate eorum, id est ad
requisitionem iudicis contractus,vel delicti,dicit quòd talis
citatio si non comparet,constituit eum contumacem,quo ad
quid.s.q̃ ad missionem fiendam in bonis quæ habet ibi.hæc
opinio etiam placet Car.qui tamen dicit tutius si fiat per iudi
cem sub quo degit &c.sequitur.¶ Gasparus verò distinguere
volens,pręmittit q̃ duplex est citatio licet alios modos po-
suerit Host.in.§ contrahentes,qui nõ faciunt bene ad propo-
situm pro nunc,vna est quæ fit verbo,& non re.Alia quæ fit
berbo & re, citare verbo,& non re competit potissimè dele-
gatis, qui non possunt iubere partem coram se personaliter
comparere regulariter,vt supra titul.j.capit.j.libro sexto.&
etiam arbitris.Et hoc maximè arbitris,& hoc etiam procedit
in ciuilibus,& cum quis non poterat aditum ad citandum,
8 quia stat in domo sua † domus enim sua cuiq; est tutum refu
gium.ff.de in ius vocan.l. pleriq;. re autem, & verbis citatur
Licet ex suspecto. Casus. † laicus laicũ super re ciuili, coram ecclesiastico iudice cõuenire non potest, nisi in defectum ministri secularis, vel nisi consuetudo id habeat. Et primo ponit dictum cum sua modificatiõe. Secundo prouidet cõtra grauamina Consulũ. Tertio prouidet circa recusatiõem ipsorũ. ij. ibi, *liceat tamen*. iij. ibi *si vero consules*. ¶ Expõe literã. & *infra*. hic dicitur exordium antiquæ in quo sic dicitur, licet ex suscepto seruitutis officio, sumus omnibus in iustitia debitores, sic tñ in iure suo nos conuenit, quibusdã taliter prouidere ne alijs iniuriã facere videamur, & ne (quod absit) inde sumatur materia scandali. vnde prouida debet cõsideratione sedari, ex insinuatione sanè dilectorũ filiorum Consulũ, & communis Vercellen. nos noueris accepisse, q cum de singulis quæstionibus quæ motæ fuerunt contra eos coram consulibus iustitiæ iuxta consuetudinem approbatã, velint cuilibet conquerenti iustitiæ plenitudinem exhibere, quidam laici vt eorum iurisdictionẽ euacuent, & fatigent eos laboribus & expensis, super rebus quæ iudicium ecclesiasticũ non contingũt, literas Apostolicas impetrant, & sic spreta iurisdictiõe iudicũ, quã eneruant, eos cogunt multipliciter laborare, volentes ergo sic eorum vtilitati consulere, ne patiamur aliorũ iustitiam deperire, fraternitati tuæ, & post sequitur in textu, mãdamus aut. *a laicis*, contra laicos, non secus cõtra clericos: quia actor. &c. vt. s̃. e. cum sit. Hostiens. *præcipue*. j. tantum. *contingunt*. etiam secundario, & indirectè, alias bene aditur iudex, vt puta tj. j. c. nouit. scd̃m Goffre. *authoritate nostra*. Subaudi per tales literas non posse procedi, sicut procedi non potest si cõstaret ipsas irritas. & c. alias non bene exciperet vers. c. sequens. vel hoc intelligitur, quando impetrãs suggessit in rescripto, q consules neligentes erãt, cum tñ super hoc nõ fuissent requisiti. s̃. de rescript. super literis. & offi. dele. significantibus. & secũdũ hoc subaudi nec alias debere ĩpetrari, vel ad iudicẽ ecclesiæ recursum haberi, dũmodo. & c. Ho. *irritas & manes*. Cum eñ Papa in eos iurisdictionẽ nõ habeat, iurisdictio vel literæ datæ contra eos nõ valent, nec q per eas fit ar. C. ne de sta defunc. l. penult. Inn. *de fe*. i. corã se. vel. i. de suis ciuibus, ne fit cõtra. ij. q. j. in primis. scd̃m Pe. & Ab. *prægrauari*. ij. q. vj. quotiẽs. & c. ad Romanã. Phy. *ad iuã*. hoc ius habet epus in terra q ad eum appellat. sed ad Papã iure imperij appellat. Inn. sed Ho. dicit hoc de iure; qa epus dominus est ciuitatis q̃ tenet ab Imperatore in feudum, & dicit se vidisse de ptãte & cõsulibus ad epum appellari, & multũ põt valere cõsuetudo, q omissa ptãte de cõsulibus appellaretur ad epum sicut. ĩ. de præben. referẽte. de no. ope. nun. significãtibus. alias de iure nedũ ad Papã, sed Archiepum appellatur ab ipso epo. q dic vt. ĩ. de app. c. Romana § debet. lib. vj. vel illud in personalibus, hoc in realibus. ar. s̃ u. j. nouit ver. non eñ intẽdit. hoc autem euidẽter operatur cõsuetudo q recusati cõsules nõ cõmittunt cãm, vt dicam in fin. secundũ Hosti. *præsertim*. i. tantũ. xij. di. illud. cũ suis concor. secundũ Vin. & Goffre. & scd̃m Host. dic. i. maximè, & hoc verũ cũ tpãliter tenetur ab ecclesia: vel hoc habet cõsuetudo. Nouel.

opprimũtur

opprimuntur pauperes, & debiles, qui potẽtioribus non possunt esse pares. ff. de alie. mu. iudi. cau. fa. l. iij. *recusan*, recusat er go ordinarius scdm canões, qui nõ recusatur secundũ leges. Et
2 sic est optimum argumentũ scdm Abbatẽ, † ꝙ vbi ecclesiasticus habet iurisdictionẽ temporalem, secundum canones iudicat, & nõ secundũ leges. ad idem. ↄ. de appella. si duobus. in fin. vbi dicã de hoc. Itẽ hic patet, ꝙ recusatur Collegiũ Consulum, & facit ad ea quæ dixi. s. ti. j. c. j. de recusatiõe consilij. *iusta*, & vera, ex quo. s. prononciarunt super ipsa. Hostiẽ. *ad te.* hoc ius habet epus in terra si non possunt de aliquo cõueniri, quòd deleget totã causam. ↄ. de appella. cũ spẽli. & notatur. s. c. ex transmissa. vel est hoc verum si placeat partibus alias ipse recusatus potest cogere partes ad eligendũ arbitros, qui de tota causa cognoscent de hoc notatur. s. e. si quis. Inno. *ad nos.* propter defectũ imperij, vt dictũ est. Inno. Adde tamẽ quod dicam in. iiij. oppo.

¶ Primo nota duos casus in quibus iudex ecclesiasticus immiscere se põt iurisdictiõi seculari, videlicet in defectũ iustitiæ secularis, & cum hoc habet consuetudo. alios sex casus habes scdm Hostien. Primus, cum locus est de tẽporali iurisdictione ecclesiæ. ↄ. de app. si duobus. Secundus, per reconuentionem. iij. q. viij. cuius in agendo. Tertius, cum hoc habet priuilegiũ. s. c. nouit. sicut hic, & . s. c. si clericus. dicitur de cõsuetudine. Quartus, cũ iudex secularis recusatur vt suspectus, per hanc decre. & hũc casum posuerũt Io. Vin. Tanc. Phi. Gotre. Inno. & Hostien. allegãt etiã in authen. vt diffe. iudi. § j. & ij. Quintus, secundũ Hosti. ratione mortuariorũ à defunctis relictorum, in quo casu etiã secundũ leges si epus negligens fuerit, deuoluitur potestas ad metropolitanũ. in authẽ. de eccle. tit. § si autem pro redẽptione. & seq. coll. ix. ↄ. de re. eccle. non alienan. c. fin.

¶ Secundo, nota ibi, *decernas authoritate nostra irritas & inanes*, qualiter surreptio reddit literas de iustitia ipso iure nullas. Et tertio ibi. *dummodo Consules*. &c. qualiter literę ipso iure nullę ex cõsequenti negligentia reconualescũt. Et quarto ibi, *ad tuã*, qualiter à iudicio seculari, ad ecclesiasticũ. appellatur. Et quinto ibi, *vel ad nostram*, qualiter in temporalibus, & in foro ciuili omisso medio, appellat. Et. vj. ibi. *coram arbitris*, ꝙ ordinarius recusatus vt suspectus, nõ dat iudicem. Super quo vide; quod scripsi. s. e. c. in expositiõe super verbo ad te. & super verbo ad nos. & . s. e. si quis. in expositiõe in verbo cõpellit, dicã. ↄ. de appel. cũ spẽle. & . ↄ. e. c. in. v. oppositione. & in suppletiõe gl. vlti. Et septimo. ibi. *ad te*, ꝙ ꝓpter suspitionẽ iudicis secularis
3 recurritur ad ecclesiasticũ. Et ibi. *vel ad nos.* † ꝙ recursus propter suspitionem fieri põt omisso medio. vt dixi de appel. sed caue, quia non omnia ista sic procedũt prout de aliquibus dicam infra. &c. sequitur.

¶ PRIMO opponit cõtra scdm notabile, & primo l, qa licet surreptio cõtra literas de iustitia opponi possit in modũ exceptionis ipsas tamen literas nullas non reddit ipso iure, prout colligitur ex lectis & notatis. s. de rescrip. super literas & . c. ad audientiam. ij. & de offi. deleg. significantibus. & . ↄ. de appel. vt debitus. Et notat Inno. de rescrip. cæterũ. & Ber. e. tit. ad audientiã. ij. Et fortiter cõfirmatur, quia si nullæ essent ipso iure nõ possent per solam negligentiã conualescere. vt. j. de reg. iur. c. nõ firmatur. lib. vj. & . e. ti. ff. l. ꝙ ab initio. & . s. de elect. auditus. Et quod notat Inno. de offi. deleg. prudentiam. in glo. sed quid si in lex & per Nouel. ↄ. de regu. iur. c. rati. & c. ratum. in mercurialibus. Quin imo, & si fuisset iudex secularis negligens tẽpore quo literæ huiusmodi impetratæ fuerũt, nihil hoc videretur ad factum facere. Pro eo quòd non apparet ex textu, ꝙ tales literæ de huiusmodi negligentia fecerunt mentionem, nec ꝙ super huiusmodi neglıgẽtia sint fundatę. Et ideò non apparet quomodo ex tali negligẽtia defendi possunt, ex quo infertur ꝙ si tempore dictæ impetrationis iudex secularis non erat negligẽs, sed modo est negligens multo minus poterunt recõualescere lræ primo nullæ. Et fortius hoc videtur si tempore datæ literarũ ipse iudex secularis fuit sollicitus in suscipiẽdo causam. Sed negligẽs posteà in terminando, & tamen cũ textus iste indistinctè loquatur, videtur etiam cõprehendere istũ casum. respondet Inno. dicens ꝙ literæ huiusmodi sunt nullæ nec temporis tractu conualescunt. reddit rationem, quia tempus datæ inspiciendum est, vt. s. de rescript. eam te. & ideò si tempore datæ nõ erat negligens iudex secularis, quantumcunq; posteà fiat negligẽs non ideò conualescũt literæ. Et hoc est ꝙ hic vult litera in principio vsq; advers. dummodo. Nec ob. ver. dummodo. quia nõ est sensus eius vt literæ prius impetratæ valeãt, si cõtingat iudicem secularẽ fieri negligentẽ, Sed hoc vult dicere quòd cum fuerit negligens ab eo poterit appellari ad Papam, & super appellatione literas impetrare secundum Inno Sed hæc responsio non placet Hostien. qui dicit tenendum ꝙ scripsi post eum in expositione super verbo *authoritate nostra*, & negat Hostien. quod dixi post Inn. in expositione super verbo, *irritas & inanes*, Papã nõ habere iurisdictionem in Ciues Vercellen. sed dicit tenendũ quod scripsi post eum in expositiõe super verbo, *ad tuam*. Et pro opinione Hostien. videtur, esse Ber. in glo prima. quam approbat Nouel. dicens ꝙ hoc verum videtur, ꝙ dicit Ber. de pendentia rescripti. Licet Tanc. Io. & Vincen sub dubio fortè dixerũt ꝙ hic dicit. *complementum*. Quia fortè expirat rescriptum iam impetratũ iudicio incoato. ar. de rescrip. plerunq;. *impetrandum*. non autẽ valeret nisi de iudicio iam incoato faceret mentionẽ. ar. s. de rescrip. cæterũ. secundũ Vincen. Et sic literæ de iustitia possunt esse in pendenti, sicut literæ gratiosę. si pro te. vbi vide Cardi. Et placet Collect. per id ꝙ dixi. s. in principio huius oppositionis nec. ob. ↄ. de re. iur. actus legitimi. vt ibi notatur. Mart. autẽ de salua dicit ꝙ opinio Inn. cõmuniter approbat. Io. aũt Cal. ↄ. c. proximo sic dicit. Si vis scire an literæ impetratæ contra laicũ ad ecclesiasticum iudicem valeãt, vel non, an vero sint in pendẽti. Si iudex secularis sit posteà negligens, per eas possit procedi, sic distingue. qa aut consuetudo loci approbat tales literas, & tunc valent, ita quòd per eas potest incõtinenti procedi. s. e. si clericus. & . s. tit. proximo nouit. Aut in loco vbi sunt impetratæ non est talis consuetudo, & tunc aut sunt impetratę in causa quæ de iure vel cõsuetudine spectat ad forum ecclesiasticũ, aut in alia. Primo casu valent & sine alio euentu incontinenti põt procedi per eas, vt hic. & . s. c. cũ sit. ↄ. c. conquestus. & . ↄ. de verb. signi. super quibusdã. & de excep. c. ij. lib. vj. Si autem nõ est talis causa, & tunc aut locus in quo sunt impetratæ tales literæ, est de temporali iurisdictione ecclesiæ, & tunc idem ꝙ dictũ est. ↄ. de iura. calum. cũ causam. de appel. si duobus. de testa. Raynucius. & . c. Raynald⁹. ne cleri. vel mona. c. fi. lib. vj. Aut locus prædictus nõ est de temoprali iurisdictiõe ecclesię, & tunc aut spectat cognitio illius cãę primo loco ad imperatorem, & vacat imperium, & tunc idẽ vt hic. aut nõ vacat imperiũ, vel cognitio spectat ad inferiorẽ iudicẽ secularẽ, & tunc aut literę sunt surrepticię, aut non. Primo casu puta qa in eis exprimitur ꝙ iudex secularis est neglicẽs cum adhuc querela coram eo nõ sit deposita, vel si est causa incoata corã ipso ille procedit & sic non est negligens, vel quia in literis tacetur verum, videlicet qa de processu corã ipso seculari iudice incoato nulla fit mentio, quibus casibus literæ non valent. & sic non põt procedi saltem in exceptione opposita. Facit. ↄ. c. ex parte. & . s. de rescrip. super literis. & . ↄ. de re iudi. inter monasterium. Si autẽ literæ non sunt propriè surreptitiæ, aut incoatus erat processus per iudicem secularẽ, & fuerunt impetratæ facta mentione de illo, & sub conditione si posteà negligens esset, & tunc planum est quòd eueniente conditione, scilicet in casu negligentię per eas potest procedi. vt. s. c. ex. transmissa. aut causa non erat incoata coram iudice seculari, nec in literis aliquid dicitur de negligentia. & tunc aut sunt impetratę à persona miserabili, aut à non miserabili. si à miserabili, & super possessorio tunc valent, etiam vt incontinenti per eas procedatur. vt. ↄ. c. ex parte. Sed si super petitorio, tunc sunt in pẽdenti quousq; iudex secularis negligens fuerit, & nõ prius per eas procedi poterit. ↄ. c. proximo. Si verò huiusmodi literæ sunt impetratę à persona non miserabili credit cũ Innoc.

illas literas non valere saltem exceptione opposita. vt hic in
principio. Et quòd hic dicitur dummodo. &c. intelligit secũ
dum Inno. de literis post neglĩgẽtiam impetratis. Et est ratio
quia rescriptum impetrari debet secundum ius cõmune. de
rescrip. c. causam. & in authen. de iudi. § omnis autem. coll.
vj. Sed ius cõmune non vult hoc casu vltimo per iudicem ec-
clesiasticũ procedi. s. e. si clericus. Facit. j. e. ex parte. secundũ
4 eum. ¶ Præfatus autem Marinus sic dicit. † In aliquibus ha
bet ecclesia iurisdictionẽ actu, & habitu. vt inter clericos ge-
neraliter, & etiã specialiter inter laicos, in casibus specialibus
statim ad ecclesiam pertinentibus, vt in casibus de quibus in
notabili. s. prædixi. Et de istis non dubitatur quin literę super
his impetratæ statim valeant. Aliqua verò sunt in quibus ec
clesia habet iurisdictionem habitu, sed non actu. vt in causis
viduarum, & aliarum miserabilium personarũ, & in ijs valẽt
statim literæ, non tamen procedetur per eas donec actus
venerit, quod intellige respectu petitorij, & eo modò quo
dixi. s. proximè. secundum Ioan. Calderi. Interdum ecclesia
nec actu, nec habitu habet iurisdictionem, & tunc nullomo-
do valent literæ, vt in causis communibus laicorum, vt hic.
Subdit tamen posteà quòd hoc vltimum mẽbrum videtur es
se contra mentẽ extrauagantis Bonifa. vnam sanctam. Et fina
liter, dicit ꝙ verba Inno. posita. j. c. proximo sunt magis pro-
pria Sed re vera illa nihil aliud habẽt in effectu, nisi distinctio
nem duorũ mẽbrorum. s. proxime positorum. Quæ Calder.
etiã posuerat vt prædixi, videlicet ꝙ literę impetratę in cau-
sis viduarum, & miserabiliũ personarum etiã super petitorio
statim valent, sed suspenditur processus earũ vsq; ad negligen
tiam iudicis secularis. Sed in causis laicorum nõ miserabiliũ
secus. nam in istis Papa nullã habet iurisdictionẽ, nisi ad eum
causæ per appellationem deferantur, in alijs secus. Quia Papa
habet iurisdictionẽ super viduas, & alias personas miserabiles,
licet de gratia deferat secularibus, vt non procedat iudex ec-
clesiasticus nisi per negligentiam iudicis secularis. Collecta.
approbat id quod scripsi. s. e. oppositione § præfatus autem.
in fin. addit quòd pendentia de qua loquitur. c. secũdũ autẽ.
s. de rescrip. non est similis. Quia secundũ rescriptũ impetrãs
sciens primum contra se impetratũ semper repelleretur, vt ibi
notatur. Sed hic cum iudex secularis negligens est, valet indi-
stinctè rescriptum. Lignianus concordat etiã cum dictis Inn.
hic, &. j. c. proximo. & cũ his quę scripsi in dicto § præfatus
autem. Ego etiã sto cum eis, & primo incũctãter dico, quòd
literæ in casu huius. c. nullæ fuerunt ipso iure. Moueor primo,
per textũ qui rotundè hoc dicit, à cuius verbis tam claris non
videtur mihi recedi posse, vt. ff. de exercito. l. j. § in re igitur du
bia. &. de leg. iij. l. nõ aliter. Secundo qa aut diceres has literas
procedere ex plenitudine potestatis, fortè vt tetigit dominus
Marti. per extrauagãtẽ vnã sanctam. & hoc non potes dicere.
Tum quia illa extrauagans nõ loquitur de subiectione tẽpo
rali, tum quia non pręsumitur Papam in dubio vti velle ple
nitudine potestatis, vt notat Inno. in. c. innotuit. in glo. fi. de
elect. maximè in alterius præiudicium, de quo minimè cogi
tauit. C. de emancipa. liber. l. nec auus. Aut dices ab ordinata
potestate eas procedere, & tunc cõstẽdo tibi clarè ꝙ nullæ sunt
ipso iure nã cõmissio causæ facta ab illo qui non habet iuris
dictiõem actu, nec habitu, nulla est ipso iure. pro eo quòd ta
lis delegatio iurisdictionis est. vt. ff. de iur. om. iudi. l. iij. in fi.
prout plenè deduxi. j. de offi. ordi. c. Romana. libr. vj. in. j. q.
5 Et est ratio † quia datũ vel factum ab eo qui non habet po-
testatem, pro non dato seu pro non facto habetur. de iure pa
tro quod autem. & ibi concordan. etiam in iudicialibus. C. si
à non cõpeten. iudi. per totum. s. ti. j. at si clerici. de usu. vica. c.
sua. j. de pręben. c. fi. Modo papa in iurisdictione seculari iu
dicis temporalis præter casus speciales, quorum duodecim te
tigi in notabili nullam habet potestatem nec actu, nec habitu.
vt. s. ti. j. c. nouit. Nec obstat quòd habere potest causaliter eã,
quia non propter hoc potest dici eam habere habiliter ante
casum, sicut dicimus de archiepiscopo nõ habẽte iurisdictio
nem in subditis suffraganeorũ, nisi causalem: quia ante casum
non potest dici habere iurisdictionem habitu, & per conse-
quens nec cõmittere ante casum. vt. c. Romana. allegato. pro
ut ibi deduxi plenissime in dicta prima quęstiõe Et per hoc
tollitur prima pars oppositionis, hic enim non est sola surre-
ptio, imo est defectus fundamenti scilicet potestatis in perso
na ipsius committentis, & hæc hoc fundamento luculenter
infertur, literas ipsas nullo modo cõualescere potuisse. per ea
quæ in secunda parte oppositionis allegaui. De intellectu au-
tem. c. proximi. ibi dicam. &c. sequitur.
6 ¶ SECVNDO opponitur † quia videtur quòd vacante
imperio non debet Papa in Imperiali iurisdictione succe-
dere: quia non succederet alijs Regibus seu principibus. cum
hoc non reperiatẽ expressum, nec succederet Imperator Papę
ar. j. de elect. c. ne Romani. in cle. & tamen equiparantur in
authen. quo. oport. epis. in prin. & nil commune habent. vt in
c. cum ad verũ. allegato. &. x. dist. quoniam idem. respondet
Inno. dicens, quòd in iure Imperij tantum hoc speciale est, ꝙ
Papa in illo succedit. vnde dicit quòd si alius rector alij supe-
riori quàm Imperatori subditus, negligens esset in reddenda
ratione, vel non esset rector in aliqua terra, non deuolueretur
iurisdictio ad Papam, sed ad alium superiorem. s. proximum
Nam specialis coniunctio est inter Papã & Imperatorem, qa
Papa eum consecrat, coronat, & examinat. Et est Imperator
eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo tenet imperium. s. de elec.
c. venerabilem. lxiij. di. tibi domino. & inde est quòd in iure
quod ab ecclesia Romana tenet, succedit Papa imperio vacan
te. Sed quid si non sit negligens, sed subditi sic inobedientes
sint, quòd non potest facere iustitiam. Respondet Inno. quòd
tunc non credit ꝙ succedat in iurisdictione eius sed debet eũ
iuuare ad domandum rebellionem subditorũ. arg. dicta. c. cũ
ad verum. xcvj. di. Sed quid si alius Rex est negligẽs, vel alius
princeps qui superiorem nõ habet, respondet Inn. dicens sic,
dicimus idem. s. ꝙ succedat in iurisdictionẽ eius. ar. xv. q. vj. c.
alius. &. s. de elect. cum inter vniuersas. in fin. Sed de hoc nõ fa
cit vim, quia ab eo teneat regnũ. sed de plenitudine potestatis
quã habet: quia est vicarius Iesu Christi, s. ti. j. nouit. vers. non
enĩ. & seq. vel dic ꝙ vacantibus regnis nõ poterit se intromit
tere Papa, nisi quando peteretur in modũ denuntiatiõs. vt di-
cto. c. nouit. Sed Hostien. dicit sic. Tu verò dicas ꝙ vacanti-
bus regnis, & principatibus quibuscunq;, & vbicunq; etiã iu-
dex secularis negligens est in iustitia reddenda, Papa non solũ
de potestatis plenitudine. sed etiã de iure, & consuetudine põt
& debet iustitiam reddere: quia de iure cõmuni hi casus om-
nibus epis in ciuitatibus, suis & dioecesibus sunt cõmunes. vt
patet in his quæ dicam in sequenti oppositiõe, vbi recitabo
dicta Inno. in quibus ipse Inno. videtur huius contrariũ te-
nuisse secundũ Hosti.
¶ Ex quibus colligit Hen. vnã longã distinctionem & in effe
ctu finaliter dicit opinionẽ Hostiẽ. s. proximã veram esse in
Regibus, & principibus superiorem non habentibus. vt hic,
&. c. cum ad verũ. &. c. si Imperator. xcvj. di. &. c. grandi. de
supp. negli. pręla li. vj. in alijs distinguit negligentiã a morte,
dicens quòd negligentiam supplere põt. vt. j. c. proximo. Li-
cet fortè ille Comes tunc Regi Franciæ subditus non esset. fa-
cit quia negligendo peccat. de offi. ordi. c. j. &. c. irrefragabili.
xxiij. q. v. administratores. ar. s. ti. j. nouit & quia superiori
immediato non supplenti huiusmodi negligentiam imputa
retur maximè si notoria est. ar. notatorum Hosti. de offi. or.
c. quantò. § fi. vbi dicit, ꝙ in notorijs non habet locũ illa mo-
nitio de qua ibi loquitur, imo est episcopus negligens eo ipso
quòd negligentiã Abbatis sui subditi non supplet. Sed in ca-
su mortis ipse approbat simpliciter opinionem Inno. scilicet
quòd ad superiorem immediatum iurisdictio deuoluitur, qa
tunc cessant rationes supra proximę. vbi verò moriens ha-
beret actu legitimum successorẽ, absq; dubio ille succederet
sicut in alijs bonis, vt. ff. de reg. iur. l. nihil. & l. hæreditas. cum
concordantijs ibi allegatis. nam regulariter successor potest
facere quod poterat prædecessor. s. de rescrip literis. j. de vo-
to. c. licet. de iur. patro. c. j. & c. iiij. & cle. plures e ti. etiã in iu-
stitia

stitia ministranda, vt legitur & notatur. ṡ. de offi. del. quoniã Abbas. & hic quãdo dicit vacante Imperio à cõtrario nisi moriens eas per negligentiam amisisset, quia tunc ille ad quẽ fuisset deuoluta succederet, secundũ eum. Cui etiã cõcordat Martinus de salua. Item etiã si de consuetudine, vel priuilegio, ꝙ supplexio negligentiæ deuolueretur ad aliquem dominũ temporalem illo nõ neglig̃ete in supplendo, non suppleret Papa, vt sic hoc casu generi per speciem derogetur. j. de reg. iur. in. c. generi. & c. in toto. lib. vj. & quia suppletio deffectum respicit
8 quæ prouisio specialis administratoris excludit, † & sic cessante ratione iuris, ius cessare debet. vt. ff. de iure patro. l. adigere § quãuis. Præterea ea neglig̃ete tali administratio cessat esse penes eum, & incipit esse penes alium. igitur papa supplendo non de illius negligentis, sed de alterius non negligentis iurisdictione se intromitteret. Cum tamen ex solo casu negligentiæ iurisdictionem in proposito vendicaret, & sic casu huiusmodi sibi deficiente, ei deficeret fundamentum, & sic non potest facere ædificium. j. q. j. cũ Paulus. de presbytero non bap. veniens. Conditione enim suæ iurisdictionis deficiente iurisdictio eius deficere debet. ff. de cond. insti. l. si quis ita hæreditatem. cum similibus. ar. ff. de verbo. signifi. l. cedere diem. Ex quo videtur inferenda modificatio vnius dicti Henri. videlicet, ꝙ in subdito alterius quàm Imperatoris non supplet negligentiam papa, & sic intelligatur dictum Inno. nisi cum superior negligit supplere, & videtur negligere in casu not. rie tatis, & sic intelligatur dictum Hen. & in hoc saluetur dictũ Hosti. Ratio autem quare papa supplet negligentiam imperatorum est clara, quia superior supplet negligentiam inferioris de iure communi, & ratione naturali. vt patet ex ijs quę legũtur & notantur. de elect. c. quamquàm. libro. vj. & c. grandi. allegato. Modo Papa solus est, & immediatus Imperatoris superior, & ideò ipsum punit, & deponit. de re iudi. ad apostolicæ. lib. vj. & facta eius corrigit, vt in cle. pastoralis. c. titulo. Sed ratio quare Papa supplet negligentiam subditi Imperatoris non negligentis, non ita apparet. Hoc enim nõ est nisi auferre Imperatori non negligenti suam iurisdictionem, in suppletione huiusmodi consistentem. Sed fortè occasione eorũ quæ circa hoc Inno. ꝓ ratione inducit, ecclesia considerans, ꝙ Imperator circa vniuersi orbis regimen. nimium occupatus circa huiusmodi suppletiones, minus vacare potest hanc potestatem supplendi sibi præoccupauit, sicut paulatim latenter omniũ ecclesiarum inferiorum iura sibi applicauit propter quæ Imperatores quandóque cõtra ecclesiam stomachati, nisi fuerint totũ statum ecclesiæ perturbare. verùm quia in hoc non agitur de magno interesse imperij, vsus iste pro fauore iustitiæ inductus impropriari non debet, cum alteri prosit, & illi non obsit. vt insti. de le. fusia ca tol. cum cõcord. Et de hoc latius dicam in dicto. c. grandi. &c. Sequitur.

¶ TERTIO opponitur, nam ꝙ Romani Pontifices hæc possunt facere in iudicio alias iurisdictione seculari dominorum temporaliũ hoc non statuerunt, nec concesserunt domini temporales: sed hoc pro se statuerunt ipsi summi Pontifices, vnde (& sine culpa sacrilegij loquamur) non est eis adhibenda tanta fides, argu. ff. de interro. ac. l. de ętate § j. xiiij. q. ij.
9 § j. Facit † quia nemo in causa propria ius sibi dicit. C. ne quis in sua causa. in rubro, & in nigro. per totũ. Respondet Inno. dicens, quòd isti si diligenter attendant quod dicunt, verè sacrilegij culpam incurrunt. Quòd vt melius intelligas prænotare debes, quòd Deus in principio creauit cœlum, & terram, & ea quæ in eis sunt, Angelicam, & humanam naturam, spiritualia, & temporalia, ipsaque rexit per se, sicut factor rem suã gubernat. vnde & homini quem fecit dixit, ex ligno quod est in paradiso comedas, de ligno autem scientię boni & mali, ne comedas. Genes. ij. capitulo. ipsis etiam peccantibus pœnitentiam imposuit Gene iij. Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos in dolore paries, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Adæ verò dixit,

¶ Quia audisti verbum vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo tibi pręceperam ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Qualiter etiam per seipsum punit Chain, & Lameth, & quosdam alios legitur Genes. iiij. & v. capitulis. Et si rectè mundo per ipsum Deum vsque ad Noe, & tempore Noe, cepit Deus creaturas suas per ministros, quorum primus fuit Noe de quo fuerit rector populi apparet, quia sibi dominus gubernationem arcæ per quam ecclesia significatur commisit. Gene. vj. & vij. capitulis. Item quia idem Noe legem sibi subditis dedit. Genes ix. Et licet etiã nõ legitur quòd Noe sacerdos fuerit, tamen officium exercuit sacerdotis statim post egressum arcæ, & antequam leges populo daret ibi, ædificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volatilibus mundi, obtulit holocausta supra altare, & odoratus est odorem suauitatis, & ait ad eum. nequaquam vltra maledicta terra propter homines, sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Quod officium sacerdotis simul Abel, & Chain primo fecerãt. In hac vicaria successerunt Patriarche, Iudices, Reges. & alij, qui pro tẽpore fuerunt in regimine populi Iudæorum, Et sic durauit vsque ad Christum qui fuit naturalis dominus, & Rex noster dominus & legifer noster. de quo in psalmo dicitur. Deus iudicium tuum regi da: ipse dominus Iesus vicariũ suum constituit Petrũ, & successores suos, quando ei dedit claues regni celorum, & quando dixit, Pasce oues meas, & quamuis distincta sint in multis regimina mundi, tamen quemcũque necesse est, ad Papam est recurrendum, siue sit necessitas iuris. Quia non est alius iudex superior, siue facti, quia de facto minores iudices non possunt suas sententias exequi vel nolũt, vt debẽt iustitiam ministrare. ar. j. qui fi. sunt legi. c. per venerabilem. secundum Inno. & hæc placet Hostié. & pro ijs optimè facit de homici. ne pro humani. libro sexto. Nouella. Dicit autem Collect. addendũ quod notat Inno. in dicto. c. ad Apostolicæ. in fi. dicens sic. Nota ꝙ Papa deponit Imperatorem, vt in c. alius. & est hoc de iure. nam cum Iesus Christus filius Dei dum fuerit in hoc seculo, & etiam ab ęterno naturalis dominus fuerit & de iure naturali etiam Imperatores, & quoscumque alios ferre sententias depositionis, & dãnationis potuisset quascumque alias. vt pote in personas quas creauerat, & donis gratuitis dotauerat, & in esse conseruauerat, eadem ratione & hoc vicarius eius hic potest: nam non videretur dominus discretus fuisse, (vt cum reuerentia eius loquar) nisi nunc post se talem vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset Fuit autem ille vicarius eius Petrus Mathei. xvj. vltra medium. & idem dicendum est de successoribus Petri, cum eadem absurditas sequeretur si post mortem Petri humanam naturam à se creatam, sine regimine vnius personæ reliquisset. argumen. ad hoc in dicto capitulo per venerabilem.

¶ Martinus autem de salua dicit, omnia prædicta esse declarata per extrauagantem vnam sanctam. Cui extrauagãs meruit Clementis quinti. facta in fauorem Regis Franciæ non detrahit. Quia fuit solum declaratoria illa extrauagans vnam sanctam. Sed fortè nec extrauagans prędicta decidit, nam verba illius decisiua de sola spirituali iurisdictione loquntur. De Iudæis autem, & Saracenis, gentilibus, & schismaticis.

¶ Quomodo ad Papę iurisdictionem pertineat, remittit Innocentius ad notata sua de voto & voti redemptione quod super ijs. Sed videtur quòd prędicta oppositioni non satisfaciant: nam certum est, quòd prædicta non innituntur ordinarię potestati. vt in capitulo nouit. & cum ad verum. & capite quoniam idem allegatis. Sed innituntur dumtaxat plenitudini potestatis, & tamen literæ apostolicæ de communi iustitia non innituntur huiusmodi plenitudini. Quia non est verisimile quòd Papa ea in dubio vti velit, vt prædixi. Sed respondetur quòd licet antequam per ecclesiasticam alias ecclesiam ita constitueretur, non esset hoc de ordinaria potestate postquam tamẽ ita cõstitutum est, redactum est hoc ad ordinariã potestatẽ. eadẽ est enim vtraq; potestas quę vno respectu ordinaria, & alio respectu absolutoria seu plena vocatur. dicitur enim ordinaria dũ cõiter quasi quodã ordinario iure papa ea vti solet, & ab ipsius abstinere solet, & ea non vtitur, nisi rarissimè.

¶ Sic solebant expectationes procedere, à plenitudine potestatis. de præben. c. ij. li. vj. quæ hodie ad tam cōem & ordinarium vsum sint redactæ, ꝙ possunt dici nunc de ordinaria potestate. vt in cle. cùm et quem. de conces. præben.

10 QVARTO opponitur, † quia dum quis vice alterius interuenit, illius iure vti debet, vt infra de regu. iur. si quis in ius. lib. vj. & ibi concordantijs. Sed in hoc ꝙ hic Papa recipit appellationem super iurisdictione temporali fungitur vice Imperatoris, seo domini, vel superioris temporalis. Sed constat quòd ad talem non potest appellari omisso medio, vt. ij. q. vj. l. anteriorum. & ff. de appel. l. Imperatores. Igitur hic fuit necesse appellare ad Episcopum Vercelleñ. Solutio Io. & Vinc. stantes oppositioni dicunt metu oppositionis, ꝙ Vercelleñ. Episcopus hic non exhibebat illis iustitiam, fortè timore consulum secundū Vincen. Vel fortè secundū eum, non omnes causæ deferri poterant ad eum per appellationem. Ideò dicit papa eas defferēdas ad se, vel ad Episcopū, qui cognoscet quasi delegatus papæ de illis de quibus prius cognoscere non poterat. Sed hoc est nimis ad literam nostram diuinare & contra proprietatē verborū. quia nō dicit appellationū causas deferre, sed dicit appellare, nec textus exprimit de aliqua delegatione, nec loquitur de alternatiua ordinis, sed electionis, vt patet in verbo *si maluerint*. Præterea vel procedit intellectus Ho. qui habet, ꝙ Vercelleñ. Episcopus tenebat ciuitatē in feudum ab Imperatore, & tunc nullo casu debuit appellare ad papā, sed de cōsulibus ad Episcopū, & de Episcopo ad Imperatorē. vel ab Impatore. ar. s. e c. verū. & . c. ex trāsmissa. s. ti. j. ceterū. Et ꝙ legitur & nota. per Inno. & Io. Archi. j. de appe. Romana. § debet. super verbo *iure speciali*. lib. vj. aut non procedit intellectus Hosti. vel super illo non fundatur decisio textus, sed solum super consuetudine, quæ habebat, ꝙ etiā in causis merè ciuilibus seu tēporalibus, à Consulibus lucis poterat ad Episcopum appellari. qui intellectus videtur verior, & colligitur in textu ibi: *sicut hactenus seruatum est*. Intellectus enim Hosti. diuinatorius est: quia textus de hoc nihil aperit, imo eo ipso quòd textus dicit posse appellari ad Episcopū contra ius cōe videlicet à iudice seculari, & in causa merè ciuili sicut hactenus seruatum est, videtur hoc ius speciale Episcopi in consuetudine fondare, & per cōsequēs non in coocessione Imperiali feudali sicut imaginatur. Hostien. & licet ista fortè concurrere possint, tamen textus istud nō aperit: neq; iustificatur ex illo, & tunc certè secundum istū intellectū non videtur necessarium, ꝙ Episcopus timore, vel desidia omiserit iustitiam exibere, sicut dicunt Ioā. & Vin. Quia vbi potest de iure, vel de cōsuetudine ad Episcopum appellari potest omisso Episcopo ad Papā. vt. ij. q vj. ad Romanam. Præterea nec valet ratio eorū, quia in hoc Papa cognoscit loco Imperatoris, in quo fundatur oppositio, nam istud non est verum, imo cognoscit iure suo, vbi non apparet ꝙ alia Episcopalis iurisdictio sit sibi infeudata ab Imperatore, nam cū non ab Imperatoris infeudatione, sed à sola consuetudine habet Episcopus illam iorisdictionem, nō est ab ipso Episcopo ad Imperatorē, sed potius ad Archiepiscopū appellandū, & cognoscet Archiepiscopus de appellatione, non loco vel vice Imperatoris, sed iure suo. vt est textus in § debet. alleg. Ergo idem dicemus in papa. quia hoc casu vicē Episcopi tenet, cum appellatur ad eum à consulibus omisso Episcopo, & vicē Archiepiscopi cū omisso Archiepiscopo appellatur ad ipsum. Quia ijs casibus non haberet cognoscere Imper. nec alius vice eius, sed Episcopus, vel Archiepiscopus iure suo: vt probat § debet. alleg. & idem oportet dicere si iurisdictio Epi in qua huiusmodi appellatio fundaretur non competeret ipsi Episcopo, ex consuetudine, sed ex imperiali, vel regali, aut alterius ad hoc potestatem habentis concessione dūmodo huiusmodi concessio simplex fuerit & non feudalis, vt colligitur ex notatis Inno. s. e. verū. & his quæ ibi scripsi in tertia quæstiōe. Quid ergo dicēdum? fortè dicere possem ꝙ hæc decreta. declarat quantum ad hoc ad quod pertinet oppositio. c. ad Romanā allega. & vult hoc dicere quantū ad hoc, ꝙ nedū in causis de iure cōi ad forum ecclesiæ pertinētibus, de consue. possunt grauati, si maluerint omisso medio Sedem Apostolicam appellare: nec mirum, quia siue sunt res tēporales, siue spirituales ecclesiarū, siue hoc siue illo iure ad eas pertinere noscantur omnes æquè & vniformiter, sub potestate & dictiōe Eporū cōsistūt, & ad ecclesias pertinēt, & ideò æquè & vniformiter debet patere in illis superiorū ipsorum Episcoporum authoritas, & sic videtur semper eadē ratio, Et per cōsequens idem ius, & hoc est quod voluit dictus § debet. qui in ista ratione fundatur, vt ibi notatur per Archid. super verbo temporale. quod dic vt ibi. Fallit vbi de consuetudine, aut fortè de iure alio speciali, videlicet feudali haberet Imperator vel qoiuis alius dominus temporalis, ꝙ ad eum ab Episcopo appellare deberet. Quia tunc crederem quòd sicut nō potest tunc Archiepisco. appellari, vt dicto § debet. sic nec Papa ex eadē ratione. ratio enim quare non potest appellari tūc Archiepisc. est ista, ne illi domino temporali qui de consuetudine, vel alio iure speciali appellandus est, sua temporalis iurisdictio auferatur, modo quicquid Papa possit de plenitudine potestatis, ipse non coosueuit, nec debet secundum iuris cōmunis dispositionē præter casus speciales in iure expressos: dominis tēporalibus suas iurisdictiones temporales auferre, vt in. c. nouit. c. solitæ. & . c. per venerabilem. alleg. Et eadē ratione, nec omisso medio Episcopi posset tunc
11 appellari ad Papam: † ne via directa prohibitū, via indirecta concedatur. vt. j. de regu. iur. cum quid. lib. vj. & ibi concor. Quia cui conceditur terminus via veniendi ad terminū impediri non debet. vt. ff. de serui. rusti. præd. l. iij. § qui iter. Vnde si ciuitas Vercelleñ. & iurisdictio Episcopi temporalis tenebatur ab Imperatore in feudum, hoc poterat Papa verisimiliter ignorare, vt. j. de consti. c. j. libro. vj. Et est bene verisimile ꝙ ignorauerit, quia de hoc mentionem nō fecit, & quia verisimile est ꝙ si sciuisset iurisdictionem Episcopi temporalem esse de feudo Imperij, illi non voluisset præiudicare in dubio sine causa. vt in. c. cum ad verum. & . c. quoniā idē. & . j. c. proximo, & alijs iuribus allegatis. s. proximè. Verùm si ille alius quàm Archiepiscopus ad quem ex consuetudine, vel alio iure speciali, deberet ab Episcopo appellari, nō esset laicus sed prælatus Ecclesiasticus ac iure, & ratione dignitatis Ecclesiasticæ dominiū temporale ratione cuius appellari deberet, ad eum pertineret, posset tunc nihilo minus appellari ad Papā omissis ambobus medijs, videlicet Episcopo, & illo de quo supra, & altero eorundem, vt puta à consulibus immediate, vel ab Episcopo immediatè appellādo ad Papam. Et hoc dico propter regulam generalem, quæ habet, ꝙ omisso quolibet medio ecclesiastico potest immediato appellari ad Papā. vt in. c. ad Romanam etiam in iurisdictione temporali, vt hic. Et sic patet ex ijs ꝙ § debet allega. fundatur super intellectu vero istius decretalis, & illum declarat. Et ex ijs colliguntur hic duæ specialitates. Prima est, ꝙ etiam dum à iudice seculari appellari potest ad ecclesiasticū, potest appellari à Papa absq; medio, perinde ac si ab ecclesiastico iudice appellari deberet. Secunda est, ꝙ etiam super iurisdictione merè tēporali omittitur medium in huiusmodi appellatiōe. Sed licet sint hæ specialitates respectu regu. gñralis quā tradūt l. anteriorū. & . l. Imperatores. alleg. tñ non sunt specialitates respectu regulæ quā tradit. c. ad Romanā. quia æquè cōprehendūtur ex mente canonis isti duo casus, vnicū faciētes sub regula. c. ad Romanā. sicut & alij ꝓpter idētitatē rationis. Et ꝑ hoc patet responsio ad oppōnē principalē, qa negat assumptū, vt patet ex dictis. Et ex hoc patet qualiter intelligitur, & quomodo saluatur ꝙ dixi in. iiij. & . v. notabi. Sed cōtra ꝑdictū intellectū, & ꝓ intellectu, Ho. vt diuinatorius dici nō debeat facit textus hic, in § licea tamen. ver. hoc præsertim. vbi dicitur sic. *Hoc præsertim tēpore quo vacante Imperio ad iudicem secularem recurrere nequeūt, qui à superioribus opprimūtur*. Iste eñ intellectus clarè videt inoere. Primū est, ꝙ grauati à cōsulibus ꝑdictis ad iudicē secularē recurrere possēt. i. ad Imperatorē, si Imperiū nō vacaret. Scdm est, ꝙ vacabat Impiū, & ꝙ ꝓpter vacationē Impij fundat iustificatio de. re. ꝙ nō esset nisi iurisdictio ab Imperio teneret

Respoodeo

Respondeo quòd ver. iste hoc præsertim tempore non additur ad casum præcedentem restringendum, licet addat in facto, sed adijcit nouú casum inferendú idem quod prius, & ꝙ hoc signat dictio implicatiua præsertum. Fateor tamen quòd addit nouú casum satis pulchrum, videlicet ꝙ etiam in iurisdictione temporali, in qua succedit Papa Imperatori vacante imperio, appellari potest ad Papā omisso medio, licet ad Imperatorem appellari minimè potuisset. Et est fortè ratio, quia non est verú ꝙ Papa propriè in huiusmodi iurisdictione imperij succedat. Non enim ab imperio recepit Papa hanc iurisdictionem, sed econtra Imperator à Papa: cum modernus Imperator Germanus non habeat imperium, sed imperialem iurisdictioné, nisi ex concessione Romani pontificis, nisi in personā Caroli Magni, qui eā à græcis trāstulit in germanos, vt. s. de elect. venerabilem. allegato. vnde si verum est, quòd vtraque potestas sit de iure penes ecclesiam, prout satis deduxi, in c. solitæ. & in. c. nouit. & dicam adhuc in capitulo per venerabilé. Iā Imperij vacatio translationem potestatis, vel successionem in ecclesia, non inducit: sed impedimentum imperialis obstaculi, solum ponit, & ecclesiam liberā reddit, ad cognoscendum de iure suo, & ita semper negatur argumenti assumptum. Nec facit pro intellectu Hostien. quod dicit textus de recursu ad iudicem secularem: quia textus affirmatiuè non loquitur, & sic nihil ponit. Item non loquitur in spé de casu nostro, sed in genere, & vult solum sub incertitudine facti tollere obiectionem, quæ fieri posset de iure imperij; in casu, in quo iurisdictio pertineret ad illum. Quia fortè Papa ignorabat & forsan dubitabat, propter quorundam assertionem ꝙ ita esset in facto. Ex quibus generaliter inferas ꝙ quocunque iure ordinario, vel extraordinario iurisdictio, vel consuetudinario, aut propter vacationé imperij, vel alias ad Papam pertineat superioritas ad ipsum omisso medio appellari potest. Quòd perpetuo menti tenendum est. & iste vt credo est verus intellectus istius decretalis. De materia auté sexti, septimi, & octaui notabilium, proposui dicere in. c. cum speciali. alle. & aliqd tangam infra in suppletione glosæ finalis; & non plus de ista oppositione. Sequitur.

¶ QVINTO opponitur contra fi. nostræ decre. & tria vltima notabilia supra elicita simul. de. c. cum speciali. j. de app. de quo hic opponitur, & soluitur in glo. fi. Sed solue, vt dicam in suppletione dictę glosę. Collect. autem quærit, primo quid si iudex secularis dicit, ꝙ se non intromittet de causa, & posteà vult pœnitere, & de causa cognoscere, nunquid possit. videtur ꝙ sic. ar. j. de procu. c. licet. libro sexto. videtur contra per notata Cardi. de rescrip. si per te. lib. vj. Respondet, ꝙ potest re integra. de offi. dele. quāuis. lib. vj. & de prębē. si tibi absenti. eod. libro. Et quia quod hic dicitur debet intelligi de negligētia cum effectu, & quia hæc hoc casu laudāda est variatio propter debitum iustitiæ exercendæ. Ad quod vide de offi. dele. c. cum causa. in princi. Secundo igitur *ad nostram*. nunquid etiam ad legatum posset hoc casu recursus haberi? Respondet ꝙ non. ex quo litera dicit ad nostram. Inducit notata in Specu. de offi. le. § nunc ostendendum. in principio.

¶ Tertio quærit, nunquid Papa potest supplere negligentiā aliorum iudicum secularium quàm Imperatoris? dicitꝙ non, secundum Inno. & Nouel. Inducit Nouel. j. c. proximo.

¶ Quarto quęrit, quid si subditi Imperatoris sibi sunt inobedientes, sicꝙ propter eorundē inobedientiam non potest Imperator facere iustitiam eis, nunquid hoc casu supplebit Papa? Respondet ꝙ non, Sed Iuuabit secundum Innocen. quòd dic vt supra.

¶ Quinto quærit, vnde habuit ecclesia iurisdictionem in clericos? Host. quem Nouella sequitur infra. e. ex parte. attribuit Inno. quòd ab Imperatore. quod non placet eis, imo à Deo causam habuit. quare ergo subest ecclesia Imperatori in temporalibus? Certe quia Deus voluit, & ecclesia approbauit. vt in. c. nouit. & c. solitæ. alleg. secundum eos. Quicquid tamen ipsi dicant asseris Collect. Inno. nūquam dixisse ecclesiam habere iurisdictioné ab Imperatore in clericos, & miratur maximè de Nouel. qui hoc sibi imponit. Et dicit hoc apparere ex ijsq́ notā. hic per Inno. Dicit enī ꝙ licet Inno. j. e. ex parte. de hoc recitat vnam opinionem, non tamen stat in illa, vt ibi apparet. de quo ibi dicam. &c.

¶ SEXTO quęrit, nunquid incidenter potest cognoscere ecclesia de omni causa spectante ad forum seculare? & dicit ꝙ Nouel. infra de ordi. cogni. tuam. post Vincen. notat de successiōe ꝙ non, quia de sui natura est de foro seculari. vt ibi notatur. Dicit tamen Collect. ꝙ propter talem naturam non valet quominus ecclesia, vel propter negligentiam, vel ꝓpter omissioné, de ea cognoscere possit. vt patet ex pręmissis multò fortius incidenter. Sed secus videtur de iudice seculari, qui de rebus spiritualibus etiam incidenter cognoscere non pōt vt ibi etiā de periurio. not. Ho. quod tñ ibi Nouel. nó placet. De hoc dicam in præallegato. c. mam. in quarta oppositione ver. de quæstione. Credit tñ Collec. ꝙ licet secularis iudex possit pœnam imponere de periurio, si de eo cōstet, cognoscere tamen verum hoc sit periurium, vel nó. est propriè ecclesiasticum. vt in dicto. c. nouit. Et ita dicit ibi notari Hostié. simile notaui post Pau. in clemé. dispendiosam. in. ix. quæstione. & s. e. cum sit. in. ij. & iij. quæstionibus, Supple gln. in glo. ij. ibi: *tertius*. dicit Petrus, hoc facere ad quæstionem de duabus quartis notatam. j. de testa. Raynucius. ꝙ s. in ambiguitate opinionum legistarum stetur interpretationi canonicæ, & ibi: *ratione connexitatis vt in dote*. Sed nunquid ergo cognoscet ecclesiasticus de hoc principaliter, glo. videtur sentire ꝙ non, per. c. de prudentia, à contrario, sed dicit Coll. ꝙ ibi Inno. & Hosti. notant contrarium. & probatur secundum eum per. c. ex literis. de pigno. vbi de hoc per Hostié. In glo. vltima. ibi: *localis est*. vel secundum Goffre. hoc intellige quādo superior aditur per appellationem, puta quia Consules recusati nihilominus procedebant. Et pro hoc facit litera in fi. cum dicit sicut superius est expressum, vel secundum Vincen. sufficit ꝙ iudex secularis per se non possit causam cognoscere, ad hoc ꝙ fiat trāsitus ad ecclesiasticum cum non contingeret quin per alium cognoscere potest, vt. s. de offi. dele. c. coram. Hostien. autem credit hoc procedere de consuetudine, vel secundum cū pōt dici contraria locum habere, Cum Episcopus recusatur, & ꝙ ibi dicitur cum minor Episcopus recusatur, & pro hoc facit fauor Episcopalis iurisdictionis & excellentia Episcopalis dignitatis. &c. Credo saluo iudicio meliori ꝙ iste est vnus de casibus specialibus in quo iudex ecclesiasticus potest se immiscere iurisdictiōi seculari addēdo ad casus notatos in glos. s. proximè pręcedenti, & iste est quartus inter additos ad illam glo. vt dixi. s. in notabili primo in quo plures cōcordātiæ vt ibi scripsi. Et forsan potest esse ratio quia negādo se esse suspectum, cū re vera sit suspectus, & super ꝓbatione causæ suspitiōis cū ibi sint difficultates ingerēdo nedū videtur negligentiā cōmittere, imo maliciā admiscere vnde si ab initio recusatiōis, ante ꝓbationé causæ suspitiōis, vellet cōmittere alteri nó suspecto. Credo ꝙ tūc potest, quia tūc cessaret negligentia, & hoc clarū. Ité & malicia, quia non ex eo solo ꝙ quis etiam vere
18 rè suspect⁹, & vt suspect⁹ recusat. de malicia notādus est. ☩ Cū multæ sint causæ suspitionis, quæ famosæ non sunt puta generis propinquitas, Canonicalis paternitas, causæ similitudo appellatio, &c. huiusmodi. Licet bene possint aliquæ esse famosæ, vt patet ex trāscursu. § ij. in sum. Hosti. titu. de accus. & est optimum argu. ff. de suspect. tuto. l. iij. § fi. cum. l. seq. & e. tit. insti. § suspecto autem. cum ibi notatis in glos. ij. Plus crederé quòd etiam post probatam causam suspitionis antequam tamen iudex ecclesiasticus illum in cognoscendo præuenisset ipse potest alteri committere non suspecto, iuxta lecta & notata. j. e. c. penulti. arg. eorum quæ scripsi. s. eod. c. in prima quæstione Collect. exceptio enim recusationis & probatio causæ suspitiōis iurisdictionem non auferunt ipso iure. vt in dicto c. cum speciali, & ibi notatur per Inno. in glo. in subdelegatus in fine. Sed post delegationem iudicis ecclesiastici nequaquam. per lecta & notata. j. eod. c. penul. nec ista decretalis dicit contrarium eius, quod dicit decretal. cum speciali.

¶ Illa enim dicit q potest committere, & hoc est verum, vt
proximè dixi. Ista vero dicit q ad superiorem potest recur-
sus haberi, & hoc etiam verum, sed vtrumq; dictum intelligi
tur re integra, & ante præuentionem. Nam eodem tempore
eadem ordinaria iurisdictio est penes plures, videlicet proba
ta causa suspitionis penes suspectum iudicem secularem, & su
periorem ecclesiasticum, vt hic & ibi probatur, Ideò locus est
præuentioni. vt in.c.penul.allegato.& sic est casus solum di-
uersus, & non aduersus. Sed nunquid recusato Episcopo, &
probata causa suspitionis alias recusationis potest Archiepi.
statim cognoscere recusãte recurrẽte ad ipsũ re ĩtegra.i.prius
quã Eps cõmittat. Ho. videtur sentire q nõ, per.c.cũ speciali.
13 alle.& licet dictũ.c.hoc nõ probet, tñ credo cũ Ho.nã † Arc.
nullam iurisdictionem habet in causis subditorum suffraga-
neorum suorum, vt.ſ. de offi.ordi.duo simul.&.c.pastoralis
modo iste casus non reperitur in iure expressus, nec ita de fa
cili præsumunt. Canones maliciam cõtra vnum Episcopum
sicut cõtra iudicẽ temporalem, & ideò nõ est tanta ratio vtro
biq;. Sed quid in archidiacono vel capitulo, aut alio inferiori
Episcopo sub Episcopo ordinariam iurisdictionẽ habente,
Cuius negligentiam supplet Episcopus.iuxta Ber.& notata.ſ.
de offi.ordi.c irrefragabili.§.excessus. Breuiter puto in isto ca
su posse dici idem quod in iudice seculari, ex maioritate ratio
nis. Quia cum tota sit iurisdictio ecclesiastica diœcesis natura
li & originali iure sit Episcopi. maiorem coniunctionem ha-
bet Episcopus cum prælatis inferioribus sibi in partem solici
tudinis ad illius ecclesiasticę iurisdictionis executionẽ de iu
re speciali adiunctis, quàm cum iudice seculari, in iurisdictio
ne temporali. Igitur maius ius debet habere Episcopus in isto
casu, q̃ in illo.ar.eorũ quæ scripsi.ſ.e.c.circa principium.c.se-
cundæ oppositionis. In habentibus enim symbolum.i.natu-
ralem similitudinem facilior est transitus, vt.ff.de rei vendic.
l.in rem.§.item quæcũque. Sed quo iure fit recursus iste omis
so medio. Respondeo q eo iure quo appellatio, quia eadem
est ratio vtrobique. videlicet q Papa est omnium ordinarius
etiam per concursum mediatum.ix.q.iij.c.cum ita.alias cũcta
per mundum.cum similibus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Vidua laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest nisi super causa ecclesiastica.*
2 *Miserabiles personæ.*
3 *Regnum Apuliæ ad ecclesiam pertinet & ab ea tenetur in feudum.*
4 *Patria priuilegiata subest protectioni ecclesiæ.*
5 *An declinans forum debeat cauere de redeundo ad forum huiusmodi si ordinarius non fecerit iustitiam.*

¶ *CAP. XI.*

1 EX tenore. Casus, † vidua laicum co-
ram iudice ecclesiastico cõ
uenire nõ potest, nisi super causa ecclesiastica,
vel in defectu iustitiæ secularis. In prima, comi
tis conquestio. In secunda Papæ prouisio. ibi:
nos igitur. quę tria facit, primo causam reddit. secundo superce
di mandat. tertio duos casus excipit. & hoc de principio.

¶ Expone literam: *mulierem*. viduam & impetrãtem. vt.j̃.pa-
tet. *de Meduano*. qui conueniebatur *super hæreditate*. i. re hæredi
taria sibi in dotem concessa, vel legata, vel etiam ex successio
ne sibi delata, & secundum hoc potest agi coram iudice eccle
siastico.arg.de iudi.ff.l.q̃ legatur. Dos enim potest intelligi
hæreditas mulieris, quia suum patrimoniũ appellatur. vt.ff.
de mino.l.iij.§.vtrum.in fi. De qua potest ecclesia cognoscere
j̃.de dona.inter vi.& vxo.de prudentia. maximè quando vi-
dua repetit.e.ti.c.nuper. Item ratione testamenti spectare po
test ad ecclesiam. vt.j̃ de testa.tua nobis.alias nisi in casibus ec
clesia non habet se intromittere de hæreditate. Quòd dic, vt
j̃.qui fil.sunt legi.c.causam.ii. & ideò dicit infra nisi sit talis
causa &c. Hosti. *ipsius*. sicut subiecti, & vassalli ipsius. Gofred.
mandamꝰ. sub debito fidelitatis iuramento, mandare potuit si
erat de feudo illius.ſ.c.ex transmissa. Hosti. *viduis*. vidua dici
tur cuius maritus mortuus est, xxxiij.di.vidua. Phil. imo q̃ vi
rum non habet, siue habuit, siue nõ. secundũ Colle. Ad quod
vide lecta & nota.j.q.ij.§.auctoritate.& quod scripsi post In
no.de offi.dele.significantibus.iij.q.ij. Et quod scripsit Cyn.
C.quando inter impera.inter pupil.vidu. vel misera.pers. co
gno.l.vnica.vbi reperies in prima quæstione quod de vidua
proximè dixi, & in secunda quæ dicantur personæ miserabi-
les, & in.iij.qualiter eis priuilegium non derogatur, nisi priui
legium de earum miseria faciat mentionem. Simile notat de
rescripto. Inno. in.c.significantibus. Et faciunt lecta & notata
de rescrip.cum ordinem. secundũ Collect. qui dicit etiam q
pauperes directè sunt de foro ecclesiæ. & aliæ personæ misera
biles, per.c.si quis de potentibus.xxiij.q.iij.vbi æquiparantur
religiosis, sed nõ viduæ, nisi in defectu. *iustitiam*. magnam. C.
de preci.imper.offe.l.quotiens.& infra de deci.suggestũ. Vin.
& Phil.& Gofre.dixit cautius, vel præiudiciũ graue, alias pos
set cõcedere priuilegium nõ inferens dãnum enorme. allegat
eadem iura. *debemus*. ne inde nascantur iniurię.& c.vt.j̃.de ac
cusa.c.qualiter.j.Pet.& Abb. *pertinere*. de iure, vel consuetudi-
ne.de excep c.ij.li.vj.allegat Inno.ſ.ti.j. quanto. *iudicem*. non
dicit committere: quia fortè & Rex Franciæ superior Comi-
tis primo requiri debet. Sed in contrarium facit.ſ.e.ex trans-
missa. Pet.& Abb.& quod notat Inno.in.c.significantibus.
secundũ Mar.de salua. *alioquin*. i. si nõ potest per iudicẽ secula
rem, vel si causa sit ecclesiastica.&c. *terminetis*. auctoritate prę
sentium literarum, imo credo q auctoritate prętteritarũ, nec
est contrarium ei, quod notaui.ſ.c. proximo vbi diximus, q
literę Papę impetratæ antequam iudex secularis sit negligens
sunt nullę, nec lapsu temporis conualescunt. hic autem contra
rium dicimus si q literę valent, & q tractu temporis per eas
procedetur. Sed illud est ea ratione, quia ibi Papa nullã habet
iurisdictionem, nisi per appellationem causæ ad eum deferã-
tur. hic autem secus est: quia Papa iurisdictionem habet super
viduas. Sed de gratia defert iudicibus secularibꝰ, vt nõ proce
dat iudex ecclesiasticus, nisi per negligentiam iudicis laici. In-
no. Sed hoc non placet Hostien. qui dicit literas valere.in.c.
præcedenti. vt ibi plenè dixi in prima oppositione.

¶ PRIMO quæritur, qualiter causæ pupillorũ, viduarum
seu miserabilium personarũ pertinent ad ecclesiam, & hic pri
mo dicit Henricus q quantum ad protectionem, tuitionem,
& defensionem, ne videlicet à potentioribus opprimãtur per
tinet de eis ad ecclesiam. & hoc satis clarũ, & pro hoc.lxxxvij.
dist.c.j.&.ij.xxiij quęstione.quinta. administratores.&.xx-
iiij.quæstione.iij.si quis ex potentibus.& capi.sequẽti. Secun
do dicit q etiam de iniuria seu violentia eis illata cognoscit
ecclesia, vt in.c.si quis de potentibus.alleg.&.j̃.c.ex parte.B.
& etiam de iudicio possessorio spoliationis earum. vt.e.c.ex
parte.B. secundum Inno.& Hosti.ibidem.& Ber.& Inno.in
c.significantibus. Dico tamen tertio q p̃missis cessantibus dũ
de rebꝰ vel iuribus eorũ agitur petitorio spectat cognitio ad
iudicem secularem primariè, & principaliter. vt hic, & in.c.si
gnificantibus.& l.vnica.C.quando Impera.&c.& non ad ec-
clesiasticum, nisi in defectum, seu negligentiam iudicis secula
ris, sicut in causis aliorũ. vt hic secundũ Hosti.in sum.eo.titu.
§.ij.ver.ex præmissis. Et satis concordat quod notat ipse Ho-
sti.j̃.de verbo.sig super quibusdam.§.penulti.glo. penulti.&
vltima. Licet Inno.ibi dicat viduas, pupillos, orphanos, & re-
liquas personas miserabiles personas, posse quoslibet conueni
re sub ecclesiastico iudice.arg.in.c. significantibus. saltem de
viduis pauperibus. hoc etiam generaliter ponat quod nimis
2 generaliter dictum est. secundum Henri. † Et idem dicit pos
se dici de pegrinis, mercatoribus, officialibus, rusticis, libertis,
seu familiaribꝰ ecclesiarũ expositis, cęcis, mutilatis membris,
leprosis, captiuis, debilibus. diuturno morbo fatigatis, furio-
sis, & alijs personis miserabilibꝰ. de quibus per Inno.in.c.signi
ficantibus. Sed miror quòd Henricus differẽtiã quam in vlti
mo casu proximę distinctionis inter viduas, &c.& alios po-
nit hic Inno. vt dixi in expositiõe in verbo, *terminetis*. Sed for
tè non placuit sibi. & cęte. sequitur. ¶ Secundo igitur quæro
de differentia supra proxima, an pcedat videlicet vnde hoc,
quòd

quòd in viduis maximè diuitibus,& quandoq; bene potentibus habeat maiorē iurisdictionē ecclesia, vt litere earū à Papa super petitorio impetratæ etiā nō negligētibus dominis tēporalib⁹ valeāt,& p eorū negligētiā recōualescāt,q̄ in alijs personis. In primis nō videtur ꝙ Inno. bene ꝓbet primū mēbrum huius differētię,p.c. istud. ex tenore.& 2dm mēbrū. per.c.s. proximū. licet ex suscepto. Quia ista duo capitula,p oīa eodē stilo,ac mō loquēdi vtuntur, ergo eodēmodo intelligūtur, vt literæ ab initio ibi nō valeant, nec hic etiā. Et si hic valent,& ibi etiā, sicut eīn ibi dicitur dūmodo cōsules & cōe de se consequētibus in iudicio seculari exhibeāt iustitiæ cōplemētum, sic hic dicit dūmodo per iudicē secularē suā possint iustitiā obtinere. Sed fortè & nō improbabiliter dices ꝙ imò ibi dicitur. decernas auctoritate nostra irritas, & inanes. q̄d hic dicitur. Itē hic dicitur ei supersedere curetis, quod signat aliqualiter inchoationē factā fuisse,& tenuisse de iure. Itē hic dicitur, alioquin nō obstāte cōtradictione ipsius causam ipsam ratione præuia terminetis. Magis ꝓpriè videtur ad primas quàm ad secundas literas referēdū. Faciunt pro & cōtra not. s. ti. j. quia guillelmus.& quia verbum terminetis designās terminū finis, & relationē habens ad principiū signat aliqualiter principiū processus habitū per literas,& per cōsequens ipsas primas literas valuisse quæ tamē verba nō reperies in.c. præcedenti, Fateor tamē ꝙ verba volubilia sunt, & ad diuersos sensus trahi possunt. Nec capio ꝙ iura antiqua multū probent, & primo c. administratores. xxiij. q. v. cū similibus nō loquitur de cognitione iudicis ecclesiastici sed de cōpulsione iudicis secularis,& solū de spolijs, & rapinis,& de tuitione, & defensione, quę in huiusmodi cōpulsione consistit.& eodēmodo respōdetur ad.c. j.& c. desolatis. alias incipit defensiōis. lxxxvij. di. & ad.c. Episcopus gubernationē. lxxxviij. di. ad decretalem super quibusdā § fi. de ver. signi. dici potest, ꝙ loquitur in genere,& recipit determinationē ab ista decre. argu. j. de dona. inter vir.& vxor. c. nuper § fi.& fuit etiā consiliū prouinciale Tholetanū,& nō generale q̄d appareat. Quia ad.c. super quibusdā § fi. s. responsum est satis bene vt videtur. Nec reperio textū qui vidūis, aut alijs personis in fi. pręcedētis quæstionis nominatis det hoc priuilegiū, ꝙ malitia & negligētia iudicis secularis cessantibus, possunt cōtra cęteros laicos in actionibus ad ecclesiā de iure nō pertinētibus ad ecclesiasticū forum recurrere in iudicio petitorio,& dicere per hūc textū ꝙ detur illa iurisdictio est cōtra mentē decisionis eiusdē. Dicere autē ꝙ iurisdictiōe ecclesiæ nō cōpetente inducatur efficatia literarum emanatarū à iurisdictionē nō habēte per istā decre. esset cōtra principia iuris,& contra rationē naturalem. Et dicere etiam ꝙ in illa supprema potestate per quā Papa dicit se habere vtrūque gladium, fundetur efficatia literarū aote negligentiam iudicis secularis, esset etiam irrationabiliter, & inuerisimiliter dictum,& contra mentem istius decre. Quia non est rationabile nec verisimile, ꝙ Papa sine causa magna vti velit illa suprema potestate, seu in vim illius secularē iurisdictionē occupare. vt. s. ti. j. nouit.& hic in § nos igitur. in princi. ideò si suppleretur hic in versu dūmodo. in verbo termioetis. subaudi eo modo quo de iure fieri potest. s. vigorē primarū literarū si tūc etiā non poterat per iudicē secularē, suā iustitiā obtinere, vel vigore præsentiū,& vltimarū si tūc poterat, & nūc non possit, non videretur fortè malè dictum. ar. iurium quæ dicunt rescripta Principis intelligenda, secundū ius cōmune vt. ff. de vulga. substi. l. ex facto.& C. de inofi. test. l. si quādo. & sic verbum terminetis aliam vel aliam relationem haberet nisi dicas tenendam opinionem Hosti. de æquitate vtrobiq;. vtrobiq; cū nō appareat ratio diuersitatis. Sed quia eius opinio nimis resistit principijs iuris,& ratio Inno. nō videt sufficienter probari de iure magis videtur probabilē tenere ꝙ idem sit vtrobiq;, vt cesset vtrobiq; recōualescentia quem ponit Host.& sint vtrobiq; literæ semper nullæ, nisi tempore datæ earū subesset casus fundans iurisdictionē ecclesiæ, videlicet ratione deprædationis, rapinę, violationis, vel sacrilegij, aut impotentiæ, maliciæ, vel negligentiæ, iudicis secularis, aut alia causa in iure expressa. iuxta ea quæ scripsi. s. e. c. cum sit.

¶ TERTIO querītur qualiter potest constare de impotentia super quo vide omnino quæ scripsi in. c. significantib. de offi. dele. in. q. ij. ver. sed pone ꝙ vnus iudex secularis. Aduerte si quæris de impotentia, dico ꝙ nisi sit notoria probari debet. iuxta lecta & notata de rescrip. scicitatus.& de offi. dele. prudentiā in prin. cum ibi notatis per glo. Inno.& Hosti. & Noue. in verbo canonicę,& cū ijs que ibi scripsi in prima, & in iij. q. Et an vel qualiter relationi ipsi⁹ iudicis secularis sit credendū, satis potest colligi ex ijs quæ scripsi in dicto. c. prudentiā. in prin. in secūda & iij. opposīionib⁹,& an processus ecclesiastici agitatis añ negligentiā secularis posset etiam terminari ex ijs quæ scripsi ibidem in secunda & v. qōnibus,& sequētibus,& maximè in. x.& xj. Item etiā. e. c. § adiuimus in ij. iij.& iiij. qōnibus,& an lite contestata corā ecclesiastico potest excipi de oon negligentia adduci possunt quæ scripsi. e. c. in prin. in iiij. q. Licet fatear ꝙ non est per omnia similis casus iste,& ex ijs posset repetens latè extendere fimbrias huius decretalis. Et dico ꝙ summariè parte vocata ante ingressum negotij præmittenda est ista cognitio inter partes, si pars expirat. per ea quę scripsi. s. eo. cū sit. in prima qōne § in primis. & quæ scripsit Nouella post Inno. j. c. Romana § contrahentes. super ver. ibidem. libr. vj.& quæ ibi dicam. si tamen pars nō expectat,& est ordinari⁹, fit ꝓrogatio,& valet processus: vt. ff. de iudi. l. j.& ij. saluis dicendis. j. c. proximo,& c. significasti. Sed secus si sit delegat⁹, quia literæ oullæ essent quo ad principale, vt patet ex ijs quæ scripsi. s. ca proximo in prima qōne,& per cōsequens nulla potest per eas prorogatio fieri, nec valet processus. ff. de vulg.& pup. substi. l. ex pupillari. ff. quando dies le. ce. quod principale. Super quo omnino vide quæ scripsi in dicto. c. prudentiam. in princ. in quarta qōne. Si verò quæris de malicia adhuc dico idem, quod de impotētia quia illa probanda est, vt. ff. de proba. l. quotiens § qui dolo. s. eo modo quo probari pōt. s. per iudicia. C. de dolo. l. dolum. Si verò quæris de negligentia adhuc dico idem. s. ꝙ de ea excipi, cognosci,& ea probari debet, eo modo quo de impotentia dixi ex idētitate rationis. Sed qualiter probari, & constare potest, hic est punctus. Et ecce si per instrumentum, aut per testes probetur ꝙ iudex secularis debito loco,& tempore,& cum debita instantia requisitus respondit se nolle &c. & iste casus, est casus clarus,& positus per Inno. in. c. significātibus. Alius casus est si requisitus eo modo quo supra dixi noluit respondere, per cle. ij de app. § ꝙ si iudex.& idem puto si responderet ita in incertum, ꝙ non potest apparere ex eius responso, ꝙ vellet procedere cito,& cum diligentia competenti. vt. e. § Sed nunquid potest ecclesiasticus iudex instante parte volente ad eum recurrere præfigere iudici seculari terminum infra quem iustitiam redderet:&c. Inn. Host.& Nouella in. c. significantibus. videtur velle, ꝙ sic. Quod dicvt ibi scripsi in qōne. ij. versu sed quid ergo si dūmodo sit suspectus de malicia.& notat Cardi. in simili de supp. ne præla. c. j. lib. sexto. Super verbo ex culpis,& sic ibi intelligit iura ista. Sed Collect. hic dicit in fi. non credere. ar. de offi. dele. suspitionis: & quia non reperitur ꝙ eorum iurisdictio limitari possit,& hoc nisi alias appareret de negligentia secūdum eum. ¶ Sed ego ex dictis Inno. in. c. significantibus. allegato circa hoc sic distinguo. Quia aut quæritur nunquid ad procedendum,& processum terminandū possit iudex ecclesiasticus iudici seculari terminum præfigere,& dico quòd non,& sic procedat opinio Collectarij. Aut nunquid ad procedendum, seu processum inchoandum &c.& tunc dico quòd sic. argumē. dicti capi. suspitionis § primo &. j. de præben. si tibi absenti. versicu. sed si Episcopus. cum concordantijs ibi signatis.& sic intelligo alium opinionem. Et hoc voluit Innocentius, vt apparet in eo quod scripsi post cum in dicto versiculo sed quid ergo ibi vel ad minus infra quē &c. nō enim potest iudex ecclesiasticus mandare iudici seculari de causa cognoscenti, quòd terminos abreuiet, vel quòd sententiam pro vidua, aut infra certum terminum ferat. sed potest sibi mādare

ꝙ iustitiã sibi administret.aut ꝙ de cã sua cognoscat.& sic ꝓcedit quod scripsi in.d.versi.sed pone.Sed nunquid si grauet iudex secularis viduã,vel personã miserabilẽ,poterit appellare grauata ad iudicẽ ecclesiasticũ.Inno in.d c.significantib⁹.tenet ꝙ nõ,vt ibi scripsi in dicta.q.ij.ver.& ideò refert:& versi.quid de hoc dicendũ.& idẽ tenet hic Collect.Sed cõtra opponit de ijs quæ scripsi.s̃.c.proxi.in.iiij.oppo.vñ circa hoc possum distinguere.Quia aut iudex secularis qui grauat,nõ habet aliũ superiorẽ,aut habet aliũ superiorẽ.Si nõ habet superiorẽ,vt Imperator,vel Rex Frãciæ,vellet dicere canonista tũc posse appellari ad Papam,cũ nõ sit alius superior qui eũ corrigere possit.& pro hoc fortè vellet inducere capi.s̃.proxi.Sed puto contrariũ simpliciter,quia cũ leges à talibus simpliciter prohibeãt appellari.Quia re vera superiorem nõ habẽt in tẽporalibus secũdũ ordinatã iuris dispositionẽ.ff.à quibus app.nõ licet.l.j.in prin.& non reperiã ꝙ appellari liceat ad iudicẽ ecclesiasticũ,hoc nõ dicã in authen de trien.& semis.§.cõsideremus.nec eñ est bona cõsequẽtia grauat,& iustũ grauamen moderari igitur appellari põt.Quia per aliũm modũ põt haberi recursus,videlicet per viam supplicationis apud ipsum principẽ,vel eius successorem.s̃.de in inte.resti.cum ex literis.sic in præfecto,& Senatu à quibus ad principẽ nõ appellatur,etiã si grauauerint.vt.ff.de offi.prefect.præto.l.vnica.de mino.l.præfecti.& à quibus app.nõ licet.l.j.allegata.§.j.Fateor tñ ꝙ recursus põt haberi à grauamine illato per principẽ tẽporalem,nõ recognoscentẽ superiorem ad iudicem ecclesiasticũ per modũ supplicationis infra.x.dies.iuxta lecta & notata.C.de præci.Impera.offeren.authẽ.quæ supplicatio.dũmodo malitia ipsius secularis iudicis arguat:quia tũc ratione peccati ad eũ pertinet correctio,vt.s̃.ti.j.nouit.vel saltem dũmodo sit persona priuilegiata,vt vidua,vel persona miserabilis,aut aliqua de illis quas nominaui post Henricũ.s̃.e.c.in fin.primæ qõnis.& post Inn.in.c.significantibus.qõne.ij.alleg.arg.dicti.c.super quibusdã.§.fi.Et est rõ,nam si non est persona priuilegiata,habeo regulã negatiuã pro iudice seculari,& cõtra iudicẽ ecclesiasticũ,vt.s̃.e.cũ sit.Ideò præter casus speciales deferentes iurisdictionẽ ad iudicẽ ecclesiasticũ,præter casus aũt particulares de quibus nullũ dubium nũc:quia hic nõ vendicãt sibi locũ non reperio in proposito concedi in genere iudici ecclesiastico nisi tres casus,videlicet dũ allegatur impotẽtia,vel negligẽtia,imo supponitur ꝙ nõ neglexit,nec impeditus fuit procedere,imo processit,& grauauit Ergo necesse est ꝙ iurisdictio iudicis ecclesiastici fundetur hoc casu in malitia iudicis secularis,iuxta id qđ de malitia legitur,& notatur.s̃.c.ex transmissa.ar.eorũ quę scripsi s̃.c.cũ sit.in prima.& secũda questio.Graue enim nimis esset quòd de sñia Regis,vel imperatoris alias de iure valida,& efficax & in rem iudi.trãsiens,& ius inter partes faciens cognosceret iudex ecclesiasticus,iudex ꝓpter allegationẽ cuiusque grauaminis,nec Reges & principes paterentur.Et hoc placet Vincen.Pet.& AEgi.vt dicã.j̃.e.c.in.iij.suppletiõe glo.vlti.Nec ob.clemen.pasto.de re iudi.quia cã illa ad ecclesiã iure
3 speciali pertinebat.† Quia ibi agitur de regno Apulię quod ad ecclesiam pertinet,& ab ea tenetur in feudũ.Itẽ & de personis subiectis ecclesię,videlicet de Rege Sicilię subdito,& vasallo ecclesię,ratione dicti regni,& Imperatore,qui ratione Imperij quod in feudũ ab ecclesia tenet,ecclesię subditus est.s̃.de elect.venerabilem.j̃.de iureiur.c.vn.in cle.& de re iud.c.ad apostolicę.lib.vj.& de nullitate sententię per malitiam à subdito ecclesię in non subditum imperio,& subditum ecclesię promulgata.Item agitur ibi magis de iuris constitutione promulganda,quam de sententia retractãda.Probabiliter tamen potest dici,ꝙ casibus in quibus suppletio de iure per non habentem superiorẽ contra suam sententiã,iuxta ea quę scripsi de in inte.resti.ex literis.admitti debuisset,& eam sibi oblatam recipere per malitiam,negligentiam,vel impostnram recipere recusasset,adiri potest ecclesiasticus iudex,quia isti sunt casus tres principales,in quibus iudex ecclesiasticus temporali iurisdictioni se immiscet.s̃.e.ex transmissa.&.s̃.c.
4 proximo.& hic.Sed certe hoc mihi dubiũ remanet.Sed † dũ prima est priuilegiata,subest protectioni ecclesiæ.vt dixi in prima questione.Hoc autẽ videtur esse de protectione ꝙ a grauaminibus releuari procuretur,dum est aliquis ꝙ hoc fieri possit,& alias ꝙ releuetur per eum qui ꝓtegit alias protegere habet.ar.de offic.dele.c.j.lib vj.Et hoc casu potest saluari quòd simpliciter legitur in.c.super quibusdam.§ fi.allegato.

¶ Secundo casu principali,videlicet dum habet alium superiorem.&c.Subdistingue,quia aut proximus superior est ecclesiasticus,& tunc ad ipsum & etiam ad Papã illo omisso appellari potest,data super hoc optione appellare volenti.vt.s̃.c.proximo.& qđ ibi scripsi in.iiij.oppositione.Aut proximus superior non est ecclesiasticus,sed secularis iudex,Et tũc non potest ad iudicẽ ecclesiasticum appellare,tum quia in iurisdictione temporali nõ est regulariter appellandum,omisso medio,vt satis dixi in.iiij.oppositiõe allegata.Tum quia iurisdictionem iudicis appellationis secularis non deberet sibi auferre iudex ecclesiasticus sine causa,vt hic,&.s̃.e.cũ sit.&.c.si clericus laicum.&.s̃.ti.j.nouit.& hoc verum,nisi in casu in quo de facto tantum,& non de iure deficeret superior secularis.vt quia esset iurisdictio quę teneretur ab Imperatore,& vacaret imperium.Quia tunc potest appellari iudex ecclesiasticus,puta Episcopus loci,& etiã Papa omisso medio,vt probat.c.supra proximum.vt ibi plenius dixi in.iiij.oppositione.quia defectum iudicis secularis,supplet semper ecclesiasticus.vt legitur & notatur hic,& ibi &.s̃.e.ex trãsmissa.

¶ QVARTO queritur de duobus,primo quę differentia est inter viduas,& alias personas priuilegiatas diuites,& pauperes,quo ad forum.Secũdo quę specialitas est in eis quo ad illud.Sed de ijs dixi in.c.significantibus.quęst.ij.allegata post Inno.& dicam.j̃.e.ex parte.B.in prima quæstione,vbi complebo materiam huius tractatus &c.Collectarius autem
5 querit hic,† nunquid declinans forũ sic debet cauere de redeundo ad forum huiusmodi si ordinarius nõ fecerit iustitiã,videtur ꝙ sic.per.l.ij.ff.de iudi.& per notata Inno.de dilat.pręterea.vltra medium vnius columnæ.Sed non placet Collec.nec.l.allegata,quia loquitur cum quis citatur coram iudice suo,& habet ius pro tunc declinandi forum.Et hoc notat Specu.de compe.iudi.adi.§.j.circa prin.ver.sed quando iud.& Nouel.s̃.e.ex trãsmissa.& Inno.in dicto.c pręterea circa mediũ primę colũne.Itẽ q̃rit etiã Col.quid si iudex secularis mãdet delegato apostolico,ꝙ supsedeat cũ sit parat⁹ facere iustitiam debebit ne supersedere?Dic ꝙ nõ qa in eorũ negligẽtia est hodie cõtrariũ introductũ.vt no.Spec.vbi.s̃.ver.sed pone.qđ intelligit Coll.verũ,seruato qđ hic dicit.Itẽ q̃ri põt,an suppletio negligãtiæ de qua hic,& in.c.ꝓxime p̃cedẽti dicitur,habeat locũ in causis criminalib⁹.De quo satis dixi s̃.e.ti.c.cũ sit.q.ij.§.opinionib⁹.ver.septimo mõ.Sup.glo In gl.ij.ibi:*nuper*.&.j̃.de stat.mon.in singulis.§ porrò.de rescr.c.ad aures.& de offi.del.sup eo.vbi de hoc Host.& ibi:*spectant*.Quid ergo speciale in istis,cũ istud reliqs sit cõe?de hoc.lxxxvij.di.eos qui.in glo.ij.ver.sed q̃ro ad quid.Et remit.Host.ad sum.eo.titu.§.ex quibus causis.sub.§.ex premissis.& sub.§.item dominus.In glos.vltima ibi:*impetratas*.hoc placet Innovt scripsi.s̃.e.c.in expositiõe sup verbo terminetis,&ibi:*nõ valent*.subaudi ope exceptiõis,sec⁹ si ipso iure.& sic soluit seq̃ns cõtrariũ.Nouel.Sed aliter dixi.s̃.& ibi:*de negligentia*.Ss enim secularis iudex ꝓnũciet licet malè,delegatis se nõ intromitteret,cũ solã negligẽtiã supplere velit,scdm Vin.Pe.& AEgi.ad hoc.s̃.e.ex transmissa.Nouel.& ibi:*distulerit*,adeat ergo superiorem secundum Nouellam.&c,sequitur.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Clericus laicũ sibi iudicẽ constituere etiam si proprium iuramentum, aduersarijq́; assensus accedant minime potest.*
2 *Partẽ aduersã curã extraneo in litigare nõ debere,nisi ads ẽtiat iuris est.*
3 *Cõductores vectigaliũ fisci nõ admittũtur ad munia municip.subeũda.*
4 *Quilibet potest renunciare iuri suo.*
5 *Omnium interest ne sacerdotes à diuinis officijs auocentur.*
6 *Cui iuri renuncietur.*

Iuri con

7 *Iuri concesso in fauorem ecclesiæ vel collegij secularis renuntiari potest expresse & per actum contrarium.*
8 *Iuri quod statutum publicũ respicit renuntiari non potest.*
9 *Iurium longa distinctio ex Henrico.*
10 *Non valet pactum contra naturam contractus.*
11 *Renunciare possunt omnes his quæ pro se sunt introducta.*
12 *Imperatorem de clericis, & ecclesijs statuere non posse.*
13 *Pactum inualidum iuramento firmatur.*
14 *Iuramentum additum contractui aduersus bonos mores inito nõ ligat.*
15 *Eadem facilitas potest interuenire in renunciando quæ in intercedendo.*
16 *An in causa criminali possit fieri prorogatio.*
17 *Index de clerici causa cognoscens qua ratione puniatur.*

¶ *CAP. XII.*

1 SI diligenti. Casus. † Clericus nõ põt sibi cõstituere laicũ iud. etiã si propriũ iuramẽ. & aduersarij cõsensus accedat. Et secũdum Host. & Pe. pars huius, de pręscrip. si diligẽti. Et potest diuidi in tres partes, in prima ponitur falsa opinio Archiepiscopi Pysani. In secũda ipsius impugnatio. In tertia cõclusio. Secũda ibi: *immemor.* tertia ibi: *manifesta.* & hoc de prin. huius capituli. ¶ Expone literam: *asseruisti*, Pisano Archiepiscopo legũ doctori loquitur. *tempora*, quasi diceret separatum corrigere si Papa cõtrariũ asserat. de sum. trini. dãnamus. in fi. qui fi. sunt legit. per venerabilem. ad finem. *tenuisse*. i. in ea opinione fuisse. Pe. & est modus loquendi. ita tenet glo. vel talis doctor Abbas, vnde in antiqua sic dicebatur super eo autem miramur non modicum, & mouemur, quod cum te reputemus virum prouidũ, & discretum, & iuxta debitũ pontificalis officij sanctorum patrũ statuta tibi ignota esse nõ debeãt, & iurisperitorũ copiam noscaris habere, asseruisti &c. vt in textu. *temporalibus*. i. in causis in quibus de temporalibus litigatur. Pe. *iuri suo*, vsq; huc verum dixit, si intelligas de iure speciali proprio, & priuato, secus si diceres super. i. ecclesiæ suæ. Sed quod prosequitur indistinctè falsum est. *præsertim*. i. tñ: nam si aduersarius post denũciationem cõueniret clericũ in foro ecclesiastico, teneretur ei respõdere. Gofredus non intelligo quod quãtum ad renũciationem iuris, vel prorogationem iurisdictionis consensus aduersarij ali
2 quid operetur, hoc excepto † quod aduersa pars non tenetur litigare, nisi & ipsa consentiat coram extraneo iudice, cuius est iurisdictio prorogata: vt. ff. de iudi. l. j. & ij. Hosti. *priuatorum*, idest singularium personarum. aliter dicitur priuatus qui nõ est in dignitate. vt. xxiiij. q. j. qui contra pacem. Pe. & Abbas.
3 *minime*, & ideo † conductores vectigalium fisci etiam volẽtes nõ admittuntur, ad munia municipalia subeunda: vt. ff. de iure immu. l. semper § conductores. & ff. de postu. l. quos prętor. ꝫ. de excep. exceptionem. ff. de offi. præsi. l. legatus. C. de defen. ciui. l. fi. in authen. de defen. ciui. § verum. colla. iij. ꝫ. de iureiu. c. veniẽs. ꝫ. de arbi. cum tempore. Hosti. *iure*, hoc publicum, de quo præmisit. s. quod clerici non possunt sibi laicum iudicem constituere. Pe. *ne clerici*, actor trahens clericum ad forum seculare etiam si sit laicus causam perdit. Quod patet. C. de Epi. & cle. l. omnes. quæ sumptum ex constitutione Fœderici hac editali. alias incipit ad dec*. Cuius verba posuit Hostien. ꝫ. u. j. c. clerici. ac Pe. & Abb. hic. Et sunt hæc verba. statuimus autem vt nullus ecclesiasticam personam in crimina li quæstiõe vel ciuili trahere ad iudicium seculare pręsumat, contra quæstiones Imperiales, & Canonicas sanctiões, quod si fecerit actor à iure suo cadat, iudicatum non teneat, & iudex sit ex tunc auctoritate iudicãdi priuatus. scimus etiam quod si quis clericis, vel ecclesiasticis personis iustitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus iurisdictionem amittat. Et putat Guil. hanc poenam locum habere, etiam in eo qui trahit clericum coniugatum gaudentem priuilegio, & notatur hoc in spe. de cõpe. iud. adi § j. versu sed nunquid idem. & versi. seq. Sed dic vt de cle. cõiug. c. vni. lib. vj. *publica*, i. cõmunia seu secularia Hostien. xj. q. j. testimonium &. c. clerici. Pet. cessat ergo poena & sequens, vbi licet relinquatur proprius Episcopus itur tamen ad iudicium ecclesiasticum vt notamꝰ. ꝫ. c. significasti. *clerici*, in quocũq; ordine constituti, vt. ꝫ. ti. i. cũ nõ ab homine. Pe. *negotio*. i. causa de verb. signi. forus. Pe. *publicis*. idest secularibus Hostien *actione*. i. accusatione Go. *voluntarij*, per quod videtur quod licet clericus vocatus veniat coram iudice seculari, non tenet processus contra ipsum habitus. Et facit quod notat. C. vbi de crimi. agi oportet. l. j. & de hoc in Speculo de citatione § j. ad finem & xxiij. q. viij. cõuenior. versi. vtinam. & per Nouellam. ꝫ. de regu. iu. scienti. in fin. q. mercurialis. de consensu Episcopi. ꝫ. c. significasti. *subtrahi*, Subau.
4 nec ob. quod † quilibet potest renunciare iuri suo. Quia illud intelligit de vniuerso seu iure principali non collato, & sic continuatur quod sequitur Hostien. *valeat*, nec ob. ꝫ. c. dilecti. cũ illud non fuerit concessum Anglicis, vt collegio, sed vt singulis. Pe. *canonica*, ad publicum statum spectãtia. contra quæ non prodest consuetudo. ꝫ. de consue. cũ inter vos. &. c. venerabilis. &. c. fi. Hosti. ꝫ. tit. j. *clerici*, Nouel. *informatur*, Imo potius deformatur. Hostien. Cyn. ꝫ. de reb. eccle. non aliená. cap. fina. Nouella.

¶ PRIMO. opponitur, vt in prima glo. & vide solutionẽ glo & scias quòd circa istã materiam, videlicet qualiter quis iuri pro se introducto põt renunciare. varij varia dixerunt.

¶ PRIMA opinio extra gloss. distinguit, aut ius præcipit, vel prohibet, & tunc non renunciatur vt hic. Aut permittit, & tũc renũciat, & sic intelligitur de priuil. si de terra. cũ si.

¶ SECVNDA opin, distinguit, aut ius publicũ est auctoritate & vtilitate, & tũc nõ renũciatur vt hic. Aut est publicum auctoritate & vtilitate priuatũ, & tũc renũciatur. vt in cõtrarijs. Est aũt ius publicũ auctoritate, quod princeps cõstituit qui ius super oẽs cõstituere põt. de cõsti. c. fi. est aũt publicũ vtilitate qñ omniũ ibi tangitur vtilitas, vt hic. Ius enim publicũ cõsistit in sacris, & sacerdotibus. j. dist. ius publicũ. Item
5 alio respectu est publicũ vtilitate. † Quia omniũ interest oẽs sacerdotes à diuinis officijs aduocent, sed suis precibus peccata populi comedãt & deleãt. vt. j. q. ij. pastor. iij. q. j. nulli. Super quo vide quod scripsi. ꝫ. eo. dilecti super glo. ij.
6 ¶ † TERTIA opinio cõiungit præcedẽtẽ glos. dicẽs, an est ius publicũ auctoritate & vtilite, & tũc non renũciat: aut est publicũ auctoritate & vtilitate priuatũ, & tunc aut introductum est in fauorem renunciãtis tantũ, tunc renũciare potest. aut est ius alterius, & tũc secus. Quæ placuit Gof. in summa. de renunc.

¶ QVARTA opinio Hosti. dicentis primò, quod iuri publico collegio dato, quale est istud renũciari non potest etiã per iuramentum, vt hic, & infrà de senten. excom. contingit. nisi fortè per actum contrarium, de priuileg ex parte. de senten. excommunica. perpendimus. & c. in audientia. & c. contingit nec etiam concesso in libertate ecclesiæ. xvij. q. iiij. c. vij. alias. iiij. per totum. ꝫ. de immuni. eccle. non minus. nec prohibenti generalem ecclesiæ statum imitari. xxv. q. ij. c. j. ij. & iij. nec inducto propter honorẽ Dei, de ferijs. c. fi. nec firmato diuinis præceptis, aut consilijs generalibus vel prouincialibus seu alijs iuribus quorum transgressio inducat peccatũ
7 mortale. de consuetu. c. fina. xxv. quest. j. sunt quidam. † Iuri autem concesso in fauorem ecclesiæ, vel collegij secularis renunciare potest expreslè, & per actum contrarium, & per lapsum temporis. Quòd dic vt supra de consti. cum accessissent. Iuri autem diuino personali, ad statum, vel libertatem dignitatis, vel spectãti, & si renũciari valeat quo ad personã renũciantẽ nõ obest dignitati superiori vel ecclesię. de arbi. cũ tpe. de insti. cũ venissẽt quod met. cau. c. pe. Iuri verò introducto propter priuatã voluntatẽ, seu priuatũ ius, & si cõe sit renũciari potest. ꝫ. de rescri. nõnulli. de elec. quod sicut § finaũt. de reg. ad apostolicã. ¶ Multò fortius qñ nõ est cõe, sed psonale,
8 vel speciale. de cõces. preb. cõstitutus. † Illi aũt iuri quod publicũ statũ respicit renũciari nõ põt, sicut quod psona idonea, & canonicè eligat, de elec. qa ꝑpter, vel quod volũtas defunctorũ adimpleat. de testa. tua. & hec de iure humano publico, auctoritate & vtilitate: si. ut est ius fiscale renũciari nõ põt ff. de pac. l. ius publicum. & l. inter debitorem. quale est illud quod

præcipit puniri maleficia. de sen. excom. vt famæ. & quod libell° detur, & quod iudicialis ordo seruetur, de libelli obla. & de litiscon. per totum, & quòd alia iura seruentur respicientia publicum statum. ff. de le. j. l. nemo. Publico verò auctoritate, & vtilitate priuato, propter cõmunem vtilitatẽ inducto expressè renunciari non potest, nisi iuramẽto firmetur, de iureiu. cum contingat. C. si aduer. ven. l. j. & authen. sacramẽta. sed tacitè potest. vt. ff. de procu. l. filius § veterani si sit inductum propter priuatam vtilitatem, & sit fauorabile. C. quando mu. tute. off. authen. matri & auiæ. Sed si sit odiosum Macedonianũ secus. ff. ad macedo. l. sed & si pater. Et adde quod notatur in. c. ad apostolicã. & in Summa. de renũ. § ij. vbi hæc ponitur, & e. ti. § ij. sub § liquet etiam ex præmissis. versic. sed nũquid clericus. & ver. seq. & sub § illud. Hosti. Et de hoc in Spec. de renũciatione & conclusione colũ. iij. & in authen. vt ma. sine prohibitione § quia verò. colla. vij. vbi etiam satis de ista materia. & scias ꝙ ibi glo. per rationes prædictas tenet nõ valere pactum quod faciũt debitores creditoribus de solutione nõ probanda, nisi per instrumẽtũ. Cũ testificãdi vtilitas sit cõmunis. in authẽ. de testi. in princ. nec debet angustari. C. de testi. l. qm̃. in fi. imo debet impingari. C. de rebus credi. l. generaliter. in prin. nec ad vnã speciẽ coarctari. ff. de test. l. iij. § eiusdem. & . j̃. de proba. c. in presentia. Nouella. &c. ¶ Ex quibus

9 Henricus. colligit vnam longuã distinctionẽ † dicens & distinguens inter ius ecclesiasticũ, naturale, & humanũ, & ius ecclesiasticum inter concessum collegio, & cõcessum ecclesiæ, & concessum singulari fauori persone, & concessum iure personali, aut propter priuatam vtilitatẽ. De concesso collegio publico iure, dicit ꝙ illi renũciari non potest vt hic, & in ca. contingit. i nisi per actum cõtrariũ, vt in. c. ex parte. c. perpendimus. & cũ audieotia. &. ca. contingit. ij. Item * exemplificat in iure visitandi, & procurãdi, per notata. Inno. & Hostiẽ. de præscrip. cum ex officij. & Archidiaconus. x. q. j. relatũ. vbi plenè, & de censi. perpetuo. lib. vj. & per Ber. Inn. & Hostien. e. ti. cum venerabilis. & per Host. ne cle. vel mona. c. ij. ad fin. De iure autẽ concesso ecclesiæ, vel ob eius libertatem, vel ob honorẽ Dei, vel diuini præcepti firmato, &c. dicit idẽ eodẽ modo quo dixi. s̃. post Hosti. j̃. de iureiu. sicut nostis. de immu. eccl. nõ minus. & . c. aduersus. de fer. c. fin. xv. distin. sicut sancti. xxv. q. vj. sunt quidã. de trãsac. c. fi. de excep. exceptionem. De iure aũt concesso in fauorẽ singularis persone, vel ecclesiæ, aut collegij, dicit ꝙ renũciatur per pactum, & tẽporis lapsum, vt in. c. cũ accessissent. & hæc in iure diuino publico, vel reali. De personali verò, dicit ꝙ tenet renũciatio respectu renũciãtis, sed nõ respectu ecclesie, vel dignitatis. vt in. c. cum tempore. & in. c. penul. allegatis. De iure verò propter publicam vtilitatem inducto dicit renũciari, etiã si cõmune sit, vt in. c. nõnulli: & . c. quod sicut, & . c. ne pro defectu: & fortius si personale, vel speciale. vt in c. cõstitutus. De respiciẽte publicũ statum dicit, ꝙ renũciari nõ potest. c. quia propter. c. cãm quæ. & . c. nihil. & . c. tua. De iure naturali, dicit ꝙ renũciari nõ potest. vt in. l. ius agnationis. de pac. & l. iura sanguinis. de regu. iur. & . l. abdicatio. de pat. po. In iure aũt humano, canonico, vel ciuili, distinguit inter ius publicũ, & priuatũ, & publicũ, inter publicũ auctoritate & vtilitate, cui dicit renunciari nõ posse, vt. l. ius publicũ. & . l. inter debitorem. l. ita vulneratus. & . c. vt famæ. & de libel. obla. & litiscõ. per totũ. & publicũ auctoritate sed vtilitate priuatũ. Et tunc dicit ꝙ si propter cõmunem vtilitatẽ sit inductũ, neq; eius concessum cõmerciũ nõ renũciatur sicut libertas. vt C. de libe. cau. l. iubem°. & l. nec si volens. ar. ff. ad. l. aqui. l. liber homo nisi propter delictũ consentiẽtis cõcurrẽtibus solẽnitatibus. C qui ad lib. procla. nõ licet. l. j. & . l. ruffinus. & idem si dispositionẽ, vel cõmercium habet. Sed renũciatio est cõtra bonos mores, vel inuitat ad peccatũ. ff. solu. matrimo. l. alia § elegãter. C. de pac. l. fin. si manci. ita fuer. alie. ne prostit. l. j. de coll. l. si pactũ. cũ. l seq. ff. de pac. l. iurisgentiũ § si paciscar. & . l. si vnus § illud. ff. de pac. dota. l. cõuenire. Alias aũt potest renũciari, nõ siquidẽ expressè, de iureiu. cũ contingat. & authẽ. sacramẽta. nisi fortè cum iuramẽto, per lecta & notata in. ca. cũ contingat. & de pact. § quis. sed tacitè bene, vt § veterani: & priuatũ auctoritate, & vtilitate cui dicit renunciare si fauorabile, vt in authen. matri & auię, & . l. si mulier: & . l. iubemus. C. ad velleya. & . c. si de terra. & . c. accedẽtibus. nota hic Ber. Inno. & Host. & Ber. & Host. j̃. c. dilecti. non tamen nocet iuri alterius, vt in. l. per fundum. ff. de serui. rust. predi. de offi. dele. significãtibus. de arbi. cum tempore. sed odioso dicit nõ renũciari, per lecta, & notata ad Macedo. l. sed si pater § fi. remittit ad fratrem Io. in sum. confessorũ. ti. de elec. sub rubricella de renũ. q. xxiiij. & Hostien. de renũ. c. fi. & ar. vij. q. j. qualiter. vbi distinguũt illi inter actus pendẽtes, vel nõ pendẽtes, ex iuris vel iudicis auctoritate: quã distinctionẽ ponit Henric. dicẽs tamẽ, ꝙ licet sit probabilis, prima tamẽ magis specifica, & clara: quã tamẽ omitto. & ad laudu. in cle. vij. de iureiu. & ar. vij. q. j. § periculosum &. Accursi° quo. op. epi § ordinãdus. & alia loca ad quæ rẽmisi post Host. & Nouel. ¶ Ioãnes Calde. hic in additiõe breuius circa hoc sic distinguit, quia aut de naturali queritur, & tũc dicit ꝙ illi renũciari non potest. vt in. l. ius agnationis. & . v. distin. in prin. Aut de alio, & tunc aut est introductum in fauorem renũciantis tm̃, aut sui, & alterius. Primo casu aut renũcians non habet illius iuris plenã dispositionẽ: & tunc nõ tenet renũciatio. vt in. l. nec volẽs: & . l. liber homo. aut habet plenã &c. & tũc si renũciatio est contra bonos mores, nõ tenet. per allegata. j̃. de iureiu. Quintauallis. & de fer. c. fi. & idem si inuitat ad delinquendum per allegata &. j̃. de iureiu. quẽadmodũ § j. & s̃. de cõsue. c. fi. alias tenet. vt hic circa finẽ, &. j̃. c. dilecti. &. s̃. c. cũ accessissent. Fallit in quatuor casibus: primus. C. de pact. pig. l. fi. & ibi rõ, ꝑpter auaritiã creditorũ. Scds ff. de transac. l. cum ij. in fauorem alimentorũ, & in vltima volũtate. Ter-

10 tius. ff. de precario. l. cum precario. j̃. de preca. c. vlt. † Quia nõ valet pactum contra naturam cõtractus. Quartus. ff. fami. herciscũ. l. in hoc iudicio § si conuenit. ratio, quia ibi cõmunio que per pactum inducitur solet discordiam parere, vt. ff. de le. iij. l. cũ pater § dulcissimis. j̃. de sent. excom. ex tenore. Si verò illud ius est introductũ in fauorem sui, & alterius, siue rei publicæ, siue alterius in illius præiudicium non tenet renũciatio, vt. ff. de pact. dota. l. ij. ff. solu. ma. l. j. de procu. filius § veterani. argu. de iura. calũ. c. j. secũdo responso lib. vj. de arbi. cum tempore. de sen. excõ. contingit. j. de immu. eccle. nõ minus. nisi per actum contrarium. de sen. excõ. in audientia. & . c. contingit. ij. & . c perpendimus. de cle. coniug. ca j. & . iij. secundũ Ioan. Calde. Sed aduerte, quia ipse ista recepit ex dictis Cyn. C. de pac. l si quis in conscribendo. in. iij. oppositione vbi aliqualiter latius de hoc, & ibi etiam de hoc per Iaco. Butrig. & Ioãnem Fabri. vbi videas. ¶ Quid dicendũ aduerte rogo, textus recipias, & illis inherendo breuius expedies. Ecce igitur dicit textus, in. l. si quis in conscribendo. allegata,

11 ꝙ regula est iuris antiqui † omnes licentiã habere ijs quæ pro se introducta sunt renũciare. & . j̃. de regula ad apostolicam. dicit textus quem renũciare posse iuri quod pro se noscitur institutum. Ad quod dicit lex, ꝙ vnicuiq; hæc quæ pro se introducta sunt. ff. de mino. l. si iudex. & hic dicitur allegando ꝙ licitum est renunciare iuri suo. Ex quibus vnam certam, & inconcussam regulam tibi constituas videlicet, ꝙ licet cuicunq; renunciare iuri suo pro se introducto. Et hic notanter præpondera pro tuæ regulæ constitutione, ac firmatione necessaria. Primum est ꝙ ius sit suum idest ipsius renũciãtis proprium, & sic non alterius, nec cõmune sibi, & alteri, propria verbi significatione seruata, & intelligo suum mediũ, quo ad dominium & proprietatẽ, sed etiam quo ad vsum, & administrationem, non siquidẽ qualẽcunq;, sed vtiq; plenam atq; liberã. Secũdum quod sit pro se introductũ, hoc est non pro alio, nec propter alium, cui per renũciationem quo ad vtilitatem, & honorem preiudicare posset, & licet regula sit versificata. Fallit in casibus quorum aliqui supra expressi sunt, tamen vt dicit Butrig. in dicta. l. si quis in conscribendo. in singulis specialibus casibus, & eorum glossis specialitatum rationes reperiri possunt. Per quæ posses sub vno alio modo dicta Cy.

ēta Cyn. Butri. Ber. Inno. Hosti. Nonellæ Henrici, & Calde.
ad aliam theoricam reducere magis gratam. Sed causa breuī
tatis studiosi sollicitudinis hoc relinquo. Lignianus autem in
pſicto isto, modicū vel nihil addit in effectu, ideò nō curaui
verba ipsius recitare. hic posses iungere qōnem de exempto
cōtrāhente in loco exempto, & promittēte creditori non de
clinare forū diœcesani, & recipiente præceptū à dyœcesano
de soluēdo in termino statuto q in termino nō soluit, & ideò
per dyœcesanum exemptionē huiusmodi ignotā sicut & cō
muniter ignorabatur citatus, & non cōparēs excōicatus fuit.
an ex præmissis inducta fuerit priuilegij exceptionis renun-
ciatio tam efficax ꝙ dicta excōmunicatio eū ligauerit. Quā
qōnē habes plenè disputatā per Nouellā in mercuriali. ĩ. de
regu. iu. scienti. lib. vj. & per. Henricū de arbi. c. cum tempore
per quam posses extendere supradicta, sed dicam in. c. sancti.
¶ SECVNDO opponit de. l. omnes. C. de Episcopi &
cle. respondeo ꝙ corrigitur per § clericus in authē. de sancti.
Episcopis & ꝑ § clericus. ad huc corrigitur in aliquo per aut.
statuimus. C. de Epi. & cle. de qua dixi. s̃. super quo omnino
vide quæ dicam. ĩ. e. c. in. vij. q. post Henricū. Sed fortiter re-
plicatur de autheo. habita. C. ne filius pro patre. Super quo
omnino vide collectariū. ĩ. e. c. significasti. & quæ ibi tetigi
in. iiij. q. propter quā dicebat Io. ꝙ si dicatur clericum nō pos
se renūciare saltem tacitè foro suo exsufflabitur priuilegium
scholariū de pluribus iudicibus adeūdis. Goffred⁹ aūt hic, &
in summa huius tituli § dubitatur. dicit illud locū nō habe-
re in scholaribus clericis vel si locū habet in clericis, nō tamē
in ciuilibus qui habēt ibi proprium Episcopū: licet sint scho
lares, sed in alienigenis qui ibi propriū Epm nō habent. Guil
lermus verò in speculo de reo circa prin. vbi vide qōnes cir-
ca hoc priuilegiū, dicit, ꝙ hæc opi. Goff. placet Io. & Huber
to de bobio. Et hoc ꝙ de alienigenis scholarib⁹ dicit credit
verū quo ad magistros clericos. Hosti. contra de offi. delega.
significātibus. vbi de hoc per Nouel. in gloss isti quidam. &
plenius in summa. e. ti. § quibus ex causis. versic. sed cum illa.
vbi tenet etiam in alienigenis clericis constitutionem locum
12 nō habere. Opinio Io. videtur sic coadiuuari. † certū est Im-
peratorē de clericis & ecclesijs statuere nō posse, sine Papæ cō
sensu, tamē si per sua statuta priuilegia dat ecclesiæ vel cleri-
cis, dicimus illam statim tenere. vt notat. x. dist. c. j. in princi.
Cū ergo cōstitutio habita sit priuilegiū studentiū. ergo cleri-
cis cōpetit. sed illo respectu quo per illam læditur diœcesani
iurisdictio, quod Imperator facere nō pōt. de rigore verior
videtur prima opinio Goffr. secūdū Nouel. Pau. distingue-
bat dicens, ꝙ si doctor est laicus, & scholaris clericus, alie-
nigena nō habēs licētiā ab Episcopo suo &c. vera est opinio
Goffr. Sed si doctor est clericus, & scholaris clericus alienige
na habens licentiā ab Episcopo suo &c. habet locum consti-
tutio habita. Sed Martinus dicit se hanc distinctionē nō vide
re, & primo quia quo ad fori cumulationē in cōtractibus, &
delictis nō requirit licentia Episcopi, vt. ĩ. e. c. si. & tamē ali-
ter clerici studentes corā nō suo Episcopo, non cōueniūtur.
vt notat Host. s̃. e. quod clericis. Pręterea quia Episcopus dā
do licētiam studēdi nō dat doctori ecclesiasticā iurisdictio
nem, nec illam habet doctor rōne doctorat⁹, qui cadit in lai
cum, nec ratione clericatus sine beneficio, vt dicetur. ĩ. c. pro
ximo ideò stat de plano cum Hostien. ꝙ authentica habita.
nō in clericis sed solum in laicis vendicat sibi locū. Aliqui in
telligunt metu huius oppositionis. c. nostri. in clerico subdi-
to foro ecclesiastico ratione cōtractus, vel delicti, seu quasi, &
hanc lecturam recitat Guil. de cug. io. l. si quis in conscriben-
do. C. de pact. Sed si ponderes, hæc opinio secundū Lignianū
est insana, quia text⁹ isti loquunt de clerico ex capite, ex quo
clericus est de priuilegio indulto toti collegio clericorū, &
hanc etiā reprobat Guil. vbi. s̃. Alia opinio fuit Io. in. c. inoli
ta. quod potest renūciari tacitè, licet non expressè, vt seruetur
priuilegiū authēticę habita. quę reprobatur: quia hoc ius col-
legiale, & publicū, nō pendet ex potestate priuatorū. vt. l. ius
publicum. Alia opinio habet, ꝙ authē. habita. præcessit aut.
statuimus. ante quod clerici nō erant exempti per Imperato
rem. Sed modicū valet, quia à Deo & Romano pontifice nō
ab Imperatore procedit ista exemptio. & c. vt. xcvj. di. si Im-
perator. & notat Inn. de maio. & obe. si quis venerit. & si Im-
perator exemit hoc fecit quātum in se fuit, vel hoc fecit quia
trahebantur de facto non authorizabiliter: quia iam exēpti
erant. Ego aūt sequor opinionem Hostiē. Nam constitutio
Imperialis simpliciter facta, nō refertur nisi ad subditos & il-
los solos includit. vt. ĩ. de sen. excō. à nobis. & . C. de sum. tri-
ni. l. j. Lignianus aūt de tractatis per Cy. in dicta authē aliqua
hic inferit quæ causa breuitatis hic omitto. de hac verò mate-
ria, & quis exequatur sentētias doctorum, & an ab eis appelle
tur, & ad quem, vide in Speculo de sen. executi. § ij. verò quid
de sentētia doctoris. & ver. sequēti. Subdit autem Ligni. ꝙ in
actione reali cessat istud ca per. c. sanè. s̃. e. secūdū Hostien. &
Guil. de cugno in. l. si quis in conscribēdo. allegata intelligen
tes hoc verbum mouētur strictè. Cū agitur personaliter, quia
in realibus iurisdictio cōcernit rem. Et pro hoc inducit Col
lectarius tex. hic in prin. ibi in temporalibus inducendo. i. in
realibus. Super quo vide quod scripsi. s̃. ti. j. qualiter. in expo
sitione super verbo omnino, & . s̃. e. ti. verū. in. ii. qōne. Sed Li
gnianus dicit ꝙ hæc opinio cōmuniter reprobatur, quia res
non trahūtur ad iudicium, sed personę. Et hic pōderatur per
sonalis tractus. Sed dñi temporales hoc nō sustinerent. vnde
vbi ageretur super re ecclesiastica procederet dictū Lign. sed
super patrimoniali immobili cōtrariū obseruatur. Sed de iu-
re [illegible] scripsi in remissionibus. s̃. datis.
¶ TERTIO oppo. de l. si quis in conscribendo. quæ lo-
quitur de sacerdotio. Sed ibi non loquitur de sacerdotio ec-
clesiastico sed de seculari, sicut dicitur de Abbate Ianuensi,
& prioribus Florentinis, que fortè erat dignitas cui concessū
fuerat, ꝙ sub vno tamē iudice respondere teneret. Sed ex quo
promisit nō excipere, non poterit se excusare illius dignitatis
pretextu. vel potest dici, vt sitiorium concordantia ꝙ an fa-
cit pactum de iurisdictione dāda, & tunc valet. vt ibi si de li-
cētia Episcopi. ĩ. c. significasti. & si ille habet alias iurisdictio
nem, vt. l. j. ff. de iudi. dūmodo ecclesiasticam, & alias non vt
hic. Aut facit pactum de iurisdictione non declināda, & tūc
si promisit se soluturū, & responsurū valet. ĩ. c. dilecti. Si sim
pliciter respōsurū ante litem cōtest. potest pœnitere, vt. eo. c.
secundū Abbatē, & Nouel. Quod intellige sanè vt ibi dicam,
& de intellectu dictæ. l. si quis in conscribendo, quæ etiam si-
tuatur. C. de Epi. & cle. satis scripsi in. c. significantibus. allega
to in prima oppositione, & adde quod scripsi s̃. ti. j. c. j. in. iiij.
oppositione. &c.
13 ¶ QVARTO opponitur † Quia pactum inualidū iu-
ramento firmatur. ĩ. de iureiu. cum contingat. & . e. ti. c. licet
lib. vj. & de pact. c. quāuis. lib. vj. de quo aliquid tangit glos.
14 dicit aūt Lignianus † ꝙ si adijcitur iuramentum contractui
inito contra bonos mores, non ligat, vt in regula non est
obligatoriū. Sed si adijcitur inito secundario ob fauorem rei
publice, valet. vt in. c. cū contingat. Et hoc casu lex simplici-
ter nō inhibet. sicut lex non inhibet mulieri alienare, sed de
re dotali secus, si simpliciter inhiberet contrahere. Quia tunc
inhibitio personam concerneret, & sic iurans faceret contra
legem personam cōcernentem, & sic peccaret mortaliter, de
maio. & obe. si quis venerit. & sic non potest seruari sine inte
ritu salutis eternę. de iureiu. si verò. Aliquando adijcitur pa-
cto impugnato in odium creditorum. vt pacto legis cōmis-
soriæ, vt. ĩ. de pig. c. significāte. & tunc valet, sed non conualī
dat pactum, licet Inno. ibi contra. aliquando adijcitur con-
tractui inito in fauorem debitoris, & valet. vt in authē. sacra-
mēta. & idem si contractui non approbato, nec reprobato à
lege. vt. ff. de verbo. obli. l. stipulatio. § si quis alteri. Aliquan-
do adijcitur contractui inualido propter defectum solennita
tis probatoriæ, & tunc nil operatur: quia tales solēnitates ob
fauorem publicum sunt inductæ. Aliquando adijcitur con-
tractui inualido propter defectum solennitatis formalis, vt
in stipulatione non solenni. & tūc non validat stipulationē,

sed validat iure nudi pacti, quasi ruens si non agitur, valeat vt
pōt. C. de codicil. l. fi. Aliquādo adijcitur cōtractui inualido
propter rei repugnātiā super qua mittitur, & tūc nihil valet,
vt in regula impossibiliũ. & regula nemo pōt. secũdũ Lignia.
Sed ipse prędicta recollegit imperfectè tamẽ, & insapidè ni-
mis ex dictis Bartholi in repetitione. l. si quis pro eo. ff. de fi-
deiusso. & dicit Collect. vnũ mirabile. videlicet ꝙ ligat qđq;
quod nullũ est, qđ. s. non leditur nisi corpus iurantis. Quod
corpus accedit animę, seu est minus principale. & sic soluit ad
c. debitores vbi ille qui promittit bene obligatur saltem ipso
iure, vt ibi probatur, vel quia ibi alio remedio iurandi subue
nitur. Sed ꝙ nullum sit & obligat, implicat cõtradictionem.
j. de reg. iu. non præstat. C. de legi. l. non dubiũ. Henric. autẽ
dicit ꝙ iuramentũ prestitũ ad statuta canonica ad publicum
statũ spectātia non valet, vt hic. Quia nec cõsuetudo hoc ca-
su valeret. vt. s. de consue. cũ inter vos, & c. cum venerabilis.
Sed prestitũ contra statuta canonica ad priuatũ statum, seu
ad priuatorũ fauorem spectantia bene valet, vt in. c. cum cõ-
tingat. quod dic vt ibi plenius secũdum eũ. Sed quia ista ma
teria propriè hic non cadit, dicam in locis proprijs, videlicet
in. c. cum contingat. & c. si verò. & c. licet. allegatis. ¶ Primo
quæro qualiter mulier Velleyano renũciare potest. dicit glo.
simpliciter mulierẽ renũciare posse. Et est ratio, quia Velleya
nũ est ius quoddam fauore mulierũ introductũ, ne fideiubẽ
do teneātur. Quod respicit solum mulierũ fauorẽ. Quia vi-
rorũ, vel aliorũ amore de facili fideiuberent, & sic bona sua
perdere possent. secundũ Abba. Subdit Nouel hoc doctores
tenere cõmuniter, dũmodo mulier fuerit de beneficio certio
rata, vt notatur. ff. ad Velleya. l. vlti. § penul. & remittit ad no
tata sua de minore. de emp. & ven. c. j. Refert tamẽ Iacobũ &
Petrũ cõtrarium tenere, dicentes priuilegio propter facilita-
15 tem cõcesso nõ posse renũciari. † cũ eadem facilitas possit in-
teruenire in renũciādo quæ & i intercedẽdo. allegāt. ff. de no
ua. l. doli, & ad dictũ § pe. respõdent, ꝙ ibi fuit bis renũciatũ,
& coram iudice, alias non valuisset. C. ad Velleya. l. si mulier.
ij. & in authẽ. siue. Item valet renũciatio qđ recipit tutela filio
rum, quia facit illā auctoritate legis. C. qđ muli. tuto. officio.
fuo. l. fi. ne quis auctoritate legis decipiat. C. de ijs qui ve. eta.
impe. l. j. & hæc notātur. C. de Epi & cle. l. si quis in conscri-
bendo. in. iiij. q. in Cyno. Nouella dicit ꝙ nõ fatetur ꝙ in di-
cto § penul. fuerit bis renũciatum, sed primo fideiussit, secun-
do suscipiẽdo iudiciũ renũciauit Item ratio Iaco. & Pet. con
cluderet, ꝙ nec secũda, nec tertia renũciatio teneret. Ad. l. do
li. respõdet, ꝙ ibi nõ renũciauit, sed primo fideiussit, & posteā
nouauit. Consulit tamẽ ꝙ ad vitandũ istud dubium, faciaseā
iurare iuxta. c. cum contingat. cũ similibus. Collectar. remit-
tit ad plena collecta sua secũdum se. j. de emp. & ven. perue-
nit. & c. cũ causa. & de pig. ex literis. Bartolus verò in. l. doli.
allegata approbat opinionẽ Iaco. & Pe. per illam. l. sicut. mi-
nor non potest renũciare beneficio restitutionis, quia in renũ
tica qui semel. C. quomo. & quādo iudex. ponunt omnes hoc
speciale, ꝙ lite non contestata ibi proceditur ad sententiam.
Et tamen ibi libellus porrectus fuerat per actorē præsentem,
& postea eo absente facta responsio per reum. Tertia est, quia
contestatio est simul testatio, & sic vtraque parte præsente,
ergo si alter est absens non potest dici simul testatio, secun-
dum eū. Sed tenent partem aliam. ad rationes istas responde-
ret. ad primam enim diceret ꝙ imo si datę positioni per acto
rem postea eo absente reus responderet confitendo. Confessio
12 haberet effectum: † Quia & positio, vel libellus datus iudici
in absentia partis, vt per medium iudicis ad partem perueniat
operatur confessionem. vt notabiliter scribsit Bartolus in § si
quis absente. allega. ar. C. de libe. cau. l. cū affirmes. igitur econ
tra facta responsio ad libellum, vel positionem aduersarij in
eius absentia debet confessionem operari, vt inter actorem &
reum seruetur æqualitas. vt. ff. de re iur. non licet. li. vj. & quia
13 est eadem ratio vtrobique. † Nam persona iudicis est vtriq;
parti cōmunis, & vtramque representare debet. Et quia per
medium eius videtur posse & debere hoc fieri sicut illud. Ad
authenticam qui semel. C. quo. & quando iud. respōderent. ꝙ
ibi non apparet de interrogatione, nec de responsione rei, vi-
detur enim differentia facienda, an data sit petitio simpliciter,
nec requisita pars de respondendo, nisi iudex de compellendo
&c. In quo casu loquitur authentica qui semel. an verò requi
sita fuerit pars vel iudex. &c. in suo casu procedit quod proxi
mè dictum est. Faciunt optimè quę dicam post Hosti. j. e. c.
quæstione. iij. circa princip. vt ibi scripsi. Quia magis patet
de simulatiua testatione in secūdo casu q̄ in primo. vel dic al-
ter & verius, ꝙ multum refert an actor in petitione persistat
tempore responsionis. Quod colligitur ex pręcedentibus &
sequentibus ad litis prosecutionem per eū factis. vt. ff. de testa.
l. hæredes pali. § sed & si cotam. & hoc casu procedit qđ pro-
ximè dictum est. an verò destiterit vel desistere velit à litis &
libelli prosecutione. Quod colligitur ex circonstantijs ac ex
præcedētibus & sequentibus, & tunc non operetur responsio
litis contestationem. quia non potest tunc dici testatio simu-
latiua, & sic potest procedere specialitas dictæ authenticę. Ad
tertiam rationem infra respondebitur, & pro hac parte facit.
14 † Nam in nullo iure cautum reperitur expressè, ꝙ sit de esse li
tis contestationis ꝙ petitio & responsio per partes præsentes
simul fiant. Igitur ista perniciosa subtilitas processus iudicio-
rum impediens, atque destruens ponenda non est. ar. j. de re-
nun. c. j. li. vj. cum similibus. Præterea textus noster quendam

modum litem contestandi repellens verum modum adijcit,
per quem litis cōtestatio fiat, dicens ꝙ non per positiones &
responsiones ad eas factas, sed per petitionem in iure propo-
sitam & responsionem secutam litis contestatio fiat. nec dicat
15 secutam statim seu incontinenti, † dans intelligere ꝙ siue in-
continenti, siue ex interuallo, sequatur respōsio animo litem
contestandi, fit litis contestatio, vt non distinguamus legem
indistinctè loquentem ex capite proprio. communia iura. Et
sentit legislator. C. de iura. calū. l. ij. in prin. & C. e. tit. l. vnica.
Præterea hoc vult ratio naturalis, nam litis contestatio nō est
nisi voluntatū simul concurrentiū concurrens attestatio, non
patet ex dictis. modo si actor primo dedit petitiōem semper
præsumitur perdurare in eadem voluntate, donec de eius mu
tatione appareat, & ita est concursus tempore respōsionis vo
luntatum ar. de bapt. c. maiore.. cum similibus. Et ita vidi in
palatio apostolico seruari & obtineri. & credo ꝙ ista sit veri-
tas. Quod ergo dictum est vtriusque partis præsentiam esse ne
cessariam. intellige singula singulis refferendo, videlicet, acto
ris tempore datę petitionis, & rei tempore datæ responsionis,
& quod dictum est vno contextu & simul, intellige quoad
rem nō quo ad tempus. Hoc est ꝙ in actis reperiātur præcedēs
petitio & responsio subsecuta, & interpretatiuè cōcursus etiā
voluntatū eo modo quo dixi. Et secundū hoc limitata atque
modificata alia. s. scripta, si ea deffendere velis. Et pro hoc etiā
bene facit. C. de iud. l. rem nō nouam. § patroni. quę etiā non
distinguit an incontinēti vel ex post facto loquatur, alias se-
quatur contradictio rei. Caue tamē quia Cyn. C. e. l. vnica. in
16 prima quęst. & . ij. † contra præmissa tenet per respōsionem
cōfessionis nō fieri litis contestationē reprobans glo. Accur.
ibi positā distinguentē an ante vel post datam petitionē. & c. se
quatur talis confessio, vt si post sit cōtestatio. & si ante secus.
Cui cōcor. Ber. Inno. & cæteri Canonistę. in. c. dodū. alleg. Et
allegat pro se Cy. prædictū § patroni. vbi dicit contradictio-
nē, &c. modo cōfessio non est cōtradictio, imo tollit contro
uersiam cui tamen sentētia finem imponere debet. vt. ff. de re
iudi. l. j. & sic sentētia ferri non potest, & tamē si diceremus fie
ri contestationē sentētia ferri potest. Item pro casu allegat. ff.
de procu. l. si reus. cum glo. sua. & si est casus non debet fieri
quæstio. ar. C. de fur. l. ancillæ subtractæ partus. Fatetur tamen
ibi in. iiij. quæstione, ꝙ inducit effectus contestationis vt inter
ruptionē, & similia. vt. j. de pręscrip. xxx. an. l. cum notissi. §
sed & si quis. Sed Iaco. Butri. in præalle. l. vnica. C. e. tit. sequi-
tur opinionē Accur. & Canonistarum distinguens an confi-
tetur quis ante libelli oblationē. & tunc non videtur litē con
testari. Sed fit ei quoddā pręceptum de soluendo infra tem-
pus arbitrio iudicis, vt. l. si debitori. ff. de iudi. aut confitetur
post libelli oblationē, & tūc videtur contestari: & pōt ferri dif
finitiua. ratio sua est, nā lex dicit, & etiā ista decret. ꝙ per nar-
rationē actoris intelli ge petitionē continentē in iure propo-
sitā, & respōsionē rei fit litis cōtestatio, nec requiritur in illa re
spōsione fit cōtradictio siue negatio, vt hic. &. C. e. l. vnica. Et
hāc opinionē sequit Ber, Inn. Host. & Nouel. in pręalle. c. du-
dū. § tandē. Et hāc seruauit, & seruat vsus causarū, & eā sequi-
tur palatiū Apostolicū, ideò nō est tutū ab illa recedere. ar. ff.
de legi. l. minimè. Nec ob. § patroni. allegatus. in verbo cōtra-
dictionē. nā ille § nō restringit modū per quē debet fieri con
testatio litis in omni casu, Sed loquitur solum in casu tali vbi
partibus opus est patronis causarū, vt patet ex contextu illius
17 literæ. † Hoc autē manifestum est, ꝙ dum reus cōfitetur acto
ri suā intentionem, nō est opus amplius aduocatis. Sed tunc
demū cum reus negat intentionem actoris; igitur tūc demum
Cum fit litis contestatio per negationem, locus est illi § igitur
ad hoc designandum merito posuit litera verbum contradi-
ctionem. Et maximè quia illud frequentius est. argu. ff. de le-
gi. l. nam ad ea. Nec ob. ꝙ sententia debet imponere finem cō-
trouersijs. Quia illud debet intelligi cum reperit materiam ad
hoc dispositam.. Dico enim ꝙ sententia nedum habet istum
effectū. Sed etiā aliū, videlicet declarationē iuris actoris. vt. ff.
de rei vendi. l. ex diuerso. si serui. vendi. l. sicuti § sed si quæ-
ratur,

ratur, & quia habet paratã executionem. vt. ff. de mino. l. minor. xxv. annis. cum similibus. Ad. l. si reus. vbi Cynus casum allegat dici potest, ꝙ ibi non est casus, ibi enim nõ apparet textus nec re vera ponit differẽtiã iudicis ordinarij & delegati. de qua ibi not. in glo. prout ibi. & in. l. si debitori. allega. scripsit Iohan. Nico. Sed vult dicere ꝙ in cõfitentẽ ante litẽ cõtestatam sit præceptũ, eo videlicet quia nõ potest in eum diffinitiua sententia ferri, propter defectum litis cõtestationis. Sed dicit ꝙ si lis contestata est, hoc esse officio iudicis dirimendum est, videlicet officio iudicis mercenario q̃ actioni, & litis cõtestationi deseruit. Per quòd videlicet iudex qui de causa cognouit de ea pronũtiare debet. vt. ff. de iudi. l. de qua re. & sic non facit. l. illa ad propositũ. Nam de casu de quo nunc quæritur dimittit intactum, videlicet dum in ipsa litis contestatione cõfessio interuenit, propter quòd nõ meruit dicta. l. ad propositũ allegari, & oĩno coniunge quę scribam. j. e. c. in. viij. q.

¶ SECVNDO principaliter quæritur, quæ est ratio dubitandi, & quæ ratio decidẽdi in hac decre. in ea parte in qua dicit, ꝙ per positiones & respõsiones ad illas non fit litis contestatio, & respondetur de ratione dubitãdi, ꝙ eam notabiliter induxerũt textus legum qui præcisè dicere videntur ꝙ narratio & respõsio litis contestationem inducũt. C. de iura. calũ. l. ij. in princ. C. de iud. l. rem nõ nouã. § patroni. & C. e. ti. l. vn. modo per positiones fit narratio negotij. Igitur non mirum si fuit dubitatũ an per eas, & responsiones ad ipsas fieret contestatio litis. Ratio verò decidẽdi hic ponitur, in glo. ij. ibi & potest assignari ratio. Cui cõcordans Inno. dicit, ꝙ ad hoc vt teneat litis contestatio oportet ꝙ animo cõtestandi litem fiat, & ꝙ verba sint apta ad huiusmodi cõtestationẽ, dicit tamen, quòd si verba sunt apta præsumitur animus cõtestãdi, nisi cõtraria appareat protestatio. iuxta lecta & notata. s. de consti.
18 cum. M. Dicit tamẽ ꝙ † intentio animi non sufficit, nisi sint verba apta. vt hic. modo dum nõ sunt verba petitionis quæ in positiõibus nõ sunt ibi verba apta ad litis contestatinnẽ, cum non enĩ possit ferri sententia condemnationis ad petita si nihil est petitũ. ar. s. de constitu. cum accessissent. § j. ver. si. cum suis cõcor. Hosti. nec absolutionis à petitiõe quæ facta nõ est. Aliquid enĩ oportet petitũ esse licet ineptũ vel ineptè, vt sententietur. Ho. s. de iu. examinata. cũ tamẽ sentẽtia correspondere debeat petitioni, de symo. licet hely. nisi corã Papa ageretur. tunc enim crederet Inno. sine petitione sufficere partium narrationes. de in inte. resti. cum venissent, Nam præsentia Papæ suppleret has omnes solennitates. C. de testa. l. omnium. & s. de transact. c. j. Et hoc hodie tenet curia, maximè quando agitur de electionibus seu prouisionibus ecclesiarum. Et vtinam magis abreuiaret. quia quando de talibus agitur periculum est in mora, vt patet in eo quod legi. & nota. j. de appel. oblatæ. § j. de elect. ne pro defectu. Hosti. Sed dic hodie, vt in clemẽ. dispendiosam. de iudi. & cle. sæpe. de ver. sig. Præterea & ista est secunda ratio Inno. secundũ Hosti. quia vbi signiõcatiõe argui põt, nec ab ea recedi oportet nisi aliud appareat. vt. ff. de le. iij. l. non aliter. Hosti. & tamẽ ponẽdo factũ vel dictum neque testor, neque cõtestor me litigare velle, & quia fiunt positiones & respõsiones ante litẽ contesta. vt in glo. & ista est tertia ratio Inno. secundũ Hosti. qui dicit, ꝙ nõ vocantur propriè positiones sed interrogationes de quibus nota. j. de iura. calum. c. penul. § fi. Et vt verba Inno. continuẽ nõ ę
19 ro † primo circa hoc, nunquid sufficit ad litis cõtestationem quòd respondeatur de iure libello vel petitiõi: Respõdet Inn. quòd sic: verbi gratia, peto à te fundũ quem mihi promisisti, vel vendidisti, rectè respondes dicẽdo nõ competit tibi dicti fundi petitio, vel non debet tibi dari dictus fundus quem tu petis. Nam cũ actio sit ius petẽdi quod debetur actori, scilicet de iure. vt i osti. de act. in principio. eadẽ ratio, vel defensio, seu respõsio rei legitima est, vt quod petis tibi non debetur de iure. Secundo quæritur quantum ad hoc, nunquid quo ad effectum litis cõtestationis inducẽdo sufficit respondere ad causam. reffert Inno. aliquos dicere ꝙ non, nisi respondeatur petitioni. verbi gratia, peto centũ quę mutuaui, respõdet reus non mutuasti, non sufficit ad litis contestationẽ secundũ eos. Probant quia cũ petitio sit necessaria etiã respõsio ad petitionem
20 necessaria est. † Item quia causa non est actio, sed vinculum, vnde ex causa obligatio oritur. vt insti. de obli. j. responso. & ex obligatione petitio siue actio, vt. ff. de proc. l. licet. § ea obligatio, sic causa est mater obligationis, & obligatio actiõis. ergo alia est causa, alia actio. Sicut aliud est vẽdere, aliud emere. alius est emptor, alius vẽditor. vt. ff. de re. perm. l. j. & sic aliud est respõdere causæ, aliud respõdere petitiõi. Et ideò qui cãę tantũ respõdet petitioni nõ intelligitur respondisse, & sic nec litis contestationẽ fieri. Host. Verum nihilominus ipse Inno. aliter respõdet dicẽs. Nos dicimus sufficere causæ respõdere. probat sic, nã causa talis debet esse quę necessario inferat ius petendi, & quã necesse est probare. Nã nec prodest petenti, si ex alia causa sibi debeatẽ, & eo modo nec sibi obest si alia vice ex alia causa agatur. vt notatur. s. de offi. or. cõquerente. Ex quibus infert Inno. ꝙ quãdo respõdet reus causam nõ esse veram scilicet mutuũ non interuenisse, necessario dicit se ex mutuo non teneri, & ita etiam per cõsequẽs petitiõi respondet. Secũdo probat hoc, dicit enim attendenda verba, subaudi & eorũ expositionẽ. Litẽ enĩ contestari nihil aliud est, nisi ꝙ volt cũ aduersario litigare. Sufficit ergo si animo litigãdi aduersario contradicat. ar. § patroni. alleg. Nec ob. ꝙ alia est causa, & alia actio. Quia si alia sit, nõ tamẽ est alius quantũ ad substantiam effectus veritatis. Nã si bona est causa, bona erit petitio in effectu. & si mala, mala ita. Licet alius sit Deus pater, alius filius. non tamen aliud, sed id quòd est pater est filius, scilicet in substantia, de trinitate damnamus. § licet igitur. Sic licet alius sit pater carnalis, alius filius, tamẽ fictione iuris eadem persona penè censetur filius cũ patre. C. de impube. & al. sub. l. fi. ad
21 fi. † Sic & dicendum est ꝙ obligatio est mater, & petitio siue actio filia. quãtum ad hoc de quo hic quæritur idem sunt, vel ad minus ex prædictis euidẽter sequitur, ꝙ sicut negata matre negatur & filia. Et econuerso, quia si nõ est mater nec filia, & si non est filia, nõ est mater. Sic negata causa negatur petitio, & econtra. Et adde circa hanc materiã quod notatur in summa. de libel. obla. § quid debeat. ver. alij dicũt ꝙ sufficit & seq. Hosti. Tertio quęritur quantũ ad hoc, pone reus respõdet sic, nolo litigare cum aduersario nec alias petitioni contradicit. nunquid hoc sufficit ad litis contestationem? respondet Inn. quòd nõ. ar. dicti. § & quia per talem responsionẽ non apparet an petita confiteatur, vel neget. secundũ Inno. Et ex hoc videretur ꝙ si respõderet se dubitare non sufficeret ad litis contestationẽ Cuius tamen contrarium notat Io. Fa. C. e. l. vnica. Quarto quæritur circa hoc, quid si in libello non fiat petitio sed tantum narretur factum, & reus animo litẽ contestandi respondeat, nunquid hoc sufficit ad litis contestationẽ? refert Inno. quosdam dicere ꝙ bona est, vel saltem toleranda huiusmodi litis contestatio, vt res magis valeat quàm pereat. j. de verbo. signi. Abbate. ar. ad hoc. j. de insti. cũ venissent. de cau. pos. cum ecclesia. & de consu. cum dilectus. Subdit ꝙ videtur maximè hoc posse tolerari, vbi de iuribus agatur. s. negatoria, vel confessoria. vt. ff. si vsusfru. peta. l. vti. in princi. & l. j. & in pręallegatis decretalibus. Finaliter tamen dicit ꝙ tutius est in omnibus aliquid petere, imo dicit Hosti. nõ debet dici tutius imo tutum. quia non cadit hic comparatio. Hodie nempe cer
22 tum est, ꝙ si in libello nihil peteretur non recipere. † quia sine petitione non posset ferri sententia. vt hic. & ff. communi diuidun. l. vt fundus. nec in aliũ quàm petitum sit potest, vel debet quis condemnari. C. de fideicomis. liber. l. finali. in primo responso ad finem. Nisi forsan de spiritualibus, & inter religiosos ageretur. iuxta lecta & notata supra de iudi. dilecti. vel coram Papa. vt supra tactum est, vel in alijs casibus in quibus libellus non est necessario aufferendus alias offerendus. de quibus dictum est de libel. obla. c. j.

¶ Redeundo ad principalem quęstionem quare per responsionem ad positiones non fit litis contestatio, reddit Hostien.
23 alias rationes. Prima est, † quia litis contestatio est fundamẽtum ædificij iudiciorum, positiones verò & responsiones, &

aliæ diuersæ probationes sunt parietes, sententia verò tectum. patet ergo ꝙ non sunt parietes erigendi quousque positum sit fundamentum. Secunda est quia sicut vna est lis, sic & vna debet esse litis contestatio. Sed si per positiones cōtestaretur, tot intelligerētur, esse litis cōtestationes quot fierent positiones, & responsiones. ar. ff. de verbo. obli. l. scire debemus. ī. de ele. in genesi, ver. non tamen debuit subsequi. Tertia ratio quia litis contestatio firmatur authoritate huius tituli. positio verò authoritate tituli de confessis, inter quos titulos est differētia quia regulariter primus ante litem contestatā. Secūdus post, ideò si fiat positio lite non contestata, cū natura tituli sui deficiat, deficit & effectus positionis: &, sic nec lis contestari: nec aliud quod firmū sit potest agi. secundum eum.

¶ TERTIO principaliter quæritur ad declarationem præmissorum. Pone quòd sit positio generalis hoc modo. Pone quòd omnia quæ continentur in libello sunt vera, & quòd sicut generaliter fit, sic reus generaliter respondeat confitendo omnia vel negando. nunquid per hoc dicā litem contestatam? Dicit Hosti. ꝙ sic, talis enim positio & responsio authoritate istius tituli confirmatur, & ideò authoritate ti. de confes. & argumentum optimum. ff. de reb. dub. l. is qui ducenta § vtrum. in fi. vbi dicit hoc exprimat eorū quæ obijciūtur nō feci. i. nihil eorū feci. quasi diceret sufficit ꝙ oīa negentur. Nec ob. quod hic dicitur quia intelligitur de singularibus positionibus, & patet in textu ibi: *quibusdam positionibus*. quasi diceret de pluribus & singularibus loquor, non de vna vniuersali. & de hoc in Specu. e. ti. § ij. ad fi. Fatetur tamen quosdam contradicere voluisse, qui forsan mutassent sentētiam, si ea quæ hic notantur plenius aduertissent. Dicit tamen ꝙ sine hac generali non de leui cōtestaretur lis. Et verè de rigore iuris ego dubitarem. Quia verba talia non videntur apta, neq; ex natura sua disposita ad litis contestationē inducendam, seu ad iudicium incoandum, & fundandum, imo præsupponūt illud iam incoatum & fundatū. igitur ex illis verbis animum dispositiuum, ad litis contestationē non præsumā. vt. ff. si cer. pet. l. non omnis. &. ī. de ordi cog. cum dilectus: verum quia opinio Hosti. tendit ad sustinendum iudicia, ac dānosam & perniciosam subtilitatem excludit, vellē bene eam in iudicijs de æquitate sustinere. Sed saltem secūdum Collect. eam oportet restringere ad casum in quo positio non stat in finibus positionis alias petitionis. Sed hic positio in se, etiam in se petitionem continet: sed certè tūc esset petitio, & non positio, & ideò placet hæc restrictio. Fatetur tamē ꝙ oportet ꝙ præcedat petitio, & quod ad illam positio se referat. Et hoc modo loquitur Hosti. vnde oportet ꝙ positio faciat mentionem de libello hoc modo, dico omnia contenta in libello esse vera, alias reus ad eā respōdens nō videtur habere ante litē animū contestandi: & sic non esset litis contestatio, secundum Guillel. de Cug. C. e. l. vnica. & Liguianum hic.

24 ¶ QVARTO principaliter † quæritur per quē modum ad litis contestationem procedendū est. super quo dicit Ho. quòd hoc modo ad litis contestationem procedendum est. Nam adueniente die dato ad deliberādum sicut consuetū est, debet iudex primo interrogare actorem libello lecto coram eo vtrum asserat & petat secundum quod ibi continetur. Secundo si dicat ꝙ sic debet interrogare reum vtrum credat vera esse proposita in libello, & petitionē fieri debere, & sic ipso reo confitente vel negante, fit litis contestatio, & hoc est quod hæc litera dicet ibi per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam. quasi diceret non sufficit ꝙ actor libellum in scriptis offerat. Quia libellus non loquitur, imo necesse est ꝙ ea quæ in libello continentur proponat, ergo hic verbis opus est. Sic insti. de verb. obli. in princi. &. C. de vsur. l. j. Et habet locum illud. ætatem habet de se loquatur. de conse di. iiij. cum pro paruulis. Detrahe ergo petitionem propositā, aut responsionem secutam nulla fiet litis contestatio. vt hic. sic. j. q. j. detrahe de baptismo, &c. Et probatur hoc. C. e. l. vni. vbi dicit, inter litem enim contestatam & editam actionem multum interest, lis enim tunc videtur contestata cum iudex per narrationem negotij, subaudi à partibus factam. vt. ī. causam audire cepit quasi diceret non eo ipso ꝙ libellus oblatus

25 est & reus respondet est facta litis contestatio. † Nam actore non loquēte per solam libelli oblationem intelligitur solum edita actio ipso autem narrāte, loquente, & proponēte, & reo respondente fit litis contestatio, vt hic. &. C. de iura. calum. l. ij. post princi. &. c. dudum. § tandem. allegato. &. ī. ti. j. c. j. § j. argumen. de testi. præsentium. § præterea. li. vj. Et prædicta si vera sint, menti tenenda. quia valde notabilia. Et faciunt primo pro primo intellectu ad authenticam qui semel. C. quo. & quando iudex. authentica qui semel. per me data. ī. eo. c. in prima quæstione § pone ergo. ver. ad authēticam qui semel.

26 † Secundo optime facit ꝙ nō sufficiat appellatiōem scriptam per appellantem dari iudici, vel notario, nisi dicat appellans, ego appello prout hic continetur quia alias potest appellans circonuenire iudicem. Qui non aduertens non datis apostolis procedere potest fortè ad sententiam si ex hoc potest impugnare processum. Vnde alias teneri vidi in palatio, ꝙ talis pro non appellante habetur. Et facit quia appellans tenetur petere cum instantia, & alias suæ appellationi renunciat. de appel. ab eo. li. vj. & in cle. quamuis e. ti. iij. non videtur iudicem apostolis propulsare qui de hoc nihil loquitur per expressum Vnde dixerunt auditores, ꝙ nec sufficeret dicere peto prout in cedula continetur quia ille non est modus magnæ instantiæ, nam ea quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter annotentur quasi neglecta. vt. ff. de inn. l. item apud Labeonē § ait pretor ne quid. Caue tamen quia nec illud quod dicit Hosti. de lectura libelli, nec etiam illud quòd dici potest à simili de lectura appellationis hodie de facto seruatur. sed sufficit libellum vel appellationem porrigendo in scriptis dicere. Ego do libellum, vel appello, vt hic continetur: quia dare hoc modo æquiparatur lecturæ. vt in clemē causam que § porrecto. de elect. Subdit etiam Hosti ꝙ nihil interest vtrum iudice interrogante hoc fiat, seu partes inter se hoc faciant iudice pro tribunali sedente, & authorizante. ff. de inter. act. l. si sine. j. responso. vlterius dicit ꝙ nec refert vtrum dicat, pono omnia esse vera, vel asseuero esse vera, nisi imponamus legem verbis quod non est faciendum. C. communia. de lega. l. ij. in fi. &. C. de vsu. l. fi. & not. de procu. petitio. Et dicit etiam Gulle. de Cug. l. vnica. ꝙ non refert respondendo libello actoris dicat nego, vel non esse verum, vel tu mentiris per gulam Aut credo ꝙ non sit verum. Quia sufficit ꝙ inferatur negatio etiam per verbum credulitatis. Pro eo maximè ꝙ responsio relata ad petita, refertur ad ius in quo non cadit nisi credulitas. Et hic etiam iungere potes ea quæ scripsi post Inno. & Hosti. ī. e. c. in secunda quæstione principali.

¶ QVINTO quæritur, nunquid sufficit narrationi libelli respondere quoad effectum litis contestationis inducendæ licet petitioni non respondeatur? dicit Host. ꝙ sic. ar. ī. de ele. quærelam. ī. de resti. spol. cum ad sedem. primo responso. &

27 C. e. l. vnica †. Nam si bene formatus sit libellus ex narratione sequitur petitio, vnde negata narratione tanquam principali, per consequens & petitio tanquam accessoria est negata. argu. ī. de elect. qualiter. Et in hoc dicit Inno. concordare in ijs quæ dixi post eum in ver. verum nihilominus. Sed pone ꝙ libellus est ineptè formatus cui modo prædicto responsum est, nunquid censetur litis contestatio facta? dicit Hosti. ꝙ sic, potest quandoque fieri contestatio, & sic dici se fecisse de facto in quadam causa, in qua erat aduocatus magister. G. Papien. & ipse Hosti. pro reo paupere presbytero apud Lugdun. coram auditore Pape. dixit enim presbyter respondendo libello de consilio Hostt. Confiteor proposita in libello sicut proponuntur, & dico petitionem fieri non debere, quod audientes omnes stupefacti fuerunt, de tali modo litem contestandi pro se tamen sententiam reportauit, quia sententia non sequebatur ex narratis, siue igitur sola narrata, siue sola petita negentur, vtraque sufficit, quod licet ad litis contestationem, vt patet ex prædictis. Vnde dicebat Hosti. de elect. c. dudum. allegato. ꝙ si dicat reus contendendum puto, vel contendere

volo

volo,non fit litis contestatio.quia potest velle cõtendere li-
cet libell⁹ cõtineat veritatẽ,eogẽdus est igitur rñdere.vt.ff.de
eden.l.j.in princi.Et idem si dicat cedo liti,tunc enim nõ fit
litis contestatio.Sufficit tamen,ꝙ re careat quæ sibi manu mi
litari aufertur nisi restituat.vt.ff.de rei ven.l.qui restituere.C.
de alien.mu.iudi.cau.fac.l.item si res.§.potest.C.vt nemo in-
uitus.l.vnic.non tamen sufficit ꝙ differat,nisi in totum resti
tuat,vel remittat.vt.C.de pac.l.postq̃.Sed quid si non vult
respondere remittit ad notata.ĩ.ti.ij.c.fi.ad fi.Item quid si di
cat nec confiteor,nec nego.vel dicat nolo litigare . vel dicat
non credo debere,& si debeo sum paratus soluere.vide in Spe.
co.ti.§.ij.versi.quid si peto.& versi sequentibus.& ver.sed nũ
quid per responsionem.& ver.seq.& ver.si reus.& in.e.§.post
prin Et ꝙ narrationi sufficiat respondere,allegat Nouella.c.
quærelam.&.c.cum ad sedẽ.&.l.vnic.s̃.allegatam.

¶ SEXTO quæritur quid si inueniatur scripta sufficiens
rei responsio non tamen reperitur præcessisse actoris asseue-
ratio seu propositio,nunquid præsumã ipsam interuenisse:re
spondet Hostiẽ.ꝙ sic.sicut alias dicitur de stipulatione.C.de
contrahen.stip.l.j.& remittit Collectarius ad notata in simi
li de elect.vt circa.li.vj.Item quid si in actis immediatè post
libellum scriptum sic lis contestata est.nunquid præsumam
litis contestationem?Dicit Hostien.ꝙ sic.quia præsumã oĩa
solenniter acta,vt insti.de fideius.§.fi.licet quidã cõtra.Quod
vide in Spec.§.ij.versi.quidam.quòd dicit verum Hostie.Ni
si forsan præmittantur verba inepta,sicut quãdoq; vidi de fa
cto vt fit si dicatur.respondet reus ꝙ cõtendere vult,& sic lis
est cõtestata.secus si solum diceret lis est cõtestata.Est igitur
vis in eo quod dicit,& sic patet.Patet enim ꝙ sic non est con
testata lis.vt probatur.ff.de eden.l.j.j.responso.ar.l.amplius.
&.§.tandem.alleg.Ad quod accedit quod legitur & notatur
ĩ.de re iudi.sicut.j.Sed verè de præmissis ego multum dubi-
to,& primo de primo dicto:nam solennitas extrinseca nun-
quàm præsumitur.vt.ff.de publi.l.quęcũq;.§.fi.eo ꝙ consistit
in facto,& ad positionem vnius facti non sequitur positio al
terius facti,quòd est facile posse separatum esse.imo habet lo
cum arg.nõ probat hoc esse quod ob hoc contingit abesse.vt
C.de proba.l.neq; natales,&.l.non epistolis.&.l.nonnullis.
&.l.ad probationem.e.titu.&.C.vnde cogna.l.non ob hoc.
Sed secus in solennitate intrinseca pro eo quia consistit in iu-
re ad positionem vnius facti,bene sequitur præsumptiuè so-
lennitas iuris,que circa factũ requirit.si abesse non probetur.
vt.ff.de proba.l.ab ea parte.vt scripsit Cyn.post Dyn.in præ-
allegata.l.j.C.de contrahen.stipu.in.ij.q.iij.ad propositũ peti
tio est a responsione separata,& extrinseca,& non se habet ad
responsionem sicut solennitas iuris:sed est quoddam factum
à responsione separatum habens suas iuris qualitates à qualita
tibus iuris ipsius responsionis totaliter separatas.sicut & ecõ-
tra.Et est certum,ꝙ potest esse sine responsione,& responsio
sine petitione,vt si reus errans in facto neget narrationem,&
petitionem quas se credit esse datas.igitur ad positionẽ vnius
aliud minimè præsumemus.facit quia si notarius conficiens
instrumentum super sententia narret processum pręcedentẽ,
neq; sibi creditur,neq; pręsumitur causa adhuc per appella-
tionem pẽdẽte,sed alias probari debet.vt scripsit Innocẽtius.
ĩ.de proba.qm̃ contra.& dixi.s̃ de renun.in præsentia.Igi-
tur positio consequentis non inducit præsumptionẽ antece
dentis.dum videlicet notatur diuersitas intrinseca temporũ
& personarum,vt in proposito.& sic tollo iura quæ alias in
cõtrarium facerent.ff.de procu.l.ad rem.&.l.ad legatum.de
e[illegible]u.tu.l.idem Vlpian⁹.de acqoi.hęre.l.illud.de re iud.l.que
dam consulebant.de serui.ru.præ.l.iij.§.qui iter.de spõ.l.ora-
tio.C.de necess.seruis.l.penulti.& de.cum ei quem.in fine de
concess.præben.vbi aliæ cõcordantię.Præterea ꝙ non solenni-
tas intrinseca videtur posse probari,nam doctores in Cyn.in
d.l.j.in prima.q.quęrentes quæ sit solennitas intrinseca.respõ
dent ꝙ est illa,quam verborũ prolatorũ significatio includit,
vel est apta includere.Quod prosequere vt ibi notatur.mo-
do qualitas verbi responsiui signat aliquam petitionem pro-
cedere ex vi suæ relatiõis:quia dicitur ad aliquid,siue ad aliud.
28 †Natura enim correlatiuorum est ꝙ vnum per aliud cogno
scatur,& diffiniatur.secũdum Philosophũ in libro prędica-
torum.c.ad aliquid.cuiusmodi videntur interrogatio & re-
sponsio.tamẽ ipsa petitio,& tenor,& qualitas ipsius petitiõis
nullomodo comprehenduntur sub verbis responsionis quã
tum est de per se.Et tamen non sufficit quelibet petitio,sed
requiritur apte petitio.vt in.ca.examinata.allegato.& quòd
legitur & notatur de libel.obla.c.j.igitur non sufficit talis si-
gnificatio generalis.nam licet species inferat genus,sicut infe-
rius suum superius,non tamẽ ecõtra.Et hoc est quòd voluit
glo.Ioã.And.ĩ.de excep.c.pia.lib.vj.in verbo speciem.imo
si esset solennitas intrinseca,dũmodo esset talis quã nõ opor-
teret semper esse vniformem,sed quæ potest difformis,sicut
pretium in venditione nõ præsumentur.vt notabiliter Cyn.
post Pe.in dicta.l.j in vlti q.Constat autem petitiones posse
esse difformes,igitur nunq̃ pręsumẽtur per responsiones,&
hoc ad veritatem magis placet.omnium etiam quod ad propo
situm facit nõ videtur omittendũ,videlicet ꝙ petitio dari in
scriptis,& sine scriptis,& ꝙ detur in scriptis est de solennitate
extrinseca licet sit de substãtia petitionis in iudicio figurato,
vt pręallegata authẽ.offeratur.quia sub verbo petitiõis seu re
sponsionis,ad petitionẽ scriptura non cõprehẽditur,& ideò
nõ pręsumitur,sicut nec auctoritatem Actoris interuenisse
in contractu pupilli.vt in.l.quæcunq;.§.vlt.Fateor tñ ꝙ eua-
29 di posset hoc vltimũ,dicẽdo † ꝙ verbũ petitio aptum est cõ
prehendere petitionẽ in scriptis.sicut promissio stipulationẽ
quod videretur sufficere si alia prædicta non obstarent.vt in
sti.de inuti.sti.§.scriptum.ff.de pac.l.iuris gẽtium.§.quod fe-
rè.ar.notatorũ.Cyn.in fin.dictę preall.qõnis primæ.Hoc tñ
fateor ꝙ si rei respõsio adeò est ampla ꝙ cõtineret omnia exi
stentia petitionis actoris,& etiã eã fuisse datam in scriptis stã
dum esset confessioni ipsius rei,per.l.publia.&.l.cũ affirmes.
allegatas.& idem si non diceret eam esse datam in scripti ,sed
illam libellũ appellari.& quia libellus de natura propria scri
ptum requirit,vt dixi de libel.obla.c.penul.alias.c.primo.&
in casu isto potest sustineri opinio Hosti.In alio verò dicto
30 Host ego multũ dubito,† Quia cũ litis cõtestatio possit dif
formiter fieri,videlicet per affirmationẽ,& per negationem,
vt in precedẽtibus dixi,non apparet quid magis pręsumi de
beat,vel confessio,vel negatio.verum quia rarissimè fit cõte-
statio per confessionem,& quasi semper fit per negotiatio-
nem pręsumerem id quod frequentius accidere cõsueuit.ar.
ff.de testi.l.iij.§.j.&.ff.de legi.l.nã ad ea.& maximè quia hæc
præsumptio de negatione est ad releuamen , & onus actoris
qui non reportabit sentẽtiã nisi probet,& si probat debet sen
tentiã reportare,siue per confessionem,siue per negationem
litis contestatio facta fuerit,& tamen si tua perniciosa subtili
tas tanta foret,ꝙ tu non velles præsumere hoc,nec illud:tu ne
cesse habes præsumere sub alternatiõe hoc,vel illud.Cũ alio
modo lis contestari nõ possit.Nam respectu huius alternatio
nis ipsa solennitas litis contestationis semper est necessario
vniformis.& est secundũ veritatem intrinseca,quia sub pro-
posito verbi significatione necessario cõprehenditur,cũ nulla
litis contestatio alio mõ fieri possit.vt dixi,& per cõsequens
præsumetur necessario.vt.ff.de verb.ob.l.sciendũ.cũ concor.
&.l.j.C.de cõtrahen.stip allega.cum ibi notatis.verũ quia in
alternatiua est electio debitoris.ĩ.de regu.iu in alternatiuis.
lib.vj.Cuiusmodi est reus respectu litis cõtestationis re[illegible]
til quod facit pro eo,& cõtra actorẽ etiam si nunq̃ postea cõ
peteret,& si postea cõpareret ex patenti contradictione sequẽ-
ti fortius pręsumerem litẽ cõtestatã fuisse per cõtradictionẽ
celebratã.ar.C.ad l.iuliam.de adul.l.quę adulterum.

¶ SEPTIMO quęritur,pone ꝙ reus protestatus est in li-
belli respõsione,ꝙ non intẽdebat litem per hoc cõtestari.sed
ꝙ faciebat hoc sine pręiudicio,quęrit nunquid talis protesta
tio impediat litis contestationẽ.Ber.hic in glo.tj ver.vñ si ali
quis.tenet,ꝙ non fit litis cõtestatio.& ad hoc allegat multa iu
ra pro quo etiam facit.ff.de cõdi.& de.l.ij.in fin.& ad hoc de

ordi.cogni.cũ dilectus.&. ĩ.de testi.dilectus. Et idem vide-
retur etiam tenere Io.Ber.Inn.& Compo.in.d.c.cum.M.de
consti.& Hosti de ordi.cogni.c.ij.& Spec.in loco proximè
allegando.& Card.de regu.iur.in generali.lib.vj. & Henri.in
præallegato.c.cũ.M.& de cõdi.appo.c.si.in prima distin.vbi
reperies multiplices opiniones recitatas quas etiam posuerat
Nouella in.c.exceptionẽ.de regu.iur.in mercuriali. verum
protestatiõe cessante fieret litiscõtestatio, si verba essent apta
ad litis cõtestationem,& prolata tẽpore cõpetẽti vt.ff.de cõ
di.& demõ.l.quod quis.& de verbo.obli.l. quicqnid astrin
gendę.quia tũc præsumitur animus cõtestandi,ex qno aliud
non apparet.vt hic notatur per Inno.Quod intelligit Hosti.
si libello oblato,& dic ad deliberandũ dato lapso,fit respon-
sio,quia tunc est tẽpus cõpetens. Alioquin respõsio quantũ-
cumq; apta pro nihilo est,vt in auth.de duob.reis exhi.§ san-
cimus igitur.versi.suscepto verò libello.& versi.si verò hæc
non seruent.coll.v. Et est ratio quare protestatio hoc casu
defendit,quia hoc casu potest esse dubiũ,aliquale an verba re
sponsionis sint dicta animo cõtestãde litis, vel animo iudicẽ
instruendi,protestatio igitur hoc declarans nõ est facto con
traria. Et de hoc satis in Spec.eod.tit.§ ij.ver.patet.vbi omnes
opiniones inuenies. Et fuit etiam hæc quæstio venerabilis.
31 xxxiiij.& tenuerunt Tancre.† Hug.& Accur.contestationẽ
nõ fieri,si iudex & aduersarius protestationi nõ consenserit.
Remittit Nouella ad notata sua.ĩ.de reg.iur.in generali. lib.
vj.in penul.colũ.versi.sed quæro.& in regula exceptionem.
in quæstione mercuriali.¶ Quod autem protestatio impe-
diat litis contestationem etiam si fieret pro parte actoris pro
testatio cõtraria scripsit Cinus post Iac.de Ra.& alios docto
res.C eo.l.vni.in.v.& .vj.questionibus.In quo etiam residet
Io.And.in locis præalleg.& præsertim in.d.versi.sed quæro.
verum Iacob.Butriga.C.eo.l.vnic. recitat opinionẽ distin-
guentem an iudex admiserit protestationem,vel non:vt pri
mo casu iuuet,&.ij.casu nihil operet p.l.debet.ff.naut. caup.
sta.ff.q mo.pig.vel hyp.sol.l.si debitor.§ j.de vsufruc.l.si q̃d
.§ fi.Refert aliam opinionẽ ꝙ nullo casu operetur protesta-
tio:quia nil operetur cõtra factũ nam habet fingere,& circa
facta non cadit fictio.ff.de capti.l.in bello.§ factę.ex qui.cau.
maio.l.deniq;.Finaliter respõdet ꝙ licet protestatio nõ pos-
sit tollere factum,tollit tamẽ mentẽ à verbis,vt vendo rẽ hoc
facti est:vt.ff.de cura.fu.l.cõsilio.in fin.¶ Protestor quòd ijs
verbis nolo vendere,non tollitur factũ,sed volũtas separat à
facto. Nec videtur quis dixisse verbn,quod mente nõ agita-
uit.vt.l.labeo.ff.de superle.le. Ad propositũ ergo aut iste vo
luit remouere mentẽ à verbis:Quia licet verbo negaret, non
intendebat negare mente,& hoc esset vnum quod bene face
re potuisset.aut verè intendebat negare illis verbis sed nole-
bat ꝙ ex illis verbis insurgeret cõtestatio,& tunc ipse ample-
ctitur opinionẽ.ŝ.proximã, valet ꝙ protestatio huiusmodi
tũc non impedit cõtestationẽ.Cũ nõ operetur cõtra pactũ
ne fiat,ad remouẽdum mentẽ à verbis,sed vt ex verbis,& mẽ
te nõ sequatur iuris effectus,quod non põt.Quia ille nõ pro
cedit ab homine,sed à lege.ff.ad Tur.l.j.ar.de leg.j.l.Meuio.
Sed respondebitur ꝙ imo fit ad aliũ effectũ sufficiẽtem,vide
licet ad iudicem informãdum secundũ Nouel.

¶ Sed pone ꝙ tempore responsionis nõ facit protestationẽ
huiusmodi,sed eam longe fecerat ante,dicẽs ꝙ si cõtingeret
ꝙ aliqua verba vnquã posteà,quæ saperent in litis cõtestatio
nem nõ intendit per hoc litem cõtesta.& posteà ad madatũ
iudicis,vel actoris requisitionem posteà tempore competen
ti,de quo.ŝ.libello actoris respondet simpliciter. quæritur
nunquid præcedens protestatio hoc casu impedit litis conte
stationem:dicit ꝙ sic.per præcedentia.nam videtur perinde
ac si protestatio inesset.ar.ff.de legat.j.l.talis scriptura, &.l.si
ita ascriptum sit.& de leg.iij.l.si quis.in principio.in cõtra-
rium facit.l. Diui.§ licet ff.de iure codicillo.&.l.si mihi.§ in
legatis.ff.de le.j.& potest ratione probari,quia vbi protesta-
tio emanat ad declarationem verborum per protestantem
prolatorum in alterius præiudicium,& verba sunt clara,pro

testatio non iuuat protestantem,vt.in.d.c.cũ. M. & hoc ibi
videtur voluisse Nouella post Hostiẽ. dicẽs indistinctè in iu
dicijs,quasi per actũ cõtrarium à protestatiõe recedi: vt.ĩ.de
ordi.cogni.cũ dilectus.de dolo prout.de testi.dilecto. Et de
hoc videtur tex.ĩ. de app. sollicitudinẽ Refert enim multũ
inter generalẽ ꝓtestationẽ actui ꝓcedẽtẽ & spãlẽ ꝓtestationẽ
exherentẽ.Nã in spũali actui coherẽte,de certo cõstat de cõ-
traria volũtate & ꝑ cõsequẽs,cõiecturis nõ est locus.ff.de ver.
ob.l.cõtinuus.§ cũ ita.Sed in gñali cadit ciuilis intellect⁹, vt
.ff.de serui.l.si cui.Cũ enim adsint loc⁹ & tẽpus fiendæ cõte-
stationis,ac iussus iudicis.& requisitio partis.de litis cõtesta-
tione fienda,& sequitur.Respõ.rei apta, inducunt certã præ
sumptionem animi cõtestationis etiam ex parte rei vel recef
sum à generali protestatione præcedente, vel illius interpræ-
tionem: vt nõ debeat includere istum casum.& sic procedit
quod scripsi in.d.c.cũ.M.in.j.q.versi.iij.cõclusio &c. Verum
tamen de protestatione etiam quæ in actu fieret distinguere
tur alijs distingui posset. Quia aut cõstat illam factam ad re
mouẽdum totaliter mentẽ a verbis & tunc impetrat ex toto.
vt.ff.de act.& obl.l.obligationũ substãtia in fine. Aut cõstat
de cõtrario,& tũc,aut cõstat ꝙ fit ad diuertendũ mentẽ respõ
dentis ab illo effectu iuris,qui dicitur litem cõtestari ad aliũ
effectum bonum & congruum,qui dicitur iudicẽ informa-
re. Hoc est,dico domine iudex ad informationem vestram,
& non vt litem cõtester,ꝙ omnia allegata per actorẽ sunt
falsa,& hoc casu etiam impedit litis contestationẽ,& sic pro-
cedat opi.Nouellæ Ber.Inn.Cõpo.Host.& aliorũ.aut cõstat
ꝙ noluit ad aliquem de modis istis se referre protestans,& tũc
teneatur vltimũ dictum Iac.butri. Aut nõ cõstat quid mẽte
agitauerit protestans,& tunc vt cõmuniorem opinionem se
quamur videtur cõsultũ,ꝙ in dubio existimemus mẽtem ip
sius protestantis iuxta secundũ membrũ huius distinctionis
ŝ.positum.argu.ff.de legi.l minimè.Super quo vide pro &
contra,quod notatur in Cin.C. de pact.l. pacta nouissima.
in prima quæstione. Hoc autem dicit Guli.de cugn .C.eod.
l.vnic.videlicet ꝙ protestatio iudicis vel aduersarij rei prote
stationi contraria nihil operatur. Pro eo ꝙ animus iudici, vel
aduersarij contrarius rei animum ad litis contestationem ne
cessarium non potest tollere. Quod tamen intendo alias pro
sequi magis latè.

¶ OCTAVO quæritur pone,dato libello per creditorẽ
contra debitorem debitor reus confitetur debitum,nõ tamẽ
dicit animo litem contestandi,queritur iterum in dubio prę
sumatur huiusmodi animi habuisse, vt sic censeatur litis con-
testatio legitimè facta vt possit ferri sententia in scriptis , vel
an sufficiat præceptum de soluendo. Ber.de Bosqueto refert
ꝙ hac quæstione proposita in rota de tempore suo aliqui di-
xerunt auditores,ꝙ talis in dubio nõ cẽsetur habuisse animũ li
tem contestandi:quia confitens in dubio ad litẽ habere non
videtur sed potius velle euadere litẽ.refert tñ ꝙ alij dicebant
contrariũ per notata hic,& in.d.ca.dudũ. vbi Nouella super
glo.super.pone in prima suppletione hãc secũdã opi.ample-
ctitur dicens,ꝙ animus contestãdi præsumitur nisi cõtrariũ
protestetur per hic not. Ipse aũt Ber. sequitur Cinũ in.l. vni-
ca,C.eo.& primã opin.amplectitur. Aduerte,qđ habet duo
membra,primũ an per cõfessionem factã animo contestãdi
fiat litiscõtest. Scdm an animus huiusmodi sit in dubio præ-
sumendus,circa primũ remittit Collectarius ad notata Ioan.
ij.q j.nos in quẽquã.& Car.e.ti.c.exceptionis.super verbo fi
nita.in fi. Et finaliter Collecta.sequens vt Ber.distinctionem
canonistarũ quę habet cũ præcesserit petitio vel non , &c. In
secũdo membro illius distinctionis dicit hoc spãle in crimi-
nalibus,ꝙ in confessum fertur diffinitiua etiam dum petitio
confessionẽ nõ precedit.vt notat Ber.& Inno.de offi.delega.
quęrẽti.Gul. de Cugn.in.l.si debitorũ.ff.de iudi.sequitur opi.
32 Accur.& cannonistarum videlicet,† ꝙ confessio rei facta post
actorũ litis contest.inducit. Probat per.l nam postea.ff.de iu
reiu.vbi iuramentum delatum,& prestitum post datam pe-
titionem litis quasi cõtestationẽ inducit. Item quia si conuẽ-
tus di-

tus dicat se debere contestari, habet ꝙ feratur sententia, & sic
vult iudiciū. Lig. dicit si pōderes textus superficialiter, viden
tur facere pro Cyno & ꝙ alia opin. videtur verior. Nec obst.
§ patroni. quia licet dicat ꝙ per contradictionē fit litis con-
testatio non negat quin posſit fieri par confeſsionē. Ioā. An.
in Spec. e. ti § j. proſequit̃ iſtā q̄ōnem ſuper verſi. ſed ſi reus, &
dicit ꝙ non vidit canoniſtā qui reſiſtet diſtinctioni prædictę
quā ponit ibi etiā Spec. & quā etiā ſequitur Goffr. in ſumma.
e. ti. ver. ſed quid ſi petam. Fatetur tñ ꝙ Gui. de Suza in. l. vni
ca. C. e. ti. ſequitur opi. Cyn. contrariū allegãs. ff. de iudi. l. ſi de
bitorē. & de conſti pecu l. ſi promiſſor. Et recitatis dictis Cy.
finaliter dicit, ꝙ in. l. ſi reus. ff de procu quā Cynus ad partē
ſuam pro caſu allegat non eſt caſus, & primo quia non loqui
tur de confeſsione quæ eſt actus iudicialis. Sed de ſolutione
quę eſt actus extraiudicialis confitens enim bene ordinat &
conteſtatur litem, ſed non ſoluens nec ſoluere volens. Itē iu-
ratur quomodo vna ratione illius legis poſsit notari litis cō
teſtatio vel nō. Cum finis reſpōdēdo diſtinguat, an ſit, vel nō
ſit conteſtata. quod optimè conuenit noſtre ſolutioni, vt di-
camus ꝙ ſi expreſſam vel tacitam confeſsionē fecit reus obla
to ſibi libello ſit conteſtata, alias nō. ad id quod dicitur ꝙ dif
finitiua debet eſſe finis controuerſiæ. reſpondet ꝙ negari non
poteſt controuerſia. vbi reus promiſit ſe ad iudicem trahi, &
in iudicio petiit, & recepit libellum, ꝙ eo amplius eſſet ſi in ali-
quibus dilatorijs inſtituiſſet. Ad § patroni reſpōdet per. l. nā
ad ea. vt reſpondi ſupra. Caue tamen, nā concludit finaliter ꝙ
ſileant, qui per illum § noſtrā opin. impugnant, cū quatuor
textus habeamus qui verbo reſponſionis vtūtur, videlicet. C.
e. l. vnic. de iura. calū. l. ij. in prin. & hic, & in prȩallegato. c. du
dum. quos non vincit quintus. C. de indi. l. rem non notam.
§ patroni. maximè cū ille § ſpecialem habuerit rationē vten
di verbo contradictionis, vt dixi. ſ. e. c. in prima q̄ōne princi
pali § caue tamē. ver. nec ob § patroni. quē § totum vſq; in fi
nem q̄ōnis hic coniūge. pro nobis etiam facit quod ipſi legi-
ſtæ fatentur. ſ. talem confeſsionē habere effectum conteſtatio
nis, quo ad interruptionē. C. de præſcrip. xxx. anno. l. cū no-
tiſsimi § antepenul. vbi de hoc. Et concludit Ioan. An. vbi. ſ.
hanc opinionē locū habere etiam in confeſsione pura ad nar
rata & petita, & in qua nulla eſt reſiſtentia, ſi enim coniungis
reſiſtentiam. vt ſi fateor narrata, ſed dico petita fieri non debe
re, vel confiteor mutuū, & lapſum termini dati in contractu.
Sed dico mihi terminum fuiſſe prorogatum, vel plus omnia
confiteor. ſed allego inopiā. de ijs & ſimilibus nulla opinio
quin ſit lis conteſtata. Ad ſecundum de præſumptione etiam
ſequor etiam opinio. Io. And. quia poſtquā verba confeſsio
nis ad hoc apta ſunt, vt deductū eſt, & in verbis aptis ſit diſpo
ſitiuus animus præſumendus, vt hic notatur per Inno. preſu
mam animū &c. Poſtea præfatus Ber. in quæſt. prædicta pro
ſequitur de præcepto de ſoluendo an neceſſario ſit ferēdum
in ſcriptis, & dicit ꝙ domini aliqui dicebant ꝙ non. Quia nō
reperitur iure cautū. Tamen in contrarium arguit, quia eiuſ-
dem effectus eſt ſicut & ſentētia, & ex eo oritur actio in factū
ſicut ex ſentētia. vt not. in Spec. de execu. ſen. § qualiter. circa
fi. Et iſta faciunt pro & contra, ad q̄ōnem. quæritur an à ſen-
tentia quæ habet vim diffinitiuę ſed à diffinitiua nō eſt, ſicut
ſuper attentatis, vel ſuper deciſione appellationis ſufficiat ap
pellare viua voce. Super quo auditores palatij in conſilijs fue
runt valde cōtrarij. Nam quidam dicebant ꝙ ſic. per ꝙ cle.
appellanti. non habet locū in tali ſicut nec in diffinitiua. per
ea quæ ibi ſcripſi. maior tamen pars fuit in opinione contra-
ria per. c. cordi. propterea quę ſcripſi de hac materia in clemē
ti. prædicta. dicam in. c. cordi. & in cle. appel. & . ĩ. de re iudi.
c. ſi. lib. vj. Quia materia iſta non eſt prȩſentis ſpeculationis,
hic etiam valde ineptè adducit Collec. q̄ōnem, quare res cō-
munis non poteſt alienari poſt litem conteſtatā in commu-
ni iudicio, & quomodo debet eſtimari, & an poſsit obligari.
de quibus per Cyn. C. commu. diui. l. j.

¶ NONO quæritur pone, actor petit centum reus ſimpli
citer negat, actor probat ſolum de quinquaginta, nūquid ſal
tem in illis quinquaginta fiet condennatio? Collecta dicit ꝙ
ſic. Quia ſi ſuper illis quinquaginta fuit facta litis cōteſtatio.
Nā negando ſe teneri ad petita, eo ipſo videtur negare ſe tene
ri aliquo de petitis. Sed contra videtur quia ſecundū logicos
minor ſumma nō cōtineri in maiori negatiuæ prolata. reſpō
det hoc verū de propria ſignificatione verborū, ſed iuris in-
terpretatione in iudicijs vbi quis teneri aduerſariū ſuū certū
facere, & compellit præcisè reſpondere in totū: videtur nega
re vt ſi vnum denariū debeat ſit periurus. vt. ff. de interro. ac.
l. de ætate § 13. & . l. ſi defenſor § qui interrogatus. & videtur ca
ſus. ff. de doli excep. l. apud Celſum § item quæritur & facit. ff.
de neg geſt. l. ſin aūt § penul. Sed iſta ſunt verba Cyni. C. e. ti.
l. vnic. io vlti q. ſuper quo vide eū. C. ſi aduerſus rē iud. l. j. Vo
33 rū Iac. Bu. C. e. l. vnic. vbi ſeē velle cōtrariū, dicit enim ſic, † Attēdo
ꝙ reus negā do libellū actoris ſimpliciter videt̃ negare vniuer
ſum nō ſingula. Nam ratione partis falſæ poſſum negare, totū
in oratione ſumpta ex vniuerſo, vt. ff. de re. du. l. ſi is qui du-
centa § vtrum. & eſt caſus ſecūdū eū. ff. ſi quis cau. l. ſi ſeruus.
§ ſi plurimū. Nec eſt verū, imo faciunt ſecundū eum quod di
cūt quidā, ꝙ negando ſimpliciter nedū vniuerſum, ſed etiam
ſingula negare videar, & ſic ſecundū eos ſi creditor ſecūdus agat
hypothecaria cōtra primū & dicat rem fuiſſe in bonis debito
ris & ſe mutuaſſe, & rē ſibi obligatā & primus creditor neget,
ſimpliciter videbitur negaſſe ſingularia. & ſic rem fuiſſe in bo
nis. Cū tamen ratione potioritatis alias præferatur. vt in aut.
de trien. & ſemiſ. § illud quoq;. Sed hoc eſt abſurdū: quia cū
vniuerſalis omnino ex vno ſolo vitietur pōt ſimpliciter ne-
gare. Nec ſequitur ꝙ ſingularia negauerit, & ſic nō videtur in
caſu prædicto negaſſe rem fuiſſe in bonis: nā potuit ſuam ne
gationē ad ſolam mutuationē, vel cōuentionē de pignore re
ferre. & ſecundū hoc tutum eſſet conſiliū petenti centū, pete-
re etiā de ſummis ſingulis defectiuè. ſicut cauti procuratores
facere conſueuerunt. Sed de iſta altercatione ubi dicam. ĩ. de
plus peti capi. vnico.

¶ DECIMO quærere poſſem, an in cauſa nullitatis neceſ
ſaria ſit litis conteſtatio. De quo tamen te remitto ad ea quæ
34 plenè de hoc ſcripſi de off. iu. c. ij. in iij q. † Et huius loco quę
ro, an iudex pretoriſè cogere poſsit reum ad litē conteſtādam.
Accurſius in authē. qui ſemel. C. q̄uo & q̄n iudex tenet ꝙ nō
& hæc opinio placet Ioā. And. in Spec. e. ti § j. qui dicit ꝙ vtō
dum tunc erat remedijs a iure inuentis contra contumaces
ante litem conteſtatā. Sed Ioā. de Aret. videtur velle reū ad
hoc prætorio remedio precisè poſſe compelli. Allegat. ff. de
ven inſpi. l. j. & § ex hoc. & ꝙ iudiciū redditur in inuitū. ff. de
verb. ob. l. inter ſtipulātem § j. Prima pla. et hic Lig. & Guil.
de cug C. e. l. vnic. eo ꝙ iudex non pōt inducere in parte ani
mū ad litis conteſtationē neceſſario requiſitū. Et vide latius
per Nouellam in mercuriali poſita in regula exceptione alle
gata. ¶ Poſſem etiam quærere de effectibus litis conteſtatio-
nis. Sed dic vt in Specu. eodem titu. § fina. & per Hoſtien. in
Summa eodem titu. § vltimo. Sed ſpecialiter quæritur de li-
tis conteſtatione facta coram arbitratore, nunquid pręſcri-
ptionem interrumpat videtur quòd non. Quia tale arbitra-
mentum habet vim tranſactionis. vt notatur in authentic. vt
diffe. iudi § ſi verò contingerit. collatione nona. Et per Inno.
de iureiu. quintaualliis. Aut enim diceres quòd eſſet interru-
ptio naturalis & hoc non: quia per illud non perditur poſ-
ſeſsio quod ad naturalem interruptionem eſt neceſſarium. ff.
de vſuca. l. naturaliter. aut de ciuili & adhuc idem, vt videtur
per l. alienam. ff. pro emp. & quia iſte modus non inuenitur
annumerari inter alios modos interruptionis, alias interru-
ptionum. xvj. q. iij § poteſt. vbi de hac præſcriptiōe dicitur,
& . ĩ. de præſcriptio. capi. illud. & . C. de pręſcriptio. xxx. an-
norum l. cum notiſsimi. Nec per Hoſtien. qui plures caſus
exquiſiuit in Summa de præſcrip. rei immobilis § quibus no
tatis. & hoc videtur placere Ioan. And. in Specu. eodem titu.
§ fina. quęrere etiam poſſem an litis conteſtatio ſit neceſſaria
vbi agitur de beneficio tanquā de proprietate ex parte acto
ris vt pote quia petitur, vt vnicum reo prætendente illud vt

beneficium ratione tituli ad se pertinere. Super quo dixerũt
Romæ auditores palatij in consilijs q.l sic, & ꝙ reus citatus ad
35 respõdendum tali libello excommunicandus est. † Quia ex
parte actoris ius metimur, vt.ff.si pars hære.peta.l. prima in
principio. Super quo vide quę scripsi in clemen. dispendio-
sam. de iudi.in.iiij.q. &c.
¶ Item quęrere possem, an per obiectũ exceptionis fiat litis
contestatio. de quo per Iaco. de Butriga. C. eod. l. vnica. &
per Cynum ead. l. in secunda quęstione. Sed de hoc dicam. ĩ.
eod. cap. exceptionis libro sexto.
¶ Rursus, quęrere possem nunquid si reus non responderit
animo litem contestandi, potest habere iudex litem pro con
testata. De quo per Cynum. C. eodem titulo. in. vij. q. Super
quo Guil. de Cugno C. eodem. l. vnica. & Lignianus hic di-
cunt quòd non eo quòd litis contestatio requirit certam for
malitatem sed dicam. ĩ. de confessis. si post præstitũ. libr. vj.
¶ Ceterum etiam quęri potest, pone reus negat narrata in li
bello actoris, sed nõ negat petita, nec petit se absolui ab illis.
ecce quòd nihilominus habetur lis pro contestata. Sed quæ-
ro nunquid actore non probante poterit reus absq; alia peti-
tione absolui? videtur quod non. Quia non fit condemna-
tio nisi in libello petatur. argumen. ff. de dam. infect. l. tertia.
§ hoc iudicium. ergo nec absolutio, nisi reus in litis contesta
tione hoc petat. Cum vtrumq; officio iudicis veniat, & quia
omnis sententia debet conformari libello, vt. ff. commu. diui
dun. l. vt fundus secundum quosdam. Et ex hoc dicunt per
responsiones factas ad positiones per ipsum reum non fieri
litis cõtestationem, nisi pręcesserit petitio condẽnationis, sed
aliàs bene, ne aliàs videatur lex esse imposita verbis, & non
rebus. vt scripsit Cynus. C. eod. l. vnica. in quarta quęstioue.
Sed dic de hoc vt scripsi de offic. delega. cùm cõtingat in ter-
tia quæstione. & supra eodem capi. in secunda quæstione.
¶ Vlterius quęritur, quid si negatio rei præcedit porrectio-
nem libelli actoris, nunquid valet ad contestationem. Qui-
dam dicunt quòd sic, quia non attenditur ordo scripturæ.
Sed Guillermus de Cugno. C. eod. l. vnica. tenet contrarium
36 eo † ꝙ in litis contestatione requiritur certa verborum pro-
latio ad instar stipulationis. ff. de verborum obligationibus
l. j. Igitur si peruertatur nil valet, imo dicebat quòd litis con
testatio est illa formata verborum propositio. Licet aliqui
dicant quòd est solum ius proueniẽs ex propositione quòd
est falsum secundum Lignianum. Sed magis placet alia opi-
nio contraria, videlicet quòd non obstante protestatione
contestatio in dubio valet: in primis enim hoc negat, videli-
cet quòd in litis contestatione aliqua verborum solennitas
requiratur ex forma: quia hoc non reperio aliquo iure cau-
tum. Sufficit enim quod constet de narratione, & responsio
ne. vt in præallegato capi. dudum. Licet autem & dicta. l. ij.
in principio. C. de iuramento calumnię. & § patroni. allega-
to, & in. l. vnica. C. eod. & supra titu. primo. c. j. & sufficit ꝙ
per quæcumq; verba, & per quemcunq; modum hoc fiat, vt
patet ex ijs quæ dixi supra eod. capi. in prima secunda tertia
quarta & quinta quęstioni. Et in dubio pręsumũtur omnia
solenniter acta ad hoc quòd processus valeat, & non ruat. vt
patet ex ijs quę scripsi. s. eo. capi. in sexta quęstione. & sequẽ.
¶ Pręsumam igitur in dubio quòd cum petitio nondum
esset pro parte actoris in iure proposita, tempore responsio-
nis reus ad proponendum se retulerit, & ad tempus sequens
ipsam petitionis porrectionẽ differri voluerit, & extendi: &
ita post porrectionem videtur habendum pro eodem, ac si
post petitionem iam in iure propositam responsio facta fuis
set. argumen. C. de donatio. ante nupt. l. quod sponsæ. &. ff. de
hære. ib. instituen. l. in tempus. in principio. Sed in veritate
multũ obstant verba huius Decreta. ibi: *sed per petitionem in iu
re propositam & responsionem sequutam litis contestatio fiat.* Quæ
vidẽtur ponere ordinem necessarium, videlicet quòd proce
dat petitio in iure proposita, & quod eam huiusmodi respõ
sio sit sequuta. Et eodemmodo vrget valde fortiter. l. rẽ nou
nouam. § patroni. C. de iudi. ibi: *cum lis fuerit contestata post nar
rationem propositam & contradictionem obiectam* Quæ verba in
nuunt manifestè, quòd propositio debet præcedere, & post-
ea contradictio in eam obijci, & sic ordo videtur substantia
lis. igitur eius præposteratio actum vitiat. vt. C. de testa. l. prę
posteri, & quòd ibi notatur per Cinum. nec obstat quòd hic
non est necessaria verborum formula. Quia hoc ego bene fa
teor. Sed nihilominus dico quod hic est ordo substantialis
& coadiuuat ratio dictos textus. nam ars imitatur naturã, vt
instit. de adopt. § minorem natu. Modo in natura dum ali-
qua habent inter se ordinem naturalem, vt vnum sit prius,
& aliud sit posterius, sicut causa & effect⁹. sicut pater & filius
sicut tempus & motus. ordo est sic substantialis quod peruer
ti non põt modus. Sic est in arte ꝙ petitio vicẽ interrogatio-
37 nis continens, & rñsio ad eam sicut prius & posterius. † Quia
ad id q. ẽ non est responderi non potest. infra de despon. im
pube. c. ad dissoluendum. de eccle. ædi. ad. audientiã. cũ simili
bus. Sicut in stipulatione dicimus quòd quia interrogatio &
responsio se habent vt prius & posterius, peruersio ordinis
stipulationem reddit nullam. ff. de verborum obligationib.
l. prima. Et hoc maximè procedit ex eo quòd solennitas li-
tis contestationis eo quòd in ea consistit fundamentum iu-
dicij procedit à iure publico. Sic quòd circa eum nil mutare
vel remittere possunt partes: vt notatur ex ijs quæ scripsi su-
pra de offic. delega. de causis. in. ij. questio. & quæ habentur
in remissionibus, ibi per me datis, & hoc tutius.

Vt lite non contestata Rubrica.

¶ Huius Rubricę continuatio patet per se, & concordat de
iniurijs. capi. olim. vbi Papa receptionem testium factam, li
te non contestata reuocauit in irritũ. Et de sententia habes. s.
de elect. dudum secundo. versiculo licet autem. fallit tamen
in casu decretalis eum qui. libro sexto. de eo qui mit. in pos-
sessionem secundum Nouellam. Sed & in alijs casibus fallit,
vt infra dicetur infra eodem capi. primo. & capit. quoniam.
& in clementi. secunda. de iudic. Materiam autem huius Ru
bricę satis fui prosequutus. s. tit. j. c. vnico. in decem. quęstio
nibus quas ibi formaui.

¶ SVMMARIVM.

1 *Si agitur de adulterio ante litẽ contestatam reus & contumax excom municari potest, verum testes recipi non debent.*
2 *Mulier agens ad separationem thori propter adulterium mariti potest etiam petere dotem.*
3 *In ciuilibus causis nunquam est ferenda sententia lite non contestata.*
4 *Actor & reus absentes citari debent in causis quibus requiritur litis contestatio idque per interualla decem dierum.*
5 *Sententia lata contra dominum in personam procuratoris procurato re non appellante transit in rem iudicatam vixque dominus appel lans auditur.*
6 *Culpa in suos autores retorqueri debet.*
7 *Procurator qui est in culpa domino culpam præstare debet.*
8 *Contumax non auditur appellans.*
9 *Sententia excommunicationis non potest ferri in absentem propter cõ tumaciam procuratoris.*
10 *De culpa & dolo procuratoris.*
11 *Petens extraordinarium auxilium & omittens ordinarium non au ditur.*
12 *Nunquid ex dolo commisso ab administratore vel procuratore in ne gotio sibi commisso teneatur ecclesia vel pupillus.*
13 *Nunquam propter contumaciam procuratoris dominus excommuni cari debet.*
14 *Procurator contumax vel qui aliquid sceleratè egerit punitur ipse.*
15 *In iudicijs culpa procuratoris domino imputatur quoad missionem in possessionem & condẽnationem expensarum & alia quæ ex com muni cursu*

moni cursu iudicij obueniant.

16 *Qualiter factum procuratoris noceat domino.*

17 *Distinctio inter ea quæ consistunt in faciendo, & ea quæ in non faciendo.*

18 *Procurator qui falsa instrumenta produxerit punitur.*

19 *Dominus non potest suspendi propter contumaciam procuratoris.*

20 *Potestas secularis requisita per ecclesiasticam in iuris subsidium tenetur eam iuuare.*

21 *Inferiori iurisdictionem habenti, licet sit concessum statuere de his quæ ad eius iurisdictionem pertinent, nulli tamen inferiori licet superioris legem aut abrogare mutare ve.*

CAP. I

1 Dhæc Deus. Casus. † Si agitur de adulterio, & ante litem contestatam reus & contumax excommunicari potest, sed testes recipi non debet, nec sententia ferri secundum Nouellã. Et sunt duæ partes, in prima delegatorum cõsultatio. In secunda responsio. ibi *consultationem.* Prima facit tria. Primo enim ponitur causæ commissio. Secundo rei exceptio, petitio, & appellatio. Tertio actoris responsio, & testium suorum receptio. Secunda ibi: *tandem.* Tertia ibi: *verum.* Secunda etiam principalis facit. Tertia soluit obstaculum, consultationi respondet, & iudices instruit. Secunda ibi: *qua lite.* Tertia ibi: *quis potuit.* secundum Nouellam.

¶ Epone literam. *inter R.* virum, & de adulterio accusatum, ex parte vna. *vxorem.* ex altera accusantem virum de adulterio. *libello.* nota libellum dandum etiam coram delegato. tertia quæstione tertia. offeratur. infra de ordi. cogni. cùm dilectus & de dila. præterea. Item notat Innocentius hic in verbo. *procurator.* alia duo, primũ est quòd in accusatione adulterij, & de dote interuenit procurator. supra de procurat. tuæ. Secundum est quòd hæ causæ pertinent ad forum ecclesiasticum. *qui* si procurator. *illudere.* Simile verbum. de postula. prælat. c. bonæ. ij. versicu. si enim. Goffred. *videretur.* subaudi voluisti sanimaduertere in eumdem. Sed tandem. &c. *paratum* subaudi in termino quem iudices assignauerũt. vt patet ex sequentibus. *fieri.* domino suo quem forsan spoliatũ dicebat. *appellando.* præpostere & ineptè. primo enim expectare debebat an petitio sua admitteretur, & si non admittebatur & iusta erat tunc appellare debebat. vt infra de appella. dilectus. ad finem. vbi de hoc omnino vide per Hostien. & Nouellam, & infra de testib. c. significarũt. secundum. M. *cauere.* requisitus sed ipse ex officio procuratoris precisè non tenebatur huiusmodi cautionem offerre secundum Innocen. Nec obstat. ff. de procurator. l. sed & ex § defendere. quia ij sunt diuersi casus non aduersi. hic enim loquitur in cautione securitatis mulieris ad quam procuratorem precisè teneri, dicit Hostien. se non inuenire iure cautum. Sed ibi loquitur in cautione iudiciali ad quam precisè tenetur procurator actoris. Quod dic vt ibi notatur secundum eum. Dicit tamen vt refert Nouella. Licet hoc non reperiam in lectura mea Hostien. quòd si nec procurator, nec dominus cauet de securitate mulieris iuste potest repelli in hoc casu. argu. prædictę legis, sed ex § fina. & l. sequen. & l. mutus § pœna. Sed illæ leges de hac cautione nõ loquuntur, secundum quod etiam fatetur Hostien. *præsentare.* Sed illi. *contumax recesserit.* Innocen. vos reputantes ipsum contumacem sicut erat. *studuistis.* & malè, vt sequitur. *& infra.* hic cõsuluerunt Papam super sententia ferenda, vnde dicit Hostien. quòd quæsiuerunt primo an valuissent testes sic recepti. Et dicas quòd non, vt innuunt sequentia. Secũdo an deferendum esset appellationi & huic non respondet. Sed dicas quòd non. Tertio an possent procedere ad diffinitiuam sententiam, &c. respõdet infra quòd non. Quarto vtrum propter contumaciam procuratoris, potuisset puniri dominus, & qua pœna. Et respondet quòd potuit excommunicari certo casu, & eę quæstiones continentur in decisione præcedenti. Hostien. *seruandus.* secunda questione sexta § diffinitiua. Philip. *fœdere.* de quo dubitabatur an esset inter eos, Tancred. quando enim de illo quęreretur secus esset secundum Innocent. vt infra cap. quoniam § porrò. & § fin autem. Posset enim tunc vel propter periculum animarum. vel propter fauorem matrimonij, procedit lite contestata contumacia exigente. vt legi. & notat. infra eodem. accedẽs. ij § penultimo. & c. quoniam § porrò. & § si autem de carnali. secundum Hostiẽ. *fuisset.* patet quòd deferendum non fuerat, quia nec à grauamine illato, vel comminato. infra de appella. vt debitus. & c. cum cessante. Et notatur supra. vnde & procurator infra cõtumax iudicatur, & sic soluitur secunda quęstione. *non est.* totus enim processus est irritus, vbi contestatio non præcessit. Innocen *sententiam.* in antiqua dicebatur, potuit tamen prę fatus. R. propter contumaciam excommunicationis & dicebat Laurent. quòd intelligebatur de. R. patruo ipsius viri, propter quam procurator excommunicandus non esset, ideò mutata & declarata fuit litera. *sciens.* contumaciam procuratoris. *non purgauit.* veniendo corã iudicibus & obediendus eisdem Hostien. Et ex hoc notat Innocen quòd dominus non dicitur contumax, vel maliciosus licet procurator sit. Et ex hoc occasionaliter aggreditur hic magnam glossam suam, de qua posteà dicam &c.

2 ¶ PRIMO nota ibi: *vt dotem reciperet.* † quòd mulier agens ad separationem thori, propter adulterium mariti potest etiam petere dotem. Et hic iunge notata Bern. in prima gloss. quibus etiam concordat Innocen. & Hostien. Secundo not. ibi: *donec aduocatus.* quòd propter quęrendum aduocatum datur dilatio & iunge hic notata Ber. in gloss. si aliquis. Quibus concordant Innoc. & Hostien. Quod tamen dicit Ber ex causa etiam medio tempore &c. Intelligunt Innocen. & Hostien. dum magno incommodo afficeretur pars habens aduocatum & maximè si illud prȩuidere non potuit. Super quo remittit Nouella ad Specula. de dila. § sunt præparatorię. in fine. Tertio nota in versicu. verum quia. in princi. casum specialem in quo spoliato viro vxor non restituitur. Cui iũge alios casus hic notatos in gloss. hic est vnus de suis suppletionibus quas infra dicam. Quarto nota in versicul. cum. V. T. R. vnam specialitatem in matrimonialibus causis, & aliàs specialitates vide hic notatas in glos. nota quòd & in suppletionibus quas ibi dabo. Quinto nota

3 ibi: *non est ad diffinitiuam sententiam procedendum.* † qualiter in ciuilibus causis nũquam est ferenda sententia lite non contestata. & huic iunge in gloss. hic patet. imò plus hic innuitur, quòd nec ad testes recipiendos. & concordat. infra eo. quoniam. vbi ponitur fallentia, & est ratio quia litis contestatio est principium, atq; fundamentum totius processus, vt legitur & notatur supra titu. proximo. c. olim. Fallit tamen in casibus specialibus notatis, in. c. quoniam. & in clemen. dispendiosam. de iudic.

¶ Caue tamen, quia secundum Innocẽ. nihilominus ge-

4 neraliter est sciendum, † quòd etiam in causis vbi requiritur litis contestatio siue actor, siue reus absentet se, ante litem contestatem citari non debet. per interualla decem dierum semel, bis, ter, quater, prout iudex moderabitur ex diuersis causis. arg. ff. de iudi. l. ad peremptorium & l. sequen. Licet enim leges loquantur. de citatione post litem contestatam, tamen similitudinariè idem dici pót, & ante litem contestatam. secundum Hostien. Alia lex

de hac materia indistinctè loqoitur. ff de re iodi. l. cõtumacia. Et certum est secundum eum, q etiam in casibus non est lis cõtestata, citandus est absens. quia nõ pcedit nisi cõtra contumacem: vt infra eo. c. qm̃ § porrò. qui filij sunt legiti. c. lator, & c. relatum. & qui ma. accus. pos. c. j dicit demum Inno. quòd hodiè actor citatur ter per interualla. xxx. dierum: vt. C. quo. & quando iudex authentica qui semel. Et si infra hos terminos non venerit actor expectabitur per annum. Ita q si nõ venerit ex tũc instante reo, sine cuius consensu nõ potest actor desistere ab actione semel proposita, iudex procedet ad recipiẽdum probationem rei, & ad diffinitiuam sententiam, vt in authenti. de litigiosis § omnem. ff. de proba. l. circa. Si autem reus non potest aliquid probare, absoluetur ab instantia iudicij, & actor condemnabitur in expensis. C. de iudic. l. properandum § j. Sed si actor venerit infra annũ saluo processu habito, & restitutis expensis reo, recipientur eius probationes, & audietur super iure, & si posteà iterum actor recesserit, & contumax fuerit, expectabit secundum quosdem per alium annum, etiam post iteratas easdem citationes. & si nec tunc venerit, cadet ab omni actione: Melius tamen videtur Innocen. q nec expectato actore per alium annum procedatur cõtra ipsum, & sic loquitur authen. præallegata.

¶ Plus dicit dominus Marti. q saltem de iore cononico etiam non videtur expectandus primus annus, super quo remittit ad notata sua infra de dolo & contu. causam quæ. vbi de hoc videbimus. Sed qd de reo dicemus Respondet Inno. quòd si reus se absentet per eadem interualla citandus est, sed nõ est ad sententiam diffinitiuã procedendum, sed ad missionem in possessionem, vt notatur. j. de dolo pront. & infra eodẽ quoniam. Sed huic oppositioni de § si verò. in authentica vt omnes obe. iudi Sed respondet quòd ibi erat lis cõtestata de facto alio pro re cõuento, vel videtur quòd ibi erat lis quasi contestata, de facto prouocat dic quòd licet nõ feratur sententia, tamen actori satisfit quantũ ad expensas, & interesse suum de rebus eius rei propter contumaciam suam. Sed quid si post litem cõtestatam absentet se actor, vel reus? Respondet Innocẽ q tunc eodẽmõdo citabitur, & per annum expæctabitur, vt prædictum est ante litem cõtestatam: nisi ex causa iudex tempus duxerit breuiandum. Sed melius videtur secundum eum, quòd eo vocato legi tunè ad probationes dandas, & ad sententiam audiendã expectato anno ex quo lis contestata est terminanda sit causa. vt infra de dolo & cõtuma. c. prout. C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. In criminalibus autem causis quis obtineat. Dicit Inno. alibi se notasse, videlicet de dolo. c. veritatis. Et remittit Hostien. ad summam de dolo sub rubrica de contumacia § qualiter comprehẽdatur. & infra de eo qui mitt. in pos. l. c. fi. Sexto nota in fine, quòd dominus propter contumaciam procuratoris quam sciens non purgat puniendus est. Super quo iũge hic notata in glos. fina. & ad hoc. j. redibo. Et per ista sex notabilia posita poterit bonus lector summare, & expedire glosas suas. & hoc de notabilibus.

3 ¶ PRIMO opponitur contra vltimũ notabile. † nam sententia lata contra dominum in personam procuratoris procuratore non appellante transit in rem iudicatam. sic q vix dominus auditur appellans etiam si ignorauerit procuratoris contumaciam, sicq; in purgatiõe ipsius non potuerit esse contumax. vt. ff. quando appel. l. penu. in fine. alias est. l. j. & . ij. q. vj biduum § si aduersus. Solu. hic in fine loquitur textus de pœna personę ptopter propriam contumaciam personaliter insligendam. ibi verò loquit̃ de auctoritate sñię latę contra pcuratorẽ ex pcessu cõtra pcuratorẽ solenniter figurato reportãda. q ca'us sunt diuersi, non aduersi, vt patebit ex j dicendis.

¶ Iuxta quod quæritur pone q procurator est verè cõtumax: quia personaliter citatus ad sententiam audiendã non comparet, & sic propter contumaciã appellare non potest. nunquid dominus in personam procuratoris huiusmodi sic condemnatus saltem infra decem dies à tempore sententiæ latæ ab ea poterit appellare? Circa hoc omnino vide infra eod. c. in. xvij. q. Collectarij, & in remissionibus ibi datis. Respondet Inno. q sic, si cõtumax non sit. Nam malitia procuratoris ipsum prohibens appellare dominus qui prius potestatem appellandi habet hanc potestatem appellandi aufferre non debet. argu. huius decre. in fine. Culpa enim suos autores tenere debet. infra de ijs quę fiũt à maio. parte capi. c. quęsiuit. Nec ob. præallegatus § si aduersus. in fine. quia intelligitur de appellatione quæ interponeretur post decem dies, & non de appellatione quæ interponitur iusta hoc tempus, nã infra hoc tempus appellare potest, non tantum procurator sed etiam dominus: vt notatur. s̃. de procur. tuę. alias c. penul. & melius Post decem aotem dies dominus defensus per procuratorem regulariter non appellat: vt in præallegato § si aduersus. verum si cũ procuratore actũ non esset, tunc dominus nõ verè contumax. sed pręsumptiuè potest appellare etiã post. x. dies. C. quomo. & quãdo iodex. l. j. & . iij. Dicunt tamen etiam aliqui, q quãdo per procuratorem contumacẽ actum est, qui sententiam cõtrariam reportauit, ipsa sententia transit in rem iudicatam, saltem post x. dies cõputandos, tamen à die quo sciuit sententiam fuisse contra se latam. secundum Inn.

¶ Verum hostien. circa istam materiam cũ Laurent. & Io. sic distinguit. Quia aut loquimur de absente ante litem contestatam, in casibus in quibus lite non contestata non potest ferri diffinitiua sententia. & tũc nec ipsa sententia est ferenda. Sed absens & contumax, vel excõmunicatur, vel missionem in possessionem bonorum suorum patitur. prout legi. & notatur. s̃. eod. c. fi. § fi. Aut loquimur de absente post litem cõtesta. vel etiam lite non contesta. in casibus in quibus sine litis contestatione põt dari diffinitiua sententia. & tunc si contra talem absentẽ diffinitiuè pronuncietur distinguitur, quia aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. tũc aut ex necessaria & probabili, aut ex necessaria tãtũ, aut ex probabili tantũ, si abest ex causa necessaria, & probabili vt causa rei publicæ, tũc si est defensus legitimè non restituitur, nisi ad appellandum tantũ. vt. ff. de in integr. restu. l. fi. Si verò nullo modo fuit defensus, vel fuit, sed minus legitimè, tũc ad totã causam restituitur. C. ex quibus causis maio. l. j. & sic intelligitur. C. de procura. l. iij. Si verò ex causa probabili tantũ absens fuerit, vt causa studiorum, vel peregrinationis legitimè defensus ad nihilnm restituitur, & multo minus si sola voluntate absens erat. & sic loquitur & exponendum est difficile. i. impossibile iuris est, vt hic audiatur. vt § si aduersus. & . ff. quando appel. sit. l. j. § fin. & ex quibus causis maio l. necnon. Sed si non est legitimè defensus tunc si potuit constituere procuratorem & nõ constituit, vel etiam si constituit. Sed ille illegitimè non defendit tunc difficile est. i. non facile, nec leue, vt dominus absens hic audiatur, vt in eisdem iuribus: quia nullatenus andietur, nisi procurator quem constituerit mortuus esset, vel factus fortè non soluendo. vt. ff. ex quibus causis maio. l. sed & si per prætorem § j. argumẽ. ff. de eo
7 per quem fact. est. l. fi. primo responso. † Quia procurator culpabilis tenetur domino. Culpabilis autem propter contumaciam succumbens, aut legitimè non defendens, seu non appellans. iuxta lecta & notata de procur. non iniustè § potuit. Sed si soluendo non sit procurator restituitur dominus ex æquitate, vt in præallegata. l. fi. j. responso. & . ff. de dolo. l. & eleganter § seruus pactionis. in fi. Verum si non potuit procuratorem constituere restituitur ad omnia. vt. ff. de mino. l. Papianus exuli. Sed si est absens ex causa necessaria tantũ, vt quia deportatus propter

tus, ppter suũ delictũ & potuit procuratorẽ cõstituere nec cõstituit, nõ subuenit. vt in ea. l. Si aũt absens sit ex iniusta causa vt puta cõtumaciter nõ est ei subueniendũ. † Quia cõtumax nõ audit appellãs. ij. q. vj. §. sunt quorũ. xxiij. q. iij. de illicita. circa mediũ ibi: aduersus eũ quasi cõtumacẽ iudicari põt &c. nisi veniat iudice adhuc pro tribunali sedẽte. ff. de in ite. rest. l. Diuus. Decret. tñ indistinctè videt dicere retractandũ esse qc quid factũ est cõtra absentẽ ex iusta causa. Nec distiguit vtrũ potuerit procuratorẽ cõstituere, vel nõ: quòd dic vt legit, & notat. j. de re iud. cũ Bertoldus §. post modũ. Ad qd etiã pręstat argumentũ. C. quo. & qñ iudex. l. ab eod. s. de in inte. restì. ex literis. & hæc notant. in. d. §. si aduersus. in glo. nota si aliquis. De quo etiã dñs Marti. ad notata. ff. de in inte. resti. l. fin. vbi plenè de hoc, &c. s. de pcur. c. quærelã. in glo. ij.

¶ Aduerte qa ista dicta Host. nõ multũ faciũt ad materiã huius decret. nec declarãt dicta Inn. imo magis obscurãt, vnde ad declarationẽ dictorũ Inno. essent vidẽda plura. Et primo qualiter p procuratorẽ nõ defensus, sed defensus per seipsum aut simpliciter indefensus nõ cõtumax, vel cõtumax verus, aut cõtumax fictus tenetur, vel põt appellare, & infra qd tempus, hoc est an casu quo appellare põt decẽ dies sibi dati ad appellandũ currãt sibi à tẽpore sniæ latæ, vel demũ à tẽpore notitiæ. Et adhuc adduci possunt in modũ oppositionis cõtra dictũ Inn. dicta Host. proximè inducta. Quã oppositionem mihi ipsi reputo satis difficilẽ, & circa quã oĩno vidẽda puto ea quæ scripsi in cõsilijs meis cõsilio. xlv. & in vno alio cõsilio meo, quod incipit vtrũ principalis citatus ad sniam. qd collocatu in libro lecturæ Cardinalis Mediolanẽsis super cle. post quædã recollecta Lapi super. vj. & cle. q nullo modo videre omittas. Et in cle. si ante. de dolo & cõtu. in quadã additione. & in cle. j. de iudi. in. j. q. & super gl. solet. in fi. & de procu. quærelã. in tribus primis oppositionib⁹ & psertim in tertia oppo. & notata Cin. C. de iudi. l. pperandũ §. sin autem reus. & Barto. ff. de appel. l. ex cõsensu. §. j. & de in inte. resti. l. fi. in maiori recollecta. verũ quia hoc dubiũ magnũ, pgnans, ac multiplex excedit materiã istius, & propriè respicit materiam decre. prædictæ cle. si ante. & præallegati. c. cũ Bertholdus. § postmodũ. ideò hanc materiã de præsenti omitto. Secundo esset videndũ qualiter defensus per pcuratorẽ per se, vel per procuratorẽ ipsum & infra q tẽpus appellare potest & istud propriè tangit dicta Inn. Et aliqualiter dependet ab intellectu huius decret. Cuius decisionẽ colligere habes ex ijs quæ scripsi in præallegato cõsilio meo q incipit, vtrũ principalis citatus. § sed caue omnino de duobus. vsq; ad finẽ illius cõsilij. quod latius prosequar in præalleg. cle. si ante.

¶ SECVNDO opponitur, quia videt q propter cõtumaciam pcuratoris dñs qui nec mandauit, nec ratũ habuit, nec sciuit, nec neglexit purgare, sed prorsus ignorauit sit de iure puniendus. super quo oĩno vide Berna. de Deotio de conditis in publi. horre. l. ij. lib. x. & quod scripsi. j. de plus peti. ca. vnico. in. iij. q. in fi. Quia contra ipsum propter huiusmodi contumaciã procuratoris procedit ad missionem in possessionẽ causa custodiæ, & ad cõfectionẽ inuentarij. ff. de pcur. l. sed & hæ. §. vltimo. & l. sequ. & C. de dig. l. quotiẽs. Soluit Inno. dicens istud notabile bene hic colligi, q nisi dominus sciẽs purget contumaciã procurato. punitur, secus si nesciret. vt. ff. quod quisq; iu. l. iij. § si procurator. Quod tamẽ sanè intelligendũ est. Nam vt dicit Inno. hoc quòd dixi dominum qui nesciuit cõtumaciã procuratoris nõ posse puniri, debet
9 intelligi de snia excõmunicationis. & de mulcta. † Nam nec sententia excõmunicationis põt ferri in absentẽ propter contumaciam procuratoris nec mulcta indici. ff. si quis ius di. nõ obtem. l. j. § si procurator. tamẽ fit missio in possessionẽ cã custodiæ, & etiã inuẽtariũ bene fiet vt dixi. & est rõ huius secũdi casus p eo, qa culpabilis censet dñs, eo q malũ pcuratorẽ elegit. ff. nau. cau. sta. l. vlti. § hac actione. ar. ff. ex q. cau. i pos. ea. l. hæc aũt. scdm Inn. & melius scdm Host. ff. de mino. l. cũ mãdato. ad fi. & ideò de ipsius culpa tenet. vt. ff. cõmo. l. eum qui. § fi. cũ. l. seq. Itẽ ex hoc etiã videt secundũ Inn. q si pcurator institutus nõ pręsentet se iudici, siue prima vice qñ mittitur, siue alijs vicibus q̃diu eius pcuratio durat, non solũ procurator sed etiã dñs eius põt cõdẽnari in expẽsis. ar. l. eũ qui. § fi. & l. seq. pximè allega. Et videt expressum. ff. de pcur. l. nõ cogendũ. x. l. seq. vbi dicit, q pcurator nõ cogit prosequi litem ante lit. cõte. sed dominus tenet ob rem non defensam.

¶ Sed quæres quid post litẽ cõtest. Inn. dicit hic magis dubitari posse. Dicit tñ finaliter dici posse, q ex tũc videt q dñs de culpa procuratoris teneatur. argu. prædictarum legum.

¶ Sed opponit qa vnus de culpa alterius teneri nõ debet. rñdet Inn. non mirandũ si dñs tenet hoc casu de culpa procuratoris ad huiusmodi expẽsas, quia hæ expẽsæ nõ sũt tñ poena sed etiã interesse. Sup quo remittit etiã Ho. ad no. de resc. c. fi.

¶ SECVNDO quærit quid de diffinitiua. rñdet Inn. q idem videt etiã de diffinitiua snia. s. q cõferri põt cõtra dñm post li. cõte. ppter procuratoris cõtumaciã eo q per litis cõtestationẽ fuit factus pcurator dñs litis, vñ mutari nõ põt. ff. de procu. l. post litẽ. & iõ in eũ snia dictari põt. C. de sent. ex. periculo recitã. l. j. & expressum videt. ff. qñ appella. sit. l. j. § fi. & C. quo. & qñ ãdo iud. l. iij. ¶ TERTIO quæres quid in causis in quibus ad sniam diffinitiuã pcedit lite nõ cõtesta. rñdet Inn. q idẽ propter gñalem rationẽ quæ dicta est, qa in culpa est dominus eo q procuratorẽ bonum non constituit.

¶ QVARTO quæres ergo q remediũ dabit dño? rñdet Inno q dabit sibi actio mãdati cõtra pcuratorẽ. Sed quid si nõ est soluẽdo? Rñdet q tũc restituit actio dño cõtra eũ q vicit. ar. ff. de dolo. l. eleganter. § pe. & de eo p quẽ fa. est. l. fi. §. pe.

¶ QVINTO quid de snia suspẽsionis, & interdicti? dicit Inno. arg. idẽ videri. Sed finaliter subdit contrariũ posse dici. Quia licet cõtumacia pcuratoris generet præiudiciũ dño in re vbi est pcurator, & in pertinẽtijs eius, nõ tamẽ in alijs sicut est q si suspẽdatur vel interdicat, quòd nõ debet fieri, nisi cã suspẽsionis ex propria culpa pueniat: & legitimè tũc pbet. ij. q. j. nomẽ, xj. q. iij. nemo Epõrum. & seq. xxiij. q. iij. si habes.

¶ SEXTO quęres nũquid si procurator ecclesiæ ppter cõtumaciã suã condẽnare in expẽsis mãdabit snia executioni in bonis ecclesiæ? Rñdet Inn. prædictis rationibus videri, q sic. Quia ipsa in culpa & contumax fuit cum ipsa vel alius eius nomine debuerit cõparere. & idem videt scdm eũ, si alia mandata iudicis nõ impleat. puta quia nõ exhibet acta, vel alia instrumẽta & idem in similibus. Secus tñ (scdm eum) esset si falsa instrumẽta produceret pcurator, vel aliã fraudẽ faceret.

¶ SEPTIMO quæres quæ est ratio diuersitatis quare dñs tenet de culpa pcuratoris & nõ de fraudę. rñdet Inno. q hæc puta ad falsorũ instrumẽtorũ productionẽ, seu fraudẽ aliam dñs nõ tenebat, nec hoc cõmisisse videbat, & ideò sibi nõ imputatur si fiat à pcuratore sed solũ cõmisisse videbat potestatem ad cõparandũ, & ad exhibendũ instrumentũ, & ad similia ad quæ dñs per se vel aliũ tenebat. Quod tene mẽti. Fatet tamẽ Inno. q in ijs subuenietur aliquãdo ecclesiæ (vt prædiximus) per in int. resti. nec est cõtra. xvj. q. vj. si Epm. Quia in prædictis punit ecclesia pro delicto pcuratoris, sed pro sua culpa in qua fuit, quia elegit, & in fide, & in facultatibus pcuratorẽ bonum vt prædictum est.

10 ¶ † OCTAVO videam⁹ nunq d hoc dictũ Inn. qd aduersus condẽnationẽ expensarũ in psonã pcuratoris ecclesiæ factã ecclesia sit restituẽda de iure pcedat. Dicit Hos. q moderna cõsuetudo hoc nõ admittit, & q per hoc parari põt via figmentis, videlicet si cõtra condẽnationẽ expẽsarũ restitueretur ecclesia, cõtra lec. & not. de diuor. quãtò §. pe. & circuitu seu ponus infinitati. cõtra lec. & not. de rescri. cũ in multis. li. vj. Nec aliquis esset litiũ finis, cõtra lecta & nota. de dolo. c. finem. & c. fi. Verũtamen ipse circa hoc sic distinguit, aut talis condẽnatio expẽsarũ fit ante diffinitiuã sniam, aut in diffinitiua. Itẽ aut procurator est soluẽdo, aut nõ. si pcurator soluẽdo sit, & ex eius ppria culpa ignorãte ecclesia prouenit cõtumacia, æquius est q ipse qui ex malitia propria cõtumax reperitur, soluat expẽsas, q̃ ecclesia quæ reperit in culpa tantũ, quia talẽ elegit. ipse vero pcurator in dolo est, & dolus nem

pe culpę pręponderat. vt. ff. ad legem Aquiliam. l. item si obstetrix § finali. Gratis etiam & malitiosè contumax est, & videtur contumaciæ se offerre. Vnde sicut sententia non contra dominum, sed cõtra illum qui se liti offert est executioni mandanda, sic & hic. ff. de re iudicata. l. quarta. primo responso. de doli exceptio. l. si procurator. quòd si Prę latus vel ecclesia sit particeps contumaciæ hoc casu, & ipse Prælatus condemnatur, & fit executio contra ipsum. iuxta lecta & notata. de procurator. auditis. & capi. constitutus. Si verò procurator non sit soluendo, & agatur de expensis ad aliquam diem ante diffinitiuam sententiam factis moderatis, & modicis. illas soluet ecclesia & imputet sibi, quia talem elegit. Nec restituitur ecclesia: quia pro modico non datur restitutio. vt. ff. de in integrum restitutio. l. scio. Si verò immoderatæ sint, & graues ad officium iudicis actioni deseruiens pertinet hoc examinare sine libello. Ad hoc de officio iudicis. capitulo secundo. ne lites ex litibus oriantur. C. de fructib. & lit. expen. l. terminato. in fine. de transactio. l. fratris. de fide instrumen. l. finali. ad finem. Et si videt iudex ecclesiam ex solutione expensarum enormiter lædi, poterit eam restituere. argumen. eius quòd legitur & notatur de re eccles. ad nostram. § finali. Consulit tamen Hostiensis quòd differat hanc quæstionem vsque ad diffinitiuam, secundum quòd tunc videbitur ecclesiam souere bonam vel malam causam poterit arbitrari, cùm pars succumbens in expensis totius litis sit condennanda. prout legitur & notatur. de pœnis capitu. calumniam. A qua tamen condemnatione expensæ legitimæ à condemnato factæ sunt excipiendæ. C. de iudicijs. l. properandum § sin autem ex gestis. Si autem quæratur de condemnatione expensarum facta tempore diffinitiuè, à qua non est appellatum, non habet locum petitio restitutionis in integrum: quia iudex appellationis ad quam ordinaria via spectat de principali causa cognoscere, de hac accessoria cognoscet. infra de appellatio. vt debitus. C. de appellationibus. l. eos qui. primo responso. & § primo. & § ne temerè. & argumen. supra de officio delega. prudentiam § penultimo. &
11 finali. & † petens extraordinarium auxilium omittens ordinarium non auditur. vt. ff. de minoribus. l. in causæ secunda. primo responso. Si verò non fuit appellatum, & ecclesia poscat restitutionem contra condemnationem expensarum tantùm, dicens se per hoc enormiter læsam, videtur quòd libellus debeat offerri, & in hac causa sicut in alijs restitutorijs procedatur, de in integrum restitutione. capitulo primo, secundo, & per totum. In ijs autem omnibus habeat iudex apertos oculos. Nam si inter duas ecclesias talis vertatur quæstio, & ecclesia condemnata dicat se grauari in soluendo alia dicere potest, & ego grauata sum in exponendo. Vnde iniquum esset quòd ibi quæ in culpa es, quia talem elegisti daretur restitutio in necem meam, quæ in nulla culpa sum. argumento. ff. de minoribus. l. verum § item quæritur. & l. in causæ prima. primo responso.

¶ Dicit finaliter Hostiensis quòd quicquid supra scripserit ad doctrinam hæc sunt arbitraria. vt patet in eisdem legibus, & in multis alijs. eodem titulo. ¶ Et ideò iudex procedere debet in ijs æquitate seruata semper in humaniorem partem declinans secundũ quod personas, causas, loca, & tempora viderit postulari. vt patet in eo quòd legitur & notatur. ꝫ. de transac. c. si. § j.

¶ NONO QVERES pone, procurator habens potestatem alium procuratorem constituendi, puta quia iam est lis cum eo contestata, & detinetur in infirmitate, vel alio iusto impedimẽto alium procuratorem cõstituit. nunquid debet facere suis expensis, & nunquid si non faciat puniatur? non solum ipse, sed etiam dominus ad interesse? Innocentius de vtroque respondet, quod sic ex ratione prædicta: quia in culpa fuit. ¶ Quia indiscretum, & inobedientem procuratorem constituit. ¶ Secus tamen videtur secundum eum si super alio procuratore constituendo habeat speciale mandatum.

¶ Nam tunc quia hoc fuit de gratia tantùm, & ex habundanti prouisione: quia non tenebatur dominus præuidere casus fortuitos. de homicidijs. Ioannes. ¶ Nec ipsi procuratori, nec domino imputatur si non constituit alium procuratorem. argumento supra de electionibus. capitulo cum vniuersas. vbi notatur. de grata. scilicet quam ibi faciebant vocantes, aliàs non vocandum. ¶ Alij tamen contradicunt domino, tamen bene daretur actio mandati contra procuratorem si sibi expedisset alium procuratorem constitutum fuisse. ¶ De hac materia notatur supra de iudi. cum deputati Vide etiam qđ scripsi. ꝫ. de procu. accedens q. ij. circa prin.

12 ¶ DECIMO QVERES † nunquid ex dolo commisso ab administratore, vel procuratore in negotio sibi commisso teneatur ecclesia vel pupillus? Refert Innocentius quosdam dicere quòd sic, etiam si ad illud faciendum non teneretur ecclesia vel pupillus. & hoc si possunt se seruare indemnes. ¶ Sed & tunc sufficit si cedant actiones. ff. quando ex fact. tut. l. prima. & de administra. tuto. l. finali ¶ Quando autem aliqui procuratores aliarum personarum delinquunt quid iuris sit. notatur. infra de fideiussoribus. capitulo penultimo secundum Innocentium Et per prædicta maximè in § nono quæres. in principio. ¶ Videtur Innocent. indistinctè placuisse quòd procurator principalis suo substituto ministrare tenetur expensas, quòd putat Hostiensis. Cum certum salarium recipit pro prosecutione totius causæ, vel non recipit salarium, sed de pecunia domini tantum habet penes se, quòd ei prouidere potest. Aliàs nemo sani capitis diceret quòd ei teneretur de proprio prouidere. Quia nec in persona propriè teneretur proprijs militare stipendijs. vt patet in eo quòd legitur & notatur. infra de simon. cum sit.

¶ Ne tenetur pro hoc mutuum contrahere, forsan sub vsuris.

¶ Nec forsan gratis potest habere, si tamen abundat, & dominus passurus est grauè damnum non constituatur, tunc forsan tenetur constituere, & illi de proprio prouidere. id enim recuperabit à domino econtrario mandati, aliàs tenetur propter illud directa actione ad interesse. ff. de procura. l. qui proprio § vt in cæteris, & § litis impendia. C. mandati. l. à procuratore. supra de oblig. ad ratioci. ca. vnic. ꝫ. de iureiu. ca. vltimo. lib. vj.

¶ TERTIO OPPONITVR vt hic. in glos. finali. versiculo sed contra videtur. vsque ad versiculum solutio. dicas. quam glossam perlege abinde vsque in fine. Hostien. soluebat sic. ¶ Procurator meus contrahendo vel quasi confitendo iudicium subeundo. & etiam negligendo in ijs quæ sibi sunt commissa & potestatem habet, mihi præiudicat. vt in prædictis concordantijs. ¶ Sed delinquendo, vel quasi, seu dolum, vel contumaciam committendo mihi non parat præiudicium ignoranti. vt in contrario.

¶ Scienti autem & ratificanti tacitè vel expressè & cum non purgo id quod purgare possum, mihi præiudicat. vt hic. & in primis concordantijs. In gloss. fi. allegatis.

¶ Et hæc ante litem contestatam locum habent. post litem autem contestatem mihi præiudicat. Vnde & aduersarius de dolo procuratoris excipit contra me procuratorẽ tamen mihi tenetur, & si soluendo non sit restituetur mihi actio. vt. ff. de dolo. l. & eleganter § penulti mo. ff. de eo per quem factum est. l. finali. primo responso. & § primo. & . ff. & sic intellige. ff. de exceptio. doli. l. si procurator, primo & secundo. hæc de procuratore speciali intelligenda sunt.

¶ Dolus enim procuratoris generalis omnium rerum

nocet

nocet. vt.ff.de doli exceptio.l. apud Celsum § quæsitum.

¶ Et sic intellige.ff.de tributo.l.si procurator.& de insisto. l.cuicumque § fina.

¶ Calde.circa hoc sic distinguit,cùm quæritur an factum dolus, contumacia, vel negligeotia procuratoris noceat domino.¶ Quia aut procurator excedit fines mandati, & tunc non nocet domino quod facit,siue sit procurator datus ad negocia,siue ad iudicia.de officio delega.cùm olim. primo.C.de procurator.l.si procurator. primo responso. l.transactionis placitum .de transactio.l.sed si tantùm.&.l. nam & nocere.&.ff.de procurator.l Pomponius § sed & si is.&.C.mandati.l.cum mandati.&.ff.de iureiurand.l.iusiurandum qnod § finali.&.l.si itaque. & de doli exceptio.l. si procurator.&.C.de nouatio.l.non abstulit de appellat. significante.¶ Aut non excedit fines mandati, & tunc aut speciale habet mandatum ad id quod facit, & hoc casu planum est quòd nocet domino:quod facit.ff.de vi & vi armata.l.prima § deiecisse.infra de sententia excommunica. mulieres.ff.quod quisque iuris.l. tertia § si procurator. C. de dignita.l.quotiens.libro duodecimo.ff de tributo.l procuratoris.C.de eroga.milit.anoo .l. in exceptione aliâs in executione.libro duodecimo . ¶ Aut nnn habet speciale mandatum.& tunc aut loquimur de ijs quæ facit extra iudicium,aut de ijs quæ facit in iudicio . ¶ Primo casu siue habeat cum libera,siue ad vnum negtium tantum, etiam si dolosè faciat,nocet domino scienti,siue ratum habenti. vt ff.de tributo.l.procuratoris.de institorib. cuicumque igitur § finali.& infra de causa possessio.cum olim.Sed ignoranti vel contradicenti non nocet.ff.de procuratori.l.ignorantis,& si qnis ius dicenti non obtempe.l.prima § si procurator.& de liber.cau.l.in seruo.& in authentica de eccle. titul. § si quis in sua domo.infra de electio.si quis compromissarius.libro sexto.¶ Et hoc quantum ad ea quæ facit, vel committit. ¶ Sed quantum ad ea quæ negligit & facere debebat,nocet semper domino,siue scienti,vt in præallegata.l.in executione vbi si procurator non paret præcepto de militari annona transferanda dominus conscius punitur siue ignorans,vt infra de electio . si compromissarius. libro sexto.in principio.¶ Aut loqueris de ijs quæ quis facit in iudicio,& hîc quidam distiugunt sic:quia aut quæritur de ijs quæ sequi possunt ex sola ficta coutumacia, vt missio in possessionem & similia,& tunc siue sit specialis, vt videlicet talis litis procurator siue generalis,dummodo illius litis competat sibi exercitium,dolus,vel contumacia ipsius nocet domino.vt.ff.quod cuiusque vniuersi. nota .l. prima § quod si nemo.&.l ciuitates. & . ff. de operis noui nuntiatione.l.de pupillo § si fortè,& hic in fine.& de iureiurando capitulo finali.libro sexto.& secunda quæstione sexta.biduum.versiculo si aduersus.& supra de in integrũ restitutione.cum venissent.& infra de appellationib . sæpe contingit.in principio.

¶ Aut quæritur de ijs quæ contingunt ratione veri doli, vel verè contumaciæ,& tunc subdistinguè. an lis sit contestata,vel non sit contestata.

Quia si sit lis non contestata,nõ nocet domino:nisi habeat generalem cum libera.vt.ff.de exceptione doli.l apud Celsum § quæsitum.&.l.si procurator.in § si post litem.

13 ¶ † Saluo quòd nunquam propter contumaciam procuratoris dominus ignorans excommunicari debet.

¶ Quia excommunicationis pœna requirit propriam culpam.vodecima quæstione tertia.nemo Episcoporum. vigesima tertia quæstione quarta.si habes.

¶ Sed si loquimur post litem contestatam saluo casu excommunicationis & cætera.domino præiudicatur.vt infra de re iudicata.suborta.de appellatio.sæpe.

¶ Sed procurator domino ignoranti tenetur de dolo,& si soluendo non fuerit dominus restituetur.vt.ff. de dolo .l. & eleganter § penultimo.& de eo per quem factum est.l. prima primo responso,& in pręallegata.l si procurator.

¶ HENRICVS distinguit,aut quæritur in delictis, seu in criminibus,vel quasi,& tũc circa hoc remittit ad notata sua.infra de exceptionibus.cum venerabilis.

¶ Aut quæritur in contractibus, vel quasi & tunc. ¶ Aut quæritur de procuratore speciali,aut de generali.si de procuratore speciali,aut quæritur de extraiudicialibus, aut de iudicialibus.

¶ Si de extraiudicialibus regulariter præiudicat in cõmissis.allegat.vt supra & remittit ad ootata.infra de fideiussoribus.quòd quibusdam.Si de iudicialibus,aut negligendo, aut delinquendo.Si negligendo præiudicat in commissis. Allegat,vt suqra.Si delinquendo,vel quasi seu dolum,aut contumaciam committendo.tunc aut ante litem contestatam,aut post.si ante,tunc aut quæritur an pręiudicetur domino ignoranti,aut an præiudicetur scienti.

¶ PRIMO casu aut quæritur quo ad excommunicationem,suspensionem,interdictum,vel mulctam,& dic quòd non. vt. ff. si quis ius dicenti uon optempera .l. vnica § si procurator.quod quisque iuris § primo. ad legem Aquiliam.l.proinde § primo. & de procuratorib.l. ignorantis. & de exceptio.doli.l.si procurator egit. primo responso.l. meminerint cuncti.C.vnde vi.in autheotica.de eccle titul. § si quis in sua.collatione nona.¶ Aut quæris quo ad condemnationem expẽsarum,vel missionem in possessionem causa rei seruandæ. Aut in veram possessionẽ.& tunc secũdum Innocen.& Abbatem hic,dic quòd præiudicat . idem Specula.titu.de primo & secundo decreto § primo.versic. quid si reus egit per procuratorem. Pro quibus facit.ff.de procurato.l.sed & hec.in fine cum.l.sequen.C.de dignit.l. quotiens.libro duodecimo.& infra de dolo & contumac. cap.causam quæ.

¶ SECVNDO casu dic præiudicari scienti si ratificet tacitè,vel expressè, vel possit purgare & non purget.vt hic in fine.& supra de officio deleg.cum olim Abbas. &.C.de incestuo sis nup.l.qui contra.aliâs non.à contrario . Si post litem contestatam simpliciter tenetur dominus,sed tenetur eidem procurator . & si non sit soluendo restituitur sibi actio,vt supra.

¶ Et hoc verum quo ad ea quæ præiudicium causæ respiciunt.vt quòd senteotia feratur , vel fiat condemnatio ex-
14 pensarum,aliâs non.† vnde si procurator sit cootumax, vel aliquid malitiosè agat punitur ipse.vt.ff. si quis ius dicenti non obtempera.l.prima § si procurator . secundum Innocentium hîc.& de appellationibus cap.sæpe.glossa secunda. Si quæris de procuratore generali omnium rerum dic quòd factum talis domino præiudicat.vt.ff.de exceptio.doli.l.apud Celsum § quæsitum.C.de tributo .l. procurator.de institori.l.cuicumque § finali .videlicet in sibi commissis.

¶ In alijs verò mandatum speciale requirentibus de quibus scripsi de procurato.qui ad agendum.libro sexto.& sic sibi oon commissis secus.¶ Item etiam secus quoad excommunicationem,suspensionem,& interdictum.vt supra.

¶ Super quo vide Hostien.in summa.de dolo sub rubrica de cootumacia § qualiter.versiculo sed nunquid contumacia.de confes § primo.ver. melius. &c.

¶ Dic tamen quòd procurator contumax propter suam contumaciam potest excõicari. argumento.ff.si quis ius dicenti non obtempera.l.vnica § si procurator.

¶ Qood verum est in casu vbi dominus cauit pro eo præsente,vel sciente,& non contradicente.

¶ Nam tunc cogitur defendere, & non sufficit stipulationem committi.ff.de procuratoribus .l. si filiusfamilias. § finali . & .l. si defunctus § primo . vbi verò ipse procurator pro se, vel domino pro eo absente non excommunicatur , sed sufficit stipulationem committi, ob rem defensam , vt eodem titulo .l. non cogendum.

in fi. Minor aũt in cã in qua censeť maior sciẽs cõmmaciã sui
pcuratoris, & nõ purgãs, debet excõicari. de restu. spo. ex pte.
aliàs nõ, tenebit tñ sibi, si adult⁹ est. vt. ff. de bon. auc. iud. pos.
l. si minor. Sed si sit ĩpubes, & sic nõ doli capax non tenet. C.
de fal. mone. l. j. ff. de in ius vocã. l. quicũq; litigãdi. sẽdm Hẽri.
vide Spec. de sent. exc. aliàs de sen. exc. § sequiť videre. vers. sed
quid si pcurator. ¶ Martinus de Salua. dicit q tota mẽs Inn.
15 quantũ ad hoc fuit ista † Videlicet q in iudicijs culpa pcura
toris dño imputať, & nocet quo ad missionẽ in posses. & con
dẽnationẽ expẽsarũ, & alia quę ex cõi cursu iudicij obueniũt,
& ad quę dñs & ipse pcurator tenebanť. Sed ad poenas excõi
cationis, suspẽsionis, interdicti, & mulctarũ nõ imputať, nec
nocet dño culpa pcuratoris. Ratio in pĩo, quia non est sine
culpa dñs q nõ misit diligentẽ & discretũ pcuratorẽ, eo q p
se vel aliũ sufficientẽ & idoneũ se defendere in tota causa tene
batur. Ratio in scdo casu est. Quia hmõi poena nõ imponiť
nisi ppter propriũ contẽptũ, & propriã culpã, & imponitur
pcuratori ppter culpã seu delictũ, vel crimẽ ipsius, qd dño
nocere nũ põt. Primũ etiã locũ habet in ijs q̃ in faciẽdo consi
stunt, quæ sub mãdato includunť, vt quo ad totũ ordinẽ, &
pcessũ ordinariũ iudicij, & idẽ si in nõ faciẽdo. Si ad faciẽdũ
dñs tenebať. quo saltẽ ad missionẽ & expẽsas. vt. ĩ. sec⁹ si in fa
ciẽdo. Quod sibi dñs oõ mãdauit nisi dñs ipse ratũ habuerit
ta: itè vel expsse vt hic. & colligiť hæc breuissima disti. ex di
ctis. Inn. scdm eũ. sup quo oĩno vide q̃ scripsi. ĩ. de cau. pos. c.
16 cũ olim. in. v. oppositione. ¶ Quæriť igiť. † Pĩo qualiter fa
ctum procuratoris noceat dño. Super quo vide in. vij. q. col
lectarij, & in remissionibus ibi datis. & hic disting. tres casus
principales, videlicet delicta, cõtractus, atq; iudicia. & de pri
mis duob⁹ quo ad præsens te expedias remissiuè. De delictis
enĩ notať per Hẽri. ĩ. de excep. cũ venerabilis, vbi de hoc dice
mus. De quo etiã vide per Cin. post Pet. C. de sacro. eccl. l. iu
bemus nullã nauẽ. Saluo q nõ placet vna restrictio quã po
nit Hẽri. ad finẽ huius decreta. in. c. cũ venerabilis. allegato in
fine suæ distin. vbi dicit hãc decre. in fi. intelligi tũc demũ cũ
dñs, & nõ pcurator ad diẽ citat⁹ fuit. Nam iste tex. magis cõ
trariũ inouit, videlicet q dñs defendebať per pcuratorẽ, & q
dũ scit, & nõ purgat cõtumaciã eius, efficiť ipse contumax, &
ex propria cõtumacia puniri & excõicari põt. Ex quo habes
colligere vnũ pulchrũ notabi. scdm me, videlicet q licet dñs
per pcuratorẽ defensus, regulariter oõ teneať psonaliter ve
nire ad causam, nec in se onus defensionis assumere. ff. de pc.
l. j. § vsus. & in præallega. c. querelã. cũ ibi notatis. C. de pcur.
l. fi. ĩ. de iudi. c. j. lib. vj. tamẽ vbi pcurator nõ defendit, puta
defensionẽ cõtumaciter, vel negligẽter omittẽs, tũc dñs teneť
defendere negligẽtiã seu cõtumaciã procuratoris purgãdo p
se vel aliũ idoneũ veniẽdo ad cãm. Hoc enĩ pbat hæc decret.
in fi. Loquiť enĩ indistinctè, & indistinctè est intelligẽda. vt. ff.
de publ. l. de pretio. Si enĩ bñ inspiciať tex. istius decre. cã viri
hic defendebať per pcurat. & cõparuit pcurator in termino
ad rñdendũ libello vxoris, & pponit exceptiões duas dilato
rias successiuè, & finaliter obtẽtu scdæ exceptiõis dilatorię, q̃
prius dixerat se rñdere paratũ. Rñdere finaliter p cõtumaciã
denegauit. Et de hmõi cõtumacia finis hui⁹ decr. put ex cõte
xtu lr̃æ euidẽter apparet, & est rõ: qa cũ iudiciũ ferať in inui
tũ. ff. de ver. ob. l. inter stipulãtẽ. § j. dñs ad ptis instãtiã & supe
rioris mãdatũ litigare, & se defendere citatus teneť se defende
re p se vel aliũ, iõ nõ immerito si negligẽtẽ elegit, aut malitio
sum q eũ defẽdere negligat, aut nõ velit si vel de se, vel de alio
teneat huic defensioni puidere. Imaginatus tñ fui distingue
re tpa, vt aliud sit añ lit. cõte. & aliud post. Nã hæc decre. totũ
loquiť solũ ante lit. cõtest. pro eo, qa pcurator litẽ cõtestãdo
dñs litis efficiť. C. de pcur. l. nulla. Et sic vr̃ pars in hmõi lit.
cõtestatu. cũ eo quasi cõtraxisse. ff. de pcur. l. ij. § idẽ scribit. &
per cõsequẽs personã illius sequi debet. tu cogitabis. ¶ De cõ
tractibus verò habes per Inn. & Host. ĩ. de fideius. cũ qbusdã.
& etiã ibidẽ per Henr. in. j. distinctio & ibi dicemus. ¶ De iu
dicijs verò quoad cõfessiones hoc est qualiter cõfessio pcu
ratoris noceat dño. Habes p Cin. post Petr. C. de cõfes. l. vnic.
EXposuit nobis. Opponit ibi: *super iure primatis.* quia illud non petinet ad Archepiscopũ Burdegaleñ. ergo nec ab alio peti potest, nec illud ipse defendere habet. respondet Innocẽ. quòd licet sint alia iura Archiepisopi quam primatis in prouincia, tamen Archiepisopus potest defendere prouinciam contra alium petentem iura primaciæ: quia eius interest ne sua prouincia pluribus aggrauetur. Subdit quòd illa non est sufficiẽs ratio scilicet quòd omnia iura primaciæ cadit in Archiepiscopum cessante primate. Hoc enim est falsum nam si appelletur ab Archiepisopo appellari debet ad primatem, & tamen cessante primate nõ appellabitur iste Archiepiscopus, sed Papa. Item procurationes primatis non accipiet Archiepiscopus, sed Archiepiscopales tantum. Hostien. autem pro ratione Innocen. inducit, quòd interest principis habere sub se locupletes. in authent. vt iudi. sine quoquo suffra. colla. secunda. subdit tamen, quòd hæc ratio est nimis remota & generalis, vnde dicit quòd hæc ratio quare Archiepiscopus auditur pro tota prouincia, vt iugum subiectionis à se eripiat, vt supra se excepto Papa superiorem non sentiat, quem necesse habeat reuereri, vel qui ipsum vexare, vel grauare possit, & vt ipse solus & nullus alius præter Papam habeat eidem prouinciæ præminere. argumen. eius quòd legitur & notatur de vsu pal. ex tuarum. ad fi. dicit tamen quòd quanuis videatur Archiepiscopus pro tota prouincia hic admitti, & ĩ. de dolo & contu. c. fi. nihilominus tamen requiritur cõsensus prelatorũ & capitulorum cathedralium ecclesiarum ad factã prouisionem super hoc audiendã. vt patet in eo quòd legitur & notatur. s. de maiori. & obe. c. fi. ꝙ qualiter intelligatur, ibi satis scripsi.

¶ SECVNDO opponitur in § petente. ergo in princ. ibi: *se ad hoc non teneri.* quia imo videtur ꝙ ex quo erat in curia tenebatur respondere etiam si ibi non veniendo potuisset excusari. argu. ff. de feri. l. j. § sed si prætor. respondet Innocen. quòd ibi consentiebat litigare, hic contradicebat.

¶ Item ad idem opponitur quia dimisit procuratorẽ ad alia negotia, igitur videtur ei imputandum: quia non dimisit ad illud. argu. ĩ. de dolo & cõtuma. cum dilecti. respondet Inn. dicens quòd ius reuocãdi domũ habebat, & ideò ei imputari non potest. s. de so. compe. ca. fi. in fi. Item etiam quia ardua erat causa & ideò non poterat cogi eam procuratori cõmittere. vt. s. de procu. quærelam. Item quia etiam ijs deficientibus tamen debebat procurator habere inducias ad dominũ consulendum. s. de procu. dilectus. quòd dic, vt ibi secundum Hostien. item quia causa tangebat totam prouinciam, & ideò non poterat deliberare an cederet vel contenderet sine consilio cum prælatis suffraganeis habito. vt ĩ. e. c. ar. ff. de eden. l. j. licet non sit necesse illos vocare. ff. de libe. causa. l. si pariter. secundum Innocenti.

¶ TERTIO opponitur ibi § *petente*. & in § *sed pars altera.* ibi: *prius fuerat euocatus*. ibi: *vocatus*. quia scdm mãdatũ nõ faciẽs mentionem de primo illi non debuit derogare. de rescrip. ca. cæterum. respondet Inno. primo, quòd secundum mandatũ fortius fuit primo, & ideò secundũ quasi fortius reuocat primum. allegat Hostien. de spon. c. si inter virum § verum. Secundo quia etiam si non propter secundum mandatum sed solum spõte venisset ad seruitium eccclesię crederemus eum excusatum: quia causa subuentionis est necessaria: nam ex necessitate iuramenti ad hoc teneri. ĩ. de iureiur. c. ego eñ. Tertio quia decret. cæterum. nõ tangit istam decretalem, illa eñ decret. loquitur cum super eo facto, vel super eadem re plura rescripta impetrantur. hîc autem ista plura mandata sunt super diuersis negotijs impetrata, ideò si potest debet ambo implere. alioquin id quod maiorem festinationem exigit: quia vbi maius periculum &c. ff. de feri. l. iij. ad Silleya. l. si quis in graui § si qui omnes. xlij. distin. capi. quiescamus.

¶ QVARTO opponitur, quia ista causa excusationis pro Burdegaleñ. allegata videlicet subueniedi ecclesiæ quãquam probabilis, & necessaria non videtur esse sufficiens, quia etiã ille qui ex probabili & necessaria causa abest vbicunq; in foro competenti mouetur sibi lis respondere tenetur per alium. C. de in integ. resti. mili. l. ignorare. ff. cũ qui appellat. in, pum. defen. l. prima & secũda. ergo multo fortius litem cæptam te-

1 netur prosequi per alium. † deterior enim dolus eius agnoscitur qui interruptam litem deserit, quam qui cæptam derelinquit. argument. in authent. de litig. § si vero intra. collatu. octaua. respondet Innocenti. quòd licet diximus quòd in foro ordinario se defendere debeat, tamen in curia hoc casu secus. Licet enim curia sit commune forum quantum ad hoc vt nullus illud valeat declinare, tamen tũc s. tempore legationis vel

nis, vel quo habet ius reuocandi domum de nouo responde
re non cogitur. ff. de iudi. l. ij. § legatis. dicit tamen Inno quòd
vera cauſa fuit quare non fuit coactus tunc respondere: quia
negotium ſubſidij fuit ita graue quòd non potuit deliberare
ſuper cauſa cœpta.

¶ QVINTO opponitur in dicto § *ſed pars altera*. ver. *tem
poris quoq; ſpacium*. nã iſta allegatio videtur fuiſſe iuſta, nam ſi
vera eſſet nec ius reuocandi domum, nec ad conſulendum
ſuffraganeos iteratam dilationem haberet. respondet Inno.
ſecundum quoſdam quòd allegatio erat falſa hoc eſt de iure
inualida. Subdit alios in contrarium eſſe dicentes, quòd iuſta
erat ſi vera foret argument. ff. de arbitr. l. non diſtinguemus.
§ item ſi quis Rome compromiſerit. cõſtat autem ſecundũ
Inno. quòd ſi non fuiſſet præſens in termino, & contra eum
procederetur reſtitueretur. vt notatur. ſ. de proc. querelam.
& ad hoc eſt argumen. quia talis haberet reſtitutioñe ſi actio-
nes, vel iura ſua contra eum præſciberentur. C. de reſtit. mili.
l. j. melius fuit ergo ſine circuitu in integrum reſtitutionis eis
terminũ prorogare.

¶ Sed obcijtur quia prædicta iura nõ videntur hic locum ha
bere, cum intelligantur cùm proceditur, vel præſcribitur,
contra abſentem, vel impeditum ex cauſa rei publicæ pen-
dente adhuc publico negotio pro quo venerat ſeu vocatus
erat: ſed conſtat quòd hic negotium iam finitum erat: quia
tantum finito negotio receſsit, vel reddere debuit. argumen.
ff. ex qui. cau. ma. l. ſi cui § primo. reſpõdet Inno. quòd ſimul
vterq; terminus ei occurrit ſ. ſubueniẽdi eccleſię. & respon-
dendi primati, & ideo per maius negotium derogari debuit
minori. argumen. ff. de in integ. reſtitu. l. ſcio & ff. de iudic.
l. per minorem. refert tamẽ alios dicere ꝙ ſi perſonaliter eſſet
vocatus ipſe haberet ius reuocandi domum, ſed ſi citatus eſ-
ſet, vt per ſe vel per procuratorem cõpareret, & haberet tem-
pus ſufficiens ad vtrumq; vnde imputaretur ei puta: quia cõ-
demnaretur in expenſis, niſi haberet aliquam legitimam ex-
cuſationem de magnitudine cauſæ, vel aliàs vt præallega. ca.
quærelam. Refert præterea alios dicere, & forte melius ſecun
dum eum, quòd vbi ſe inuicem compatiũtur vtraq; manda
ta ambo ſicut ad implenda, vbi autẽ ſibi contradicunt, vt hic
maiori domino obediendum eſt. xj. q. iij qui reſiſtit. & in re
magis neceſſaria. vt ſcripſi. ſ. in fi. tertię oppoſitionis. hic autẽ
vtrunq; implere non poterat: quia dum erat in curia oppor-
tebat intendere circa militiam & auxilium eccleſię, & ipſam
militiam reducerere, & ſic loquitur. l. non diſtinguemus §
item ſi quis Roma. & ideò ius reuocãdi domum habuit etiã
officio publico finito ſecundum Innoc. & cum ijs ſinimus de
dictis Innocen. expediti.

¶ SEXTO opponitur ibi: *neceſſe intentionis non fuerat*. qa
iſta alllegatio videbatur eſſe valde rationabilis: quia nec præ-
ſumi debebat &c. argumen. ſ. de offic. dele. ex parte. j. & c. cę
terum. allegato. Solutio patet ex præmiſsis. ſed vltra ea dicit
Hoſtien. quòd hæc allegatio non ob. propter quatuor: quia
& ſi memor fuiſſet Papa in ſecundo mandato de primo. non
ideo ab ſtinniſſet à ſecundo. argumen. ſ. de ſupplen. negligẽ.
præla. capitu. licet § primo. & de vſu pali. capit. niſi ſpecialis.
ideò non nocet tacuiſſe. argumen. de reſcrip. ſuper literis. Se-
cundo quia, & ſi ipſe non videretur hoc reuocaſſe reuocatur
tamen beneficio iuris reuocandi domum. vt hîc. Tertio quia
hæc interpretatio non eſt partis, ſed Papæ. j. de ſenten. excõ-
munica. inter alia. de iud. cum veniſſent. Quarto quia tempo
ra belli, & pacis ſunt contraria. inſti. in prohemio. & C. de ad
uocatis. diuerſ. iudi. l. aduocati. videtur ergo Papa eligendo
vnum de contrarijs aliud reuocare. de præſumpti. capi. non-
ne. de bap. maiores. verſi. Sed adhuc in fine. vnde dicit Hoſti
en. quòd ex multiplici cauſa Papa indulſit hîc dilationem, &
quia ius reuocandi domum habebat. & quia ſuper vtroq; ne
gotio ſ. ſubſidij, & litis deliberare non poterat, & ne conſe-
queretur damnum vnde merebatur præmium, & ne officiũ
obedientiæ ſibi eſſet damnoſum, & ne quis aliàs à ſeruitio
Romanæ eccleſiæ retrahatur. j. de pœni. & remiſsi. capitu.
ſecundo. ad fi. & intelligit hanc dilationem, vt compareat, nõ
vt reſpondeat. ad hoc. j. de accuſa. veniens. vel ſecundũ eum
illud vſq; ponitur excluſiuè, de eta. & qualitate. cap. à multis.
& de dolo & contuma. dilecti. vbi Nouella dat remiſsionem
ad Speculato. & ad ſummam. de hoc ſcripſi pleniſsimè. capi.
vnic. ſ. de ordinan. ab epiſcopo in prima oppoſitione.
2 ¶ SEPTIMO opponitur † quia obligatus ad duo ſi al
terũ recedit in impoſsibili pręciſè tenetur ad alterum. vt. ff. de
contrahen. emptio. l. in emptione § ſi emptio. ff. de conditio.
inde. l. cùm is qui. in princ. ff. de ſolu. l. Stichũ. cum ſimilibus.
modo primum mandatum Papæ aſtrinxerat Burdegaleo.
Archiepiſcopũ alternatiuè ad duo videlicet, vt per ſe aut per
procuratorem ydoneum ſe conſpectui apoſtolico præſenta
ret. ergo quanuis propter magnũ negotium ad quod poſteà
vocatus fuit in perſona propria excuſaretur, & haberet ius re
uocandi domũ, tamen quo ad conſtituendũ procuratorem
nulla excuſatio competebat. j. de dolo. cum dilecti. nec ob.
cauſę arduitas propter formam citationis, vt notatur in. cap.
quærelam. dicit Goffre. quòd pro vocatione maioris nego-
tij fuit adeò occupatus quòd intendere non potuit conſtitu-
tiõi procuratoris ydonei qui debet eſſe talis quòd habeat cau
ſam notam. ſ. tit. j. in pertractandis. vel cùm ſuffraganeis deli
berare non potuit, vt dicit litera, vel fuit de gratia ſecundum
eum. dicit Hoſtien. quòd non fuit excuſatus à conſtitutione
procuratoris, ſed dilationẽ habuit, & cauſę propter quas etiã
obtinuerit fuerũt ſuperius declaratę. Dicit etiam Hoſt. quòd
eccleſia non ſolum à pręlatis ſed etiam à principibus ſeculari-
bus poteſt petere auxilium contra hoſtes. xxiij. quæſtio. iij.
maximianus. & ca. ab imperatoribus. & ſi nõ prębeatur eos ex
cõmunicare, eadem cauſa quæſt. v. adminiſtratores. & quòd
licet prælatus perſonaliter pugnare non debeat pro ſuę eccle
ſiæ defenſione poteſt alios ad pugnandum hortari. e. cauſa &
quæſtio. viij. igitur hortatu. ſecundum Phy.

¶ PRIMO queritur hîc, in § primo ibi: *ſaluis exceptionibus*.
&c. quid ſi non feciſſet hanc proteſtationem? Bernardus dicit
quòd idem. quòd proſequere vt in glo. & ita ibi Vincẽ. dicit,
quòd in hoc valet proteſtatio, quia confeſsio facta omiſſa ex
ceptione dilatoriæ non valeret propter arctationem, & limi-
tationem procuratorij, ſeu mandati. ff. de dilatio. aliàs eſt mã
da. l. ſi diligenti. cùm alias confeſsio procuratoris noceat do-
mino. ſ. ti. ij. c. j. nõ tamen tenetur mentiri. ff. man. l. quintus.
vel ſecundum eum eſt vtilis clauſula ne videatur ſimpliciter
conſtitutus, & ſic cogatur defendere illum, vel expone ſecun
dum [illegible] ſaluis i. ſi exceptiones quas ſaluat non fuerint reci-
piẽdę [illegible] quòd ipſe facturus erat. dicit Goffred. quòd licet
tale procura[illegible]
de appella. ſignific[illegible] valeat quoad cauſam principalem. j.
curatoriũ, in quo quis pro[illegible] valeret etiam ſecundum eum pro
3 mè factum fuerit: † quia etiam [illegible] ratum habere quòd legiti
tor domino nocere debet. ff. de excep[illegible] doloſè facit procura
licet ſuccurratur domino ſecundum ea quę [illegible] l. ſi procurator.
cap. primo. de quo xxj. q. j. relatio. Hoſtien. ver[illegible] ſ. ti. ij.
decre. ſignificauit. allegata non probat id ad quod [illegible] quòd
per quòd Goffred. & quòd quicquid ipſe notet iſtud [illegible]
tum Burdegaleñ. Archiepiſcopi videtur fuiſſe ſufficiens. [illegible]
mittit Nouella ad Speculato, de procu. § ratiõe autem formę.
ad fi. primę collonnę vbi Specu. tenet dictum Goffred. licet
dicat quòd Clemens quartus ſons iuris, videtur tenere con-
trarium. ad dictum Hoſtien. dicit Nouella poſſe reſponde
ri quòd illud mandatum non fuit hic approbatum, vt ſuffi-
ciens ſuper principali, ſed ſuper exceptionibus tãtum quæ ſal
uatę fuerant per illud. dicit tamen decret. ſignificauit. non vi-
detur facere pro Goffre. poteſt tamen dici ſecundum eam ꝑ
Goffre. decre. ſignificauit. inducebat ſic, videlicet quòd ſicut
ibi procuratorium non cum generali ſigillo, ſed cum ſigillo
ad certum vſum ſigillatum non eſt ſufficiens, ita nec manda-
tum non generale, ſed certum. ex quibus infert Hericus No-
uellam ſentiſſe cũ Goffr. cui ipſe Hericus videtur etiam aſſẽ-
tire. ¶ Collectarius prædicta recitat, & nihil addit. Domi-

nus Mar de salua dicit, quòd in primo procuratorio de quo hîc verba illa, *saluis exceptionibus*. &c. & in secundo procuratorio verba illa *quòd legitimè factum fuerit*. possunt duplicem interpretationem habere. Prima interpretatio, est quòd nisi proponantur exceptiones legitime, vel nisi gesta per procuratorem fiant legitimè non valeant, & secundum istum intellectum dicit, quòd vbi procuratoriũ non valeret alia interpretatio fieri posset hoc modo saluis exceptionibus &c. i. saluo quòd procurator exceptiões legitimas proponere & prosequi posit. Et hoc modo promisit ratum habere, quòd legitimè factũ fuerit aliâs gestũ fuerit, i. quòd ordine iudiciario fuerit cum eo, vel per eum actitatũ, siue dolosè aut culpabiliter, vel aliâs in præiudiciũ domini, ita absq; dolo, & culpa ac præiudicio huiusmodi. & secundum hanc interpretationem dicit quòd procuratorium valere posset, quæ est istarum interpretationum receptior, respõdet quòd secũda, vt res magis valeat quam pereat ei, dicit ista esse menti teneda: quia de ijs ad locum istum semper recurritur. Ego autẽ credo quòd ipse optimè dicat, & pro ratione sua faciunt iura communia.
4 ff. de rebus dubis. l. quotiens. ꝭ. de verbo. sig. Abbate. † Item quia nõ videtur quis illud velle eligere quòd subuertere possit factum suum. vt. ff de testa. mili. l. si miles. Item quia debet fieri interpretatio contra obscure loquentem in iudicijs qui legem potuit apertius declarare. ff. de pact. l. veteribus. ꝭ. de regu. iur. cap. contra eum. cùm concordantijs ibi signatis, libro vj. maximè cùm aliter non potest valere iudicium, & sic tollitur. ff. de iudi. l. si quis intentione, & de verb. obli. l inter stipulantem. § qui Stichum. In primo enim procuratorio interpretatio secunda applaudet literę: quia sufficit quòd in respondendo, & defendendo saluæ sint exceptiones, i. donec respondeat vel defendat. C. de probatioui. l. exceptionem. & sentẽ. rescin. non pos l. ij. Item in secundo procuratorio secunda interpretatio satis applaudet verbis procuratorij illud dicitur legitimè fieri quod valet secundum leges ex auctoritate ordinis iudiciarij, licet sit contra ius partis dũmodo non sit contra ius constitutionis. vt. ff. de iusti. & iur. l. penu. secun. quæstio. vj. § diffinitiua.

¶ SECVNDO quæritur occasione premissorũ, & pro-
5 pter dicta Henrici. † quo tẽpore, & vsq; ad quod tẽpus aliquis obligatus ad standum, vel ad faciendum alium stare in iudicio hoc facere teneatur. & primo de se ipso videamus. si cas ergo ꝙ citatus ad certum diem, vel ad certam horam tũc comparere tenetur, vt hic & de offic. dele. consuluit. & c. pastoralis. § cum autem. cùm ibi notatis. Sed citatus ad [illegible] causam tenetur comparere ad omnes terminos [illegible] tatos & assignandos, vt legitur & notatur speciali[illegible] Hostien. de procu. auditis. Citatus autem simpl[illegible] tenetur comparere quam citius commodè po[illegible] verbo. oblig. l. eum qui kalendis. de elect. c. [illegible] lib. vj. saluo quòd testis non debet expectare [illegible] vltra. xv. dies. C. de testi. l. si quando. in fi. cum ib[illegible] ne alieno morbo laboret. C. de natura. lib. l. legem [illegible] officium sit dãnosum. ff. quemadmo. testa. app. l. si [illegible] ex signatoribus. de elect. cùm expediat. lib. vj. de obli. Si verò ad faciendum alium stare dicas, quòd si de certa die, el de certo tempore promisit ad hoc tenetur. vt. ff. qui satisda. coguntur. l. de die. in princ. si quis cau. l. si seruus plurium. C. de fideius. l. sancimus. & l. penu. circa fi. ibi nisi tempus &c. sed si simpliciter, & sine die &c. & ille cui facta est promissio est diligens durat, & obligat promissio vsq; ad finem litis. ff. de fideiuss. l. grecę. § post litem. C. de iudi. l. properandum. § j. sed si negligens est tunc cessante omni impedimento tunc eũ sistere vsq; ad duos menses, & non vltra, saluo quòd si in scriptis satisdedit, vel etiam sine scriptis in casu publico dummodo coram tabularijs confessus sit se fideiussisse tenebitur eum sistere vsq; ad fi. litis. de hoc leg & notatur in l. penul. allega. verum si ille cui est facta promissio est impeditus aliquo impedimento legitimo prosequi, non videtur sibi currere tempus duorũ mensiũ, nisi à tempore cessationis impedimẽti. ar. ff. de stipu. seruo. l. si seruus hęreditarius. & præalle. c. cupientes. in prin. sed si promisit eum stare in tota causa & vsq; ad finem litis, ad hoc tenetur, ita quòd ad voluntatem stipulatoris tenebitur facere eum comparere seu stare, moderato tamen spatio à iudice statuẽdo, & sic potest intelligi præallega. l. de die. secundo responso. & præallega l. grece. § post litem: & præallega. l. properandũ. § j. secundũ Henricũ. ¶ Collectarius verò primo quærit quid si quis post tres dilationes decedat, nunquid si successor habet vnã? de quo vide Archidiac. xviij. q. ij. dudũ. & Collecta. de offi. dele. c. vnic. delegatorũ. Secundo quid si adueniente termino ad probandum declinatoriã assignato reus dicat se casu exceptionis probationẽ amisisse & petat se admitti ad probãdũ amisionẽ & exceptionẽ. de quo vide per Inno. & Bernardũ de offi. dele. prudentiã. & in Specu. de dila. § j. versi. & nota. Tertio quærit nunquid si tacẽte reo assignatur dilatio propter messes poterit reus posteà declinare forũ? vide Hostieo. in summa de offic. dele. sub rubrica de recusatione iudicis. § quãdo. & de appella. c. significante. super verbo appellauit. & de proba. c. quoniã. super verbo recusationis. & quæ notat Inno. s. ti. ij. c. j. & Goff. in summa huius ti. ver. sunt & alię. Quarto quærit nunquid actori datur dilatio ad instruẽdũ si recurrat ad extraneũ inducere? vide Hostien. de rescrip. nonnulli. in prin. & in summa huius tit. § penul. & etiam Goffred. in summa. Quinto quærit quid si cũ actor petit se poni in possessionem causa rei seruandę, reus dicit res ad me spectat, nunquid præmissa summa causę cognitione suspendetur missio? vidi Hostien. ꝭ. de resti. spo. capi. j. & Archid. iij. quæstio. j. § primo. Sexto quærit nunquid ordinarius potest coram se citare personaliter? vide Gratiã Card. Archidiaco. & Ioan. And. de iudi. cap. primo. libr. sexto. & Hostien. in summa de [illegible] § fi. versi. vocabit. & hic Colllecta. qui latè istud prosequitur. quòd causa breuitatis omitto, maximè quia non facit ad materiam decretalis. & hoc de isto & de toto titulo.

De feriis. Rubrica.

¶ Patet cootinuatio quia ferię sunt quædam dilationes, quæ dantur à iure &c. sequitur.

¶ SVMMARIVM.

1 *Ab omni opere illicito cessandum.*
2 *Diebus feriatis scholares, & legere, & scribere posse.*
3 *Clerico opus quoddam piũ habere quo detineatur ne sit locus otio expedit.*
4 *Feriatis diebus ob diuorum honorem in pertractandis himnis, Psalmis, canticis, prædicationibus, alijsq; disciplinis honestioribus quam quod reliquis diebus nos esse promptiores oportet.*
5 *Ea quæ bonæ valetudinis conseruationem spectant etiam diebus festis posse tractari.*
6 *Mecanici siue pauperes euitandæ famis gratia diebus festis operari possunt.*
7 *Pro quali vel quanta necessitate in festis diebus liceat operari boni viri arbitrio relinquitur.*
8 *Diebus festis lauare caput voluptatis caussa non licere.*
9 *Die domini omnes missam audire tenentur, maximè laici.*
10 *Nemo indefensum ius suum relinquere tenetur.*

¶ CAP. I.



OMnes dies. Dicunt quidã hoc capitulũ loqui de consilio, vel esse locale, vel esse abrogatũ per tacitũ consensum. alij dicunt ꝙ hodie seruandũ est. C. e. l. omnes. xv. q. iij. placita. xxxiij. q. iiij. non oportet. secundũ Inno. Vin. tenet secundã opinionẽ, Nouella nihil eligit. Probabiliter dici posset, ꝙ in ijs in quibus cõcordat cum alijs iuribus, vt puta quo ad venerationem, & ab illicitis operibus mercatis placitis, & pœnalibus cõdennationibus abdicationẽ. secunda opinio teneatur. ar. de elect. cum expediat li. vj.

libro vj. sed quo ad alia puta vespera sabbati, ac de iuraměto
censeatur propter cõmunẽ cootrariũ vsum, & animarum pe
riculum euitandũ ex tacito consensu Papæ arrogata, & sic te
neatur prima opinio. simile quòd legitur & notatur de treug.
& pa. c. j. & ꝙ ibi scripsi in. iij. q. ver sed nunquid. & ver. qua-
propter. saluo iudicio meliori, & eodem modo in. xv. q.
¶ Quæritur ibi: *ab omni illicito opere*. quid de licicito? Host. oc
casione huius dubitationis exponit *illicito*. i. simili. ĩ. e. c. licet
vel illicito respectu diei, licet aliâs licitũ sit in se, vt patet per
exempla sequentia. & hęc placet. alioquin si simpliciter hoc
1 intelligens subaudiendum esset maximè: † oam ab omni illi-
cito opere est cessandũ secundũ eum. Facit quia hęc decreta.
propter honorem dei, & diei ponit specialia quædam de qui
bus est in die dominico abstinendũ, & tamen si idem esset de
alijs diebus nulla eslet hęc specialitas. ff. ad municip. l. j. in fi.
¶ Nũquid ergo in die dominico licet scholarib⁹ studere? ꝙ
scholares fatui dicũt ꝙ nõ, maximè die sabbati post vesperas.
& de facto ita seruant, & ad corticem literæ istam decre. pro
se introducũt. sed Petrus de sansona per ea quę prędixi post
Hostien. hic notat contrariũ. eo quòd studere est opus licitũ
etiam respectu diei maximè cũ sit sine solennitate luxuriæ. in
du cit. l. penul. ff. e. ti. vbi dicitur, quòd ea quæ ad displinam
pertinent etiam feriatis diebus peragenda sunt. quia feriæ à fo
rensibus tantum negotijs dant vaccationem, & ideò notat ibi
2 Accursius † scholares tunc legere, & scribere posse. Raymũ-
dus verò in summa de hac materia plenè tractans dicit, ꝙ stu
dere solenoiter, vt legere in cathedra, vel sic legentem audire
non li. et. quidam dicunt quòd studere, vel legere causa pieta
tis pro paupere, vel pro ecclesia, seu pro republica, aut etiam
pro iustitia ministrãda, vel ad bonam sui, vel alterius instru-
ctionẽ vel ad aliũ bonum finẽ nõ est malũ dũmodo per hoc
diuinum noo omittatur officium, sed studere studio seruili
hoc est pro lucro pecuniario, sicut faciunt aduocati est, ꝓhibi
tum. per istam decret. quia ab omni opere illicito. i. seruili hîc
abstineri mandatur secundũ Hosti. & probatur de conse. di.
iij. rogatiões. v. q. iiij. c. j. ij. & iij. ac leuiti. xxiij. & etiam. c. xx.
e. ti. aliàs li. & placet Martino, & mihi: nam si primum mem-
brum negaretur iam hæc decre inducta causa pietatis induce
ret offendiculum pietati, quod esse non debet. arg. C. vnde vi
l. meminerint. & etiam occasione delinquendi. scitis enim ꝙ
3 otium est laqueus Dyaboli paratur ad animas capiẽdas † ex-
pedit igitur clerico, qui continuo orare non valet, ꝙ cõple-
to diuino officio habeat aliquod pium opus in quo valeat
se honestè occupare ad otium expellendũ. præterea studium
tendit ex proprio, & directo siue ad acquisitionẽ scientiæ &
sic ad perfectionẽ intellectus quæ sunt dona spiritussancti. di-
cere igitur istud de per se esse interdictũ non esset nisi ponere
4 offendiculũ perfectiõi humanę. ¶ Dico tamẽ † ꝙ quia in die
bus dominicis, & alijs festiuis hymnis, Psalmis, canticis, prædi
cationibus, virtutibus, & regularibus disciplinis magis quam
alijs diebus est vaccãdũ. de conse: di. iij. ieiunia. de vita & ho
nesta. cle. cũ decorẽ. de sta. mona. cùm ad monasteriũ § uj. ĩ.
e. c. licet. vaccandũ est potius illis studijs quæ ad predicta ma
gis appropinquãt, & propter quæ à prædictis studens minus
substrahitur, & amplius in deum teodit, & idcirco circa theo
logiam, & circa Canones maximè pœnitentiales potius illis
diebus est studendũ quam circa leges, & minus circa scientias
alias, quæ oon dicũtur scientiæ pietatis. sicut Geometria Ari
smetica & Astrologia, & cõmuniter omnes mechanicæ ar-
tes, fortiori ratione adhuc minus circa fabulas poetarũ. Si au-
tẽ membrũ secundũ negaretur iam operi seruili liceret insiste
re sjs diebus contra superius allegata. nam aduocatus, vel qui-
uis alius studens pro lucro captẽdo subijcit operã suam pro
prętio alterius seruituti, sicut & quãuis aliam artem mechani
cam excercens pro prętio pecuniario ꝙ prohibitũ est in lege
exodi. xx. sex diebus operaberis, & facies opera tua. vij. autẽ
die sabbatũ est domini dei tui nõ facies in eo omne opus tuũ
quanto magis ijs diebus abstinere debet à studendo, scriben-
do, vel dictando ad finẽ prohibitũ vel dannatum, vt puta ad
proximũ calũniandum, vel decipiendum. ibi enĩ vltra cõis iu
ris prohibitionem ista magis exuberat cùm à festiuitatis vene
ratione fortius distrahat, & ideò dicit frater Ioan. in summa
confessori. li. j. ti. xij. sub rubrica de ferijs c. viij. post Beatum
Thomã, ꝙ in talibus diebus cessare dębẽt homines seruilibus
officijs & operib⁹, siue sit seruile op⁹ peccati, siue seruile opus
hominũ. Opera autẽ seruilia dei tũc pręcipuę exercẽda sunt.
vnde etiam circũcisio fiebat in sabbato, & sacrificia, sic etiam
hodie licet docere verbo vel scripto. & huiusmodi actus spi-
rituales facere diebus festiuis. Subdit magis ad propositũ ꝙ
vlterius etiam, quia homo per seruile opus peccati magis im-
peditur à diuinis quã per aliquod opus licitum quamuis cor-
porale. ideò magis contra hoc præceptum agit qui peccat in
die festo quam qui aliud opus corporale licitum facit. vt di-
cit Ange. in li. de decem cordis. Subdit etiam ad materiã hu-
ius decre. vnum dictũ valde notabile dicens, quòd nũ est in-
telligendũ ꝙ peccãs venialiter in die festo cõtra hoc præceptũ
faciat: quia peccatum veniale non excludit caritatẽ. nec cultũ
dei, & secundum hoc peccatum veniale non est sub prohibi
tione præceptiua. consequenter in. c. ix. magis ad propositum
nostrę quæstionis dicit se credere ꝙ non liceat scholaribus ijs
diebus aliquod grande scribere de quaternio in quaternium.
dicit tamẽ ꝙ licet eis lectiones suas quas sine scriptura nõ pos
suot memoriæ cõmendare, vel sermones quos stillo, vel plũ-
bo notauerunt scribere, & lectiones librorũ quos audierit cor
rigere. sed locare vel conducere operas suas, vel alienas pro-
pter libros corrigendos diebus, huiusmodi nõ debent. aggra
nat etiam secundũ eum peccatũ regulariũ, & sacerdotũ, qui ab
sq; vrgente necessitate diebus dominicis quadrigant, & huius
modi faciunt: quia exemplo suo cæteros corrumpunt.
¶ SECVNDO quæritur vtrum ob necessitatem homini
liceat opera licita die dominico facere? prædictus frater Ioã.
vbi supra. c. viij. dicit ꝙ per hanc prohibitionẽ nõ prohibetur
quis facere ea quæ pertinent ad prouidentiã necessariorũ tam
sibi quã proximis, sicut seruando personam rel res. vnde etiã
machabei pugnãtes in sabbato excusantur. simile etiã de quo
cunq; damno iminente vitando. vnde dominus dicit Mathei
xij. quis est ex vobis homo si habuerit vnam ouem, & ceci de
rit sabbati in foueam oõoe tenebit, & leuabit eam? Dicit etiã
5 post Tomam † ꝙ obseruatio festorum non impedit ea quæ
ad salutem etiam corporalem homini ordinantur. vnde do-
minus (Io. vij.) iudeos arguit dicens. mihi indignamini quia
totũ hominẽ saluũ feci in sabbato. & ideò medici licite possũt
medicare homines in die festo, & ideò secundũ eum licet bel-
lare in festo, si necessitas hoc exposcat: quia salus rei publicæ
maior, & aliàs tentaretur deus, Sed aliàs non. ideò dicit Ray-
mundus in summa vrgente necessitate in dominicis, & alijs fe
stis licet arare, vel fructus colligere propter periculũ hostiũ
qui alijs diebus caperent vel occiderent, & sic potest intelligi
C. e. l. ij. § j. sed totum esset ꝙ hoc fieret de licentia Episcopi
vel saltem proprij sacerdotis, saltem si haberi posset, qui in ca
su necessitatis hanc licentiã denegare oõ debet, secundũ Ray-
6 mundũ in summa. eadẽ ratione dicit † ꝙ mechanici tanta ne
cessitate arctati possunt operari diebus festiuis, ꝙ excusantur
ad victũ suum, & sustentationem suam acquirendã, ita tamẽ
vt de illis studeant pro posse dare elemosinas largiores. ĩ. e. li
cet. xxiij. q. viij. si nullam. de conse. di. j. si quis. arg. de cõse. di.
v. discipulos. ĩ. de furtis si qs ꝓpter necessitatẽ. & ex simili oe
cessitate ijs diebus possent fieri fossata, & reparari muri con-
tra hostes, & piscari & c. vt. ĩ. e. c. licet.
7 ¶ TERTIO quæritur † pro quali vel quanta necessita
te liceat operari in festis. respõdet frater Io. vbi. s. c. ix. hoc bo-
ni viri arbitrio relinquendũ. vt. ĩ. de offic. dele. de causis. vo-
de credit ꝙ si iacẽtib⁹ segetibus. vel fenis immineret periculũ
pluuiæ, vel tẽpestatis corrũpentis, vel deteriorãtis nõ est pro
hibẽda recollectio in festis, nec carnificibus, vel pincernis, aut
coquis aliàs cocis etiam inhibendũ credit quominus ijs die-
bus parent ea quæ vendere debent in crastino in mercato, vel
in stationibus suis, aut victualia præparet si die præcedenti

non poterant præparari vel præparata seruari. Dicit etiam ꝙ
illi qui à dominis suis compelluntur operari in festis, si iusto
metu inducti faciunt videntur propter necessitatẽ posse ex-
cusari. non credit tamen excusari illos qui debent afferre do-
minis suis vecturam bladorum si faciant hoc in festis vt reli-
quis diebus possint vberi⁹ assuetis vaccare laborib⁹, nisi forte
arcta necessitas eos ad hoc cõpellat. Credit tñ ꝙ qui in vigilijs
festiuitatũ ferendarũ mittũt quadrigas aut æquos ad afferẽda
necessaria in die festo, si ea quæ afferuntur sunt necessaria ad
illum diem ita ꝙ sine illis nõ possũt trãsire ante diẽ illũ cõmo
de, nec ante poterant super ijs afferendis sibi prouidere excu-
sari possunt propter necessitatem, aliàs non, eadem necessita-
te etiam excusari credit vectores mercium ad nũdinas vel lo
ca remota si sine graui incõmodo nõ possunt diebus festiuis
vaccare ab eundo, & quadrigãdo. credit etiã excusari barbitõ
sores qui peregrinorũ barbas radũt aut eorũ sanguinẽ minu-
unt, & eos qui eorũ ęquos ferrãt, & qui eos in suis iumẽtis aut
vehiculis portãt, si ꝓpter necessitatẽ pricipaliter hoc faciãt. se
cus si principaliter hoc faciãt ꝓpter quæstũ. Ipsi verò peregri
ni qui talia sibi fieri faciunt ijs diebus, si nõ poterãt cõmodè si
bi ante hoc prouidere sunt excusabiles. ¶ Vnde Collectarius
8 ex eodem fundamento dicit † ꝙ causa voluptatis non licet
ijs diebus lauare caput. de conse. di. iij. peruenit. & eadem ra-
tiõe nec minuere, nec radere, vel tõsurare, nec vngulas scĩdere
etiã causa vtilitatis, sed secus causa necessitatis. alijs tñ diebus
causa vtilitatis dicit licere, sed non causa voluptatis, & sic di-
cit notari per Archid. de conse. di. iij. peruenit. Sed nõ bene
capio tantũ rigorem quĩn ita leuia opera causa vtilitatis pos-
sint in festis fieri maximè vngulas scindere: quia frater Io. vbi.
s̃. dicit in. ca. vltimo. quòd non propter quodlibet modicum
opus ꝙ quis facit in festo peccat mortaliter, vt si fortè quis
trãsiens per vineã suã, vel per agrũ suũ purget in vinea vel in
agro aliquod modicũ ꝙ remãsit purgandũ per negligẽtiã, aut
reparet sepem in aliqua parte ruptam. quantũ tamen laboris
vel operis potest quis sine peccato facere ijs diebus, dicit non
esse determinatũ sed boni viri arbitrio reliquendũ, & aliàs plu
ra inconueniẽtia sequerẽtur, & esset laqueũ inijcere animabus
imo hoc prædicare laicis derisorium videretur.

9 ¶ QVARTO quæritur ibi: *cum omni veneratione*. † nun-
quid tenetur quolibet die dominico missam audire sub præce
pto. quidam tenent ꝙ sic per istam literam, nam aliàs non vi-
deretur quis dominicam venerari. nam & animalia ab operi-
bus astinent. Importat igitur hęc veneratio ꝙ diuino vacce-
mus officio. allegat de conse. di. j. c. missas. & c. qui die solẽni.
& dicit id ibi clare probari. plus dicit ꝙ missa audiri debet in
tegre aliàs potest excõmunicari exiens intẽpestiuè, vt in eadẽ
distinctiõe. c. omnes. quòd intelligit Arc. de illis qui propter
inquietudinẽ ante finẽ missę recedunt, vt pote propter mul
tũ strepitum, & scãdalum. Sed aliquos audiui dicẽtes ꝙ clerici
nõ arctantur sub precepto in dominica missam audire restrin
gentes. c. missas. & c. qui die. ad laicos, de quibus reuera solum
loquuntur. Sed Hug. & Archidi. nõ placet qui dicũt idẽ in cle-
ricis quòd in laicis propter maioritatẽ rationis. Illud enim nõ
est cõtra ius, vt hic, & secũdum ęquitatem & rationẽ naturalẽ
per quã quis tenetur reuereri & gratias agere Deo in festo tã
solemni & per cõsequẽs potest, & debet extẽdi ad casus similis
& fortius maioris rationis. C. ad. l. fal. vltima ¶ Occasiona
liter quęrit Collect. nunquid diebus dominicis est ieiunãdũ.
videtur ꝙ nõ. xxx. di. c. si. Dicit quòd imo qui voluerit, dum
modo nõ faciat in cõtemptum Dei secũdum Hug. Alij dicũt
quòd ieiunare die dominico nõ conuenit, quia est dies leticię
& fieret cõtra cõsuetudinẽ Romanę ecclesię, quę pro lege ser
uanda est, vt, dicit Archi. post thomã. lxxxvj. di. vtinã. xj. di.
in ijs. Fateor ꝙ ita cõuenit vt seruetur illa opinio vltima. Sed
nõ damnarem qui ieiunaret in abscõso, & ita seruetur opinio
prima. Facit ille textus. c. vtinã. vbi legitur apostolos ijs dieb⁹
ieiunasse vbi autẽ omnes communiter ieiuarẽt ijs diebus singu
laritas fieri nõ deberet. ar. xxv. di. nunc autẽ. ¶ Quęrit etiam
nũquid a iudeis, & paganis seruis nostris possumus ijs diebus
operas exigere, & dicit ꝙ sic, cum & illi honorẽ ijs diebus se-
cundũ legem suã non impendãt, imo contra suã conscientiã
agerent sicut nos festa eorũ celebrãdo, & dicit hoc notari per
Arch. de conse. di. iij. in principio. & c. considerandũ. in fine.

¶ Vltimo quæritur in fi. decre. ibi: *nisi pro pace*. nunquid aliquis
potest suũ aduersariũ conuenire ante quam admoneat eum
de redeundo ad pacem, & concordiam? videtur ꝙ non, per
lecta & notata per Archid. in. c. ad apostolicæ. de re iudi. li. vj.
in glo. hîc processit. & per Arch. & alios. ij. q. vij. c. accusatio.
& c. si propter. ꝙ verum credit Collect. de honestate, & sic ser
uatur. vel vbi agitur per viam denunciationis, iuxta lecta &
notata. s̃. de iudi. nouit. aut contra ecclesiã. iuxta lec. & notat.
per Io. Laur. & Archi. in. c. accusatio. allegato. & in Specu. de
pręparat. iudi. in primo.

¶ QVINTO principaliter quæritur in prin. decre. ibi: *om-
nes dies dominicos quare cum omnes dies domini sunt*. cùm ipse di-
xerit Genẽ. primo fiat lux & facta est lux, dies iste potius dici
tur dominicus quã omnes alij. respondent Goffr. & Hosti. ꝙ
specialius domino attribuitur: quia quicquid insigne à domi
no gestum est in illo die gestũ. ꝙ prosequere vt legitur. lxxv.
di. ꝙ die. vnde exo. xx. memento ꝙ diem sabbati santifices,
maximè propter gaudium, & resurrectionẽ, & memoriã re-
surrectiõis. de conse. di. iij. c. sabbato. & ideò die dominica nil
aliud agendũ est, nisi deo vaccandũ & c. eadẽ distinctione ie-
iunia. ¶ Sed nunquid obseruantia diei dominice succedit lo
co sabbati in veteri lege. frater Io. vbi supra. ca. vj. post Tomã
dicit sic, non siquidẽ ex vi præcepti legis, sed ex consuetudine
ecclesię, & consuetudine populi christiani. non est tamen ita
prohibitio operandi sicut erat: quia quędã opera in die domi
nica conceduntur quæ in sabbato prohibeantur. s. decoctio
ciborũ, & alia huiusmodi. de conse. di. iij. peruenit. in fi. In qui
busdã etiam operibus facilius dispẽsatur in noua lege quam
in veteri, nec sabbatum est solennizandum ad literam, ne vi-
deamur iudaizare. vnde Apostolus ad colocences. iij. Nemo
vos iudicet in potu, & c. & in. c. peruenit. allegato. & c. proni-
ciandum. e. disti. Ideò Hostien. s̃. e. licet. dicit quòd magis in
sabbato quam in alio die operari debemus.

¶ SEXTO quæritur vtrum præceptum legis de santifi-
catiõe sabbati sit morale, ceremoniale, vel iudiciale. Frater Io.
vbi. s̃. cap. quinto post Thomam dicit, quòd secundum na-
turalem intellectum est partim morale: quia etiam natura in-
clinat, vt homo aliquod tempus vitæ suæ deportet ad vaccã-
dum diuinis, pro animę refectione, sicut ad cõmedendum &
dormiendum pro refectione corporis. Item etiam quod par
tim est cerimoniale in quantum determinantur ad aliquod
determinatum tempus in signum creatiõis mundi, vel in quã
tum significat cessationem à peccato, & in quantum præfigu
rat fruitionem dei, quæ erit in prima. & in quantum vltimo
significat quietem Christi in sepulcro. Item etiam partim iu
diciale. s. quantum ad modum vaccatiõis, videlicet ab operi
bus determinatis, & in quantum ordinabatur ad quietem
laborantium, quod pertinebat ad iustitiam dominatiuã quæ
est inter dominum, & seruum.

¶ Sed quæ est ratio specialis casus hîc specialiter probibito-
rum. de mercato ratio est, quia difficile est nõ interuenire pec
catum. de pe. di. v. qualitas. & cap. nogotium. & lxxxviij. di.
fornicari. & palea eijciens. & s̃. de donati. inter virum & vxo.
cap. per nostras. in § fi. sic respectu celebrationis diuinorum
matrimonium reputatur immũdum. s̃. de cler. coniuga. col
latę. quòd tamen mundum, & castum est in se. xxxj. di. Ni-
cena. hoc autem & si honestũ sit & rationabile, tamen in mul-
tis locis de praua consuetudine aliter obseruatur. pro quo ta-
men est argumentum in eo quòd legitur & notatur. s̃. eod.
licet. de placito autem ratio est, quia & si fieri liceat non tamẽ
semper expedit. xj. quæsti. j. aliud. vnde, & pętor non impro
bat execrantẽ litem. ff. de alie. mu. iu. cau. fact. l. quarta § po-
10 test. † non tamen tenetur quis ius suum relinquere indefen-
sum. ff. de peti. hęredi. l. illud. licet abstinendum sit ab eo cer-
tis diebus, vt hîc, & s̃. eod. capit. fi. & certis locis. s̃. de immu.
eccl. c. j.

ecle.c.j.&.c.cum ecclesia. Sed in pluribus locis non seruatur, quòd omnino corrigendum esset. ĩ.c.fi. Hostiē.tu dic quòd similis est ratio sicut in casu præcedēti, quia difficile est quòd sine peccato agantur lites, cum experientia continuo doceat, quòd in illis infinite barateriæ committuntur.arg.in clemen. j.de re iudi.c.fin.cum similibus. In tertio verò similis est ratio sicut in præcedentibus, vel dic & verius, quòd in istis tribus casibus vna ratio est communis: quia à veneratione, & celebratione diuinorum, & ab oratione & deuotione quibus insisti debet principaliter his diebus mercata, placita, atq; litigia multum distrahunt.

¶ Sed oppones, quia non est peccatum iustè occidere.xxiij. quæstione.v.qui malos.&.c.iudex. Sed responsio quòd non prohibetur id quia malum sit sed quia horrendum est & miserabile, & ideò in tanta festiuitate ob Dei reuerentiam abstinendum secundum Gosfr.& ista potest esse ratio specialis huius casus. Item oppones, quia dicit propheta beati qui faciunt iudicium, & iustitiam in omni tempore. Summum enim bonum in rebus est iustitiam colere.xij.quæstio.ij. cū deuotissimam. quia subaudiendum est tempore competēti. Simile de conse.distin.v.nunquam.de vsu pall.c.pe.cum concor. excipe latronem publicum. C.e.l.prouinciarum.& depopulatorem agrorū. ĩ.de immu.eccle.c.inter alia.§ & hoc verum est. de sacramento.i.iuramento. Ratio est, quia iuramenta à malo non credentium procedunt, & semper prohibentur nisi in casibus, vt legitur & notatur. de elect. significasti. de iureiur. & si Christus. hoc tamē & si honestum sit non est necessariū, vnde & generaliter non seruatur. & est simile quòd legitur & notatur. ĩ.de test.c.j. Placet etiam sibi ꝙ hic notatur in prima glo. Sed dicebant Pe.& AEgid. quòd in vigilia sancti, vel die sabbati post vesperam non debebant causæ audiri. nec obstat decretalis cōsuluit. quia loquitur de diebus nō festiuis, sed nō seruatur quantum ad causas, quòd dic vt notatur in dicto.c. cōsuluit & hic in.j. gl. licet obseruet quātum ad celebrationē diuinorum secundum Hostien. vt.ĩ.eod.c.j.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Quotquot sunt dierum à planetis nomen accipiunt.*
2 *Dies dominicus à Deo opt.max.non a sole nomen sibi vendicauit.*
3 *Dies sabbati non à Saturno vt nonnulli somniarūt, sed a Sabba quòd requies dicitur nominatur.*
4 *Quando flectenda genua veniunt.*
5 *Decimæ aliæ personales, aliæ verò reales.*
6 *Quæ temporalium sollicitudo permissa sit.*

¶ *CAP. II.*

QVoniam in parte. Hic possumus transire leuiter quia nihil est magna nota dignum. tu aduertere potes ad dicta aliqua Hostiē. circa primam partem literæ vbi dicit Innocen. quòd non solum in die resurrectionis, sed alicubi tribus diebus post, & alicubi viij. feriamus. Dicit Hostien. hoc intelligi quantum ad pontificalem celebrationem solennem quæ in tribus diebus fieri consueuit, ne obstet. ĩ.e.c.fi. Subdit etiā
1 Hostien. † quòd singuli dies septimanæ à singulis planetis no
2 men recipiunt † præter dominicam, quæ nō a Sole sed à Deo
3 nomen habet, † & diem Sabbati qui non à Saturno sed à Sab
ba quòd requies dicitur nominatur. quòd prosequere latius
4 vt hic notatur, † Item circa secundam partem de genuum fle
xione, dicit Inno. ex ædicto ecclesiæ hoc inductum.lxxvij.di
stio.scire.xx.di.c.fina.excipiuntur duo casus in textu hic expressi. additur tertius ex consuetudine ecclesiæ in eleuatione corporis Christi secundum Pet.& Abbat. de celebra.missa.sane.& fratrem Ioan. vbi.ĩ.c.vij.ad finem. eodem modo inducit hoc consuetudo ecclesiæ in cōsecrationibus, & ordinationibus vbi flectente Christo de consuetudine omnes flectunt. secundū Host. Patet alius in impositiōe pœnitētiæ & in benedictionibus nubentium, de his similibus secundum Frans. circa tertiam partem ibi singulis diebus. narrat Hostien. de quodam qui eo quòd singulis diebus surgendo de mane dicebat septies in nomine patris, &c. Deus in adiutorium, &c. gloria patri.&c. reputabat se dicere totum officium trinitatis, & sic ab omnibus horis canonicis excusari per literam istam contra.c.dolentes. ĩ.de celebra.mis. de consecra.distin.v.in die. Subdit etiam Hostiē. de consuetudine Romanę ecclesię qualiter seruanda est in iudicijs. de re iudica. in causis. in sacramēto. de hereti. ad abolendam. in ieiunijs. de obseruat. ieiu. cōsilium sed in officijs quælibet ecclesia seruat suam consuetudinem.xij.distin.illud. vel recurrit ad metropolitanum. ead. distin. de his. Idem Laud. in clemen. graui. de celebra. missa. vide Henricum de consu cum olim.& de celebra missa. pernitiosus. Non curo de distinctione Hostien.& Henr. qualiter incipit, & finit dies. quia idem in effectu ponit Bernar. in glos.ii. Franciscus per illam literam singulis diebus, &c. arguit, quòd qui singulis diebus per magnatem vel principem honoratur. non debet sibi iniuriosum putare, si inter alios non honoretur certo die vel tempore, quòd in domibus cardinalium continuo allegatur. Quod autem de genibus non flectendis in principio secundæ partis hic dicitur hodie etiam apud sedem Apostolicam non seruatur: quia nulla quo ad hoc hodie notatur differentia inter istos, & alios dies.

¶ Licet hic etiam nil magna nota dignum. Boatinus quærit quare martirium dicitur natale martiris, vt hic, respondet quia renascitur in sanguine suo. Queres quare dicitur ab opere seruili, dic quòd ad differētiam operum pietatis. de sta. regula. cum ad monasterium.§ in refertorio. Ratio decreta. quia in illis partibus panis deest ĩ. de pœnis. licet ex eadem causa conceditur quandoque cultura. C.eo.l.ij. supra de treu. & pa.c.ij. secundum Hostien.& Abba. in fine decret. ac glos. suæ vltimæ. Scire debes quòd per decreta. Apostolicæ de deci.&.c. significauit. de parochi. dixerunt Tancre.& Vincen. ecclesiam in cuius parochia est piscatio debere habere decimā nisi consuetudo habeat quòd soluatur parochijs personarum, & tunc quòd hic dicitur de ecclesia alijs ecclesijs referes ad ecclesias quarum parochiani existunt. Sed Goffred. dicit quòd
5 soluuntur duæ decimæ, † vna personalis, & alia prędialis, vel
secundum eum de elemosina loquitur hic. quòd magis credo, quia fit in expiationem culpæ talis qualis, ideò credo quòd de decima non loquitur, sed illud relinquit dispositioni iuris communis. super hoc tamen cum quæritur vtrum, & cui ecclesiæ de piscibus decimæ sint soluendæ. vide. ĩ. de decimis.c. non est.&.c. peruenit. per Innocen. Hostiensem, & Henricum.

¶ Henricus singulas materias per singulas distinctiones diuidens, & singulas distinctiones super singulis capitulis pro libi
6 to collocans hic extraneę † qualiter hic sollicitudo tempora-
lium sit permissa distinxit dicens, quòd illa quæ est necessitatis, & prouidētiæ bona, & licita est, vt hic, & .xcj.di. clericus victū. cum conco. Sed illa quæ est anxietatis, & auaritiæ mala, & illicita est.xlvij.di. bonorū.&.c.fe. de offi. ord. irrefragabili.§. vlt. de stat. mona. cū ad monasteriū.§. vlt. de præb.c. auaritię. de elect.c. auaritiæ. libro sexto. Alia verò quæ dicitur dubietatis, & diffidentiæ etiam mala est, vt in prædicto capitulo cum ad monasterium. in fine. de offic. ordin. quanto. Prima est ad bonum ordinans. Secunda est suffocans. Tertia impediens. vnde dominus Math.vj. dicens, nolite solliciti esse in crastinum: non prohibet sollicitudinem primam sed secundam, & tertiam, & quòd homo plus non confidat de se quàm de Deo. vnde interlinearis glo. non labor, & prouidentia damnatur, sed solicitudo mentem suffocans quæ interdum hodie mentes clericorum nedum suffocat, sed comburit. Contra quos facit.xlix.distinctio.c. primo.§. gilbus. Cuius verba ad literam posuit hic Henricus. Sed ibi vide.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Nuptiæ non sunt celebrandæ die dominico post pentecosten.*

¶ *CAP. III.*



Apellanus. Nota hic Hosti. & No-
uel. de diebus nuptiali-
busvel nõ nuptialib⁹ stãt principaliter in com
putationi bus, & sunt magis laboris quã sub-
tilitatis ideò illa vide per te & menti cõmen-
da, quia vulia sunt, & quotidiana. De distinctione verò Host.
& Henri. qualiter subtilitas approbetur vel reprobetur ple-
nè scripsi. s. de iudi. c. dilecti. in prima oppositiõe vbi de hoc
per Nouel. super prima glo. ¶ Collect. hic in verbo. *absq;*. an
includat vel excludat ponit notata per Archid. ĩ. de procura
to. qui generaliter. lib. vi. quę ibi scripsi in expositione super
verbo, *absq;*. sed credit esse dicendum sicut notatur de verbo
nisi. de clericis pereg. tuę. & de verbo vsq;. de ordi. ab episco.
c. j. dixi in pręalleg. c. qui generaliter. Item de dictione à. refert
Archi. de pręben. c. statutum. libro. vj. & de except. c. pia. Et
credit quòd generaliter includit: quia dicit terminum à quo.
dicam in locis pręallegatis. vtrum autẽ in die dominica post
pentecostem sint nuptię celebrandę? dic ꝙ non, & tene ver
bum *vsq;*. inclusiue, & expone in fin, *in dominica*. i. post domi
nicam ne textus sit sibi contrarius secundum Hostien No-
uellam Lignianum & Collectarium, & hoc prosequere la-
tius vt hic notatur per Nouellam post Hostiẽ. sem hoc perpe
tuo tene menti propropter aliquot simplices sacerdotes con-
trarium obseruantes. Sed consueuerunt episcopi quãdoq; su-
per hoc dispensare. Item quibus temporibus prohibentur ce
lebrari nuptiæ, vide hic optimè per Nouel. post. Host.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Ad sistendum die feriata iudicem compellere non posse quamuis ad signatio valeat, teneanturque partes sequenti die sistere. nu. seq.*
3 *Citatio sine die non valet.*
4 *Iudicem non solum in diebus solẽnibus, sed etiam alijs ferijs in causis non debere procedere, neque ad alium diem citare Innoc. tenuit. & numero. 8.*
5 *Paria sunt aliquid fieri tempore permisso, vel tempore prohibito, & effectum eius dirigi in tempus concessum.*
6 *In iudicijs initium spectatur*
7 *Actus triplex in citatione.*
9 *Citationem die feriata factam ad non feriatam valere opinio communis est.*
10 *Non refert quo tempore, vel fiat actus dummodo ad locum, vel tempus congruum trahatur.*
11 *Ea quæ sunt iurisdictionis voluntaria diebus festis expediri possunt.*
12 *Apparitor die festo citationẽ executioni demãdare minime debere.*
13 *Bonarum mentium est lites execrari.*
14 *Fine & termino prohibito, & prohibita ad illum perueniendi via censetur.*
15 *Processus habitus die feriata cuiuscunque citationis virtute quantumcunque emanata vel executa fuerit agitatus ipso iure nõ valet.*
16 *Quotquot sunt hominum per viri & mulieris concubitum concepti in peccato originali nascuntur impietati, mortiquè subditi, inde q; iræ filios nasci.*
17 *Vnus solus est qui sine peccato natus est in similitudinem carnis peccati Iesus Christus.*
18 *Nemo à sorde mundus etiam si diei vnius eius vita fuerit.*
19 *Tempore messium & vindemiarum nemo cogendus est ire ad orb.*
20 *De iure feriarum quæ ob lætitiam principis indicuntur.*
21 *Non debet licere actori quod reo non liceat.*

¶ *CAP. II.*



Onquestus. Capitulum istud secun
dum Hostie. tripertitũ
est: quia principium elici potest ex eo quòd
legitur. ĩ. de dolo. c. fi. Sequentia verò vsq; ad
§ quibus. de. c. j. de consecra. di. iij. &. sequen
tia ex legibus ibi signatis.
¶ PRIMO quæritur, ibi; *iudicialis strepitus*. quid de citatiõe
nunquid potest fieri die non feriato ad diem feriatum? & si sic
facta fuerit nunquid sit nulla citatio ipso iure? Hanc materiã
subintrando dicit Inn. quòd iudices prudenter faciunt si quã
do citant dicunt compareas tali die coram nobis, vt ex tunc
in tali quęstione procedamus: quia si etiam tempore feriato
non possit iudicare: & sic comparere tamen potest. tamen no
tauit non multam esse differentiam in hoc, & sic quòd sicut
1 iudex non potest die feriata iudicare † sic nec assignare termi
num ad comparendum die feriata. Hoc autem attendendum
est secundum eum, quòd licet non teneat citatio quando ex-
primit errorem in sententia pro termino assignando diem do
minicum, ita quòd nec in dominico, nec in sequenti compa-
rere tenetur, si tamen non exprimit errorem. si tamen in die so
lenni occurrit dies termini puta, die decima venias responsu
rus, & decima dies solennis sit non tenetur comparere in solen
ni die, sed bene in sequenti die: quia duo mandata videntur, &
quòd ad diem compareat, & quòd compareat. ff. de arbit. l.
celsus. infra de dolo & contuma. dilecti. secundum Innocen.
Simile consueuit notari in sententia. Quod dic, vt notatur in-
fra de re iudica. c. j. Hostien. & facit. C. quando prouoca. non
est necesse. l. ij. Sunt tamen quidam qui dicunt quòd non se-
quenti sed præcedenti die non feriata venire tenetur. C. de tem
por. appel. l. ij. circa finem. Quod non placet. Inno. verò con-
tinuans rationẽ sui dicti subdit, quòd licet habeat in die solen
ni excusationem, & datio termini bene tenet. Et idem dicit
quòd si per decem dies vel viginti durarent dies feriati scilicet
quòd in proxima sequenti die non feriata tenetur com-
2 parere citatus. † Plus dicit Innocen. quòd etiam si in die feria
to assignetur terminus expressè tenet assignatio, & compare-
re debent partes, licet non in die feriato, tamen post illũ. Nam
& hic similiter sicut in præmisso casu duo videntur mandata
ergo idem ius id est eadem ratione, vt quam cito potest tenea
tur comparere, vnde Papa de in integ. restit. cum ex literis §.
fi. assignauit festum beati Lucæ ad comparendum, & supra
titulo primo exposuit festum natiuitatis dominicæ, & prædi
cto. c. cum dilecti. dominicam qua cantatur, ego sum pastor
bonus, & de accusa. veniens. festum resurrectionis. Hostien.
verò dicit, quòd citatus ad diem dominicum vel alium solen
nem non tenetur comparere. argumen. ff. si quis in in ius voc.
non ier. leg. secunda in fine. secus vbi dicit iudex mandamus
tibi vsque ad diem dominicum compares coram nobis, tunc
enim tenet termini assignatio, & illud vsque tenetur exclusi-
uè. sic intelligit iura ad hoc allegata. quamuis inter se super
hoc discrepare videantur, & alia similia iura, & per istam etiã
respondetur ad decreta. cum dilecti. Quia ibi facta fuit citatio
vt compareret vsque &c. Sed ratio illius. c. scilicet quam ponit
Innocen. videlicet, quòd duo sunt mandata non videtur solu
ta, ad quam potes dicere secundum Ioan. Calder. hic in addi
tione quòd habet locum vbi citatio, vel mandatum tenuit à
principio vnde licet casus superueniens illud suspendat non
tamen ex toto relaxat, sed hic negatur tenere, & quo fuit facta
citatio ad diem feriatam, & per hoc apparet mihi, quòd Ioan.
Calderi. tenuit opinionem Hostien.
¶ Cynus. C. e. l. dies festos. in secunda quæstione refert quòd
dominus Richardus de senis Cardi. tenuit opinionem Hosti.
supra proximam dicens, quòd vbi ponitur vsque qualibet die
infra festum venire poterit. Sed quando citatur, vt die tali cõ-
pareat prius venire nec potest, nec debet, & ita venire non te-
netur, & sic necessaria est noua citatio. Iacob. de Aret. idem te
net quia citatio est quędam sententia quæ non debet pro par
te valere, & pro parte nõ valere. ff. fami. herci. l. in hoc iudicio.
¶ Petrus de bella pertica quem sequitur Cyn. Ioan. Nico. &
Bertra. Caprioli eandem opinionem tenet, & dicit quòd sibi
non placet quòd venire teneantur in sequẽti die quasi sint duo
præcepta: quia sic eadem ratione qui promitteret dare mihi
hodie decem Romæ valeret promissio, quod lex improbat.
institu. de verbor. obligatio § licet loca. ff. de eo quod certo
loco. l. secunda § si quis ita. non est enim nisi vnum præceptũ
3 indiuisibile: † quia sine die citatio non valeret. ff. de verbor.
obligatio. l. ita stipulatus. in principio. Secus in arbitrio, quia
potest arbiter condemnare ad soluendum absque termini
præfixione, ideò si cõdemnat, & terminum præfigit duo sunt
pręcepta, & sic intelligitur. l. celsus.

¶ Quidam verò canoniſtæ diſtinguntaut citatur, vt aliquid
faciat, & non valet, aut vt compareat, & valet tūc citatio. No
uel. dicit quòd moderni iudices ſic terminum aſsignant ta-
lem diem tibi aſsignamus ſi feriata non fuerit, & ſi forſan dies
feriata occurrat aſsignamus tibi non feriatam proximè ſub
ſeqnentem, ſecūdum quòd nulla occurret dubitatio, & ideò
conſuluit quòd quando diem aſsignaueris teneas hanc caute-
lam, maximè quia poteſt eſſe quòd apud te non eſſet dies fe-
riata, & apud citatum eſſet. vt patet ex eo quòd legitur & no-
tatur. ȷ̃.e.c. verſ. fi. Henricus diſtinguit dicens, quòd ſi auctori
tate Papæ ex eius certa ſcientia impugnari non poteſt. xj. q.
iij. qui aliorum. c. cum dilecti. & c. veniens. allegatis. Notat
Hoſtien. in ſumma. e. ti. § fi. aliâs autem ſi ſit ſolum ad repræ
ſentandum etiam valet. vt. ſ̃. titu. proximo. c. fi. de in inte. re
ſti. cū ex literis § vltimo. & c. corā. notaī in præallegato § fi.
& in Spe. de citatiōe § j. verſ. itē,. excipit. Idē ſi ad procedēdū
in caſu tractabili die feriato. lxxvj. di. vtinam. & de conſecra.
diſt. v. nūquam. & caſibus notatis per Hoſt. in ſumma huius
ti. § quid in eis. & § fi. & per Io. xv. q. iiij. in ſumma. & in Spe.
e. ti. § ij. in prin. & verſ. porrò. Nam ſi valet proceſſus ergo ci
tatio quæ de proceſſu eſt. ȷ̃. de proba. quoniam Sed ſi in cita
tatione non exprimitur talis caſus non valet. C. e. l. fi. ibi: *vox
horrida.* & c. C. quomodo. & quando iudex. l. ſi vt proponis.
j. ff. e. l. j. & . ij. ſi quis in ius vo. non ier. l. ij. in fi. xv. q. iiij. placi-
ta. v. q. ij. c. j. & hic. notatur per Spec. in prædicto § item exci-
pitur. Ber. & Hoſti. in præallega. e. veniens. Io. & . Hoſti. ſ̃. tit.
proximo. alias primo. c. præterea. circa medium magnæ glo.
& glo. in clemen. vn. de foro compē & Nouel. de offi. deleg.
conſuluit Collect. refert ſe audiuiſſe à domino Oliuer. de fer
reto. & quibuſdam alijs auditoribus quòd opinio Inno. tene
tur in curia dicentes etiam, quòd ſi aſsignata fuerit certa dies
ad articulandum, & dicta die iudex eſt impeditus, vel dies fe
riata fuerit, quòd die ſubſequenti qua procedi poteſt compa
rere debet, & facere quòd illa die incombebat, nec ad id habe
bit aliam diem Nec eſt verum ſecundum eum illud quòd di
cit Pet. de bella. pert. quòd citatio non habeat niſi vnum indi
uiſibile mandatum prout hîc ſcripſit Nouel. remittens ad no
tata. ȷ̃. de app. cum parati. Refert etiam quòd Nouel. in præal
leg. c. cū dilecti. tenet, quòd citatus ad certam diem corā de
legato qui non poteſt venire die præfixa tenetur venire quā
cito poteſt vt ibi, nec ob. ꝙ ſit allegatio partis: quia ſecūdum
eam diffinitur. maximè quando ſcit partem, vel eius procura
torem ibi expectare. Dicit etiam Colecta. Nouel. hic ſentiſſe,
quòd vbi non exprimitur error valet citatio. Ipſe verò Col
lect. credit, quòd licet non ſit verum indiſtinctæ quòd valeat
citatio ad comparendum diebus feriatis: quia ſicut non pōt
iudex ad iudicandum diem feriatam aſsignare, ſic nec ad cō-
parendum. de elect. c. bonę. vt ſi citatio contineatur. venias
ſeu compareas tali die, tali de iuſtitia reſponſurus, & ſic ſenſit
Io. ſecundum eum. xv. q. iij. c. placita. videlicet cum ad inſtātiā
partis. & c. Si tamen fiat ſimpliciter non ad alicuius inſtātiam
ſed ex officio valet: quia in dubio iudici eſt parendum. Sic in
telligit Archi. concordās cum Innocen. in. c. placita. allega.
Bertran. caprioli in. l. celſus. tenet opinionem Petr. & Hoſti.
& dicit quòd illa lex ad iſtud propoſitum non meruit ſigna-
ri ſeu allegari. Nam licet mandatum arbitri de ſoluendo cer
ta die videatur duo præcepta habere, vt dicitur in. l. celſus § j.
tamen ſecundū mandatū indiget interpellatione. Exemplū
mandauit tibi arbiter quod ſoluas die dominico, non potes
ſoluere, teneris nihilominus ad ſoluendum, ſed vt cenſearis
in mora ſoluendi, & vt propter moram pœnā incurras, opus
eſt īterpellatiōe id eſt quòd de nouo de ſoluēdo fueris requi
ſitus, & recuſaturus. Et dicit ꝙ iſte intellectus colligitur ex
verbis dicti § & ꝙ ſecundum iſtum intellectum ad propoſi-
tum nihil facit: quia ſecundū hoc ad cōſtituēdū contumacē
noua interpellatiōe ſiue citatiōe opus eſſet. Quid dicendum?
breuiter opinionem Hoſtien & Pet. quaſi omnes canoniſtæ,
& legiſtæ videntur approbare, & idcirco conſulo quòd ab ea
in iudicijs non recedas. dicam in. c. cum dilecti. & in. c. cum
parati. ſi aliquid de nouo occurrat. Hodie tamen in palatio de
hac ſubtilitate minimè dubitatur, Quia omnes notarij habēt
de ſtilo addere in omni citatione iſtam clauſulam ſi dies feria
ta non fuerit, & nos pro tribunali ſedere contigerit Alioquin
ad primam diem non feriatam qua pro tribunali ſedebimus.
¶ SECVNDO quæritur vertendo mantellum, & conuer
tendo caſum. vtrum die feriato citari quis poſsit ad diem nō
feriatū? videtur quòd ſic quia citatio ſub iudiciali ſtrepitu nō
videtur contineri, ſicut nec amicabilis compoſitio, quam Ho
ſtien. dicit hic non prohiberi. dicens etiam tunc ex officio pro
cedi poſſe, propter periculum animarum. in contrarium vide-
tur per. l. j primo reſponſo. ff. eod. ti. Vnde Inno. hic in princ.
4 ſuæ gloſæ ſecundę ad propoſitum dicit, † quòd non ſolum
in diebus ſolennibus, ſed etiam in alijs ferijs non debet iudex
procedere in cauſis, nec etiam citare ad alium diem, vt in dicta
l. prima. ff. eod. Super quo vide quòd de hoc notatur in cle.
dudum § j. Si verò in glo. ſpecialis caſus. de foro compet. & ꝙ
ibi dixi in vltima ſuppletione. Ad partem negatiuam quòd
non valeat, Arguitur primo per. l. dies feſtos. C. eod. vbi dici-
tur, quòd ſilere debet horrida vox præconis, & ſic contra le-
gem facta non valet. C. de legi. l. non dubium. Secundo quia
præceptum de citando eſt quædam ſententia comminatoria.
vt. C de his qui ad eccleſiam confug. l præſenti. ergo die feria-
to valere non debet, vt hic in fi. & ſi dicatur non eſſe ſententia
ſaltem eſt de proceſſu. de probatio. quoniam. & tamen vtrun
que textus hic vitiat. Ad affirmatiuam videlicet quòd valeat
5 talis citatio arguitur ſic: † quia paria ſunt aliquid fieri tempo-
re conceſſo, vel tempore prohibito, & effectum eius dirigi in
tempus conceſſum. vt. ff. de don. inter vi. & vxo. l. ſi cum vxo
ri § fi. & . l ſequen. & . ȷ̃. de Sepultu. c. de vxore. primo reſpon-
ſo. Secundo per hoc inducitur. ff. de ope. no. nun. l. item § nun
ciatio Franciſcus Accurſius & ſequaces dicunt, quòd non va
let per prima argumenta: quia in illa non ſolum finis, ſed etiā
principium ſpectandum eſt. & hanc dicit Iaco. de Are. præua
lere de iure ſed non ſeruari de facto. Et hanc etiam ſequeba-
6 tur Dyn. aliquo tempore, tam per allegata. ſ̃. ꝙ etiam, † quia
in iudicijs ſpectamus initium. vt. ff. de minor. l. iij § ſcio. & per
conſequens in citatione cum ſit pars iudicij, vt. inſti. de pœ na.
teme. liti § fi. de proba. c. quoniam. allegato. Inducebat etiam
ff. de ſeruis expor. l. ſi minor. & ita ſcripſit olim in § item nun
ciatio allegato & iſtam ſequitur hic Henri. recitās dicta Cy.
& Nouellę effectualiter, & nihil addens. Reffert tamen Cynus
in. l. dies feſtos. quòd eo audiente in cathedra. Dyo. in dicto §
mutauit ſententiam: tenens ꝙ valet per præallegata. Inducens
quòd generalis conſuetudo hoc tenet, & ꝙ minimè ſunt mutā
da & c. vt. l minimè. allegata. Et comadiuuatur primū argu. hu
ius partis, quia id debet eſſe iudicium de tempore quod de lo-
co. vt. ff. ſi cer. pet. l. vinum. Sed valet actus habitus loco non
habili, ſi ipſius effectus confertur in locum habilem. vt. ff. de
offi. præfect. vr. l. fi. C. de Epiſ. & cler. l. omnes vbique § ſi verò
apparitor. Facit. ff. de hæred. inſtit l. in tempus. Non ob. con-
7 traria: † quia in citatione triplex eſt actus. Primus eſt interlo
quutoria de citando: Secundus eſt executio ipſius interloquuto
riæ ſcilicet citationis actus. Tertius eſt proceſſus à citatione
incoatus. Primus actus ſcilicet interloqutoria de citando nō
requirit cauſæ cognitionem, & ideò poteſt fieri die feriato. C.
eod. l. actus. Non ob. C. de dila l. à procedēte. quia intelligitur
cum pars dicit dilationem non dandam. ita quòd ſuper ea o-
portet interloqui. Secundus actus citandi ſimiliter poteſt fie-
ri die feriata per eaſdem rationes, & poteſt probari. ff. de adul.
l. miles § ſexaginta. præcipuè ſecundum opinionem quæ ha-
bet libellum cum citatione tranſmittendum. De qua ſatis dixi
ſ̃. ti. j. c. præterea. in. ſeptima quæſtione. Tertius ſcilicet proceſ
ſus incoādus in citatione nō poteſt fieri die feriata. vnde dice-
bat Pe. de bel. per. ꝙ olim citabatur quis ad comparēdum vel
ſatisdandū. vt. ff. de in ius voc. aut eāt ante ſatisda. in rubro, &
in nigro, & qui ſatisda. cogun. l. ſi verò § qui pro rei. per quam
citationem ſic veniēdo, & fideiuſsores quærendo auertebatur
quis ab ijs quorum cauſa inductæ ſunt feriæ: quem reſpectum

habuit lex dies festos. secundum eum. Sed solum citatur hodie vt veniat. Tale igitur præceptum & citatio die feriata ad non feriatam fieri poterit. De his duabus quæstionibus vide in Specu. de citatione. §. primo. in versicu. item quòd citatio fit ad diem.

¶ Ioannes Calde. primo contra id quòd dictum est de secundo actu, videlicet de executiõe quam facit nũtius in citãdo id posse fieri die feriata. dicit quòd dicta. l. dies festos. apertè dicit contrarium. Dicit tamen quod illa. l. potest intelligi specialiter de die dominica in qua etiã actus extra iudiciales prohibentur. vt spectacula & huiusmodi. Et quia de consuetudine approbatur citatio nuncij facta die feriata. Dicit quòd potest esse ratio, quia nuncius prebet nudum ministerium. ar. ff. de consti. pecu. l. qui autem. in fi. & l. se. de vsufruct. l. si quis in solutione §. j. quod vi, aut clam. l. pro hęrede. ff. de hęre. insti. l. sed si in conditione §. solemus. de cap. & postli. reuers. l. in bello §. codicilli. Dicit tamen quod multũ contradicit, quia per commissionem iudicis non arctatur quis. nisi sequatur illa citatio. in authentica de app. & infra que tempra §. j. coll. iiij. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. ff. quando app. sit. l. j. in princi. Itẽm quòd non teneatur hoc casu comparere. facit. ff. de seruis expor. l. si minor. Item quia locus sacer medius impedit seruitutẽ. vt. ff. de serui. l. seruitutes iiij. § penulti. ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. Itẽ circa id quòd dicit Pe. quòd hodie solum citatur vt veniat. Dicit In. Cal. quòd salua pace Pet. imo citatur cõmuniter quis, non solum vt veniat, sed propter alicuius actus expeditionem. l. vt respondeat, & libellũ recipiat. & his similia. Et subdit quòd quicquid supra dictum sit huiusmodi citationis decretum non debet fieri, sine aliquali causæ cognitione, saltem quæ ibi in iudicis consideratione pendet. & sic habet locum. l. à procedente. C. de dila. nec potest negari quin sit de processu. vt in. c. quoniam. de proba. non ob. secundum eum. l. si cum vxori §. fi. & l. sequens. & c. de vxore. quia in illis prohibetur actus propter qualitatem personarum, quę qualitas cessat in tempore in quod cõfertur. Sed hic propter tempus, & non respectu effectus, sed propter se, vel ipsius pactionem. aliàs sequeretur quòd iudex die feriato potest ferre sententiam, sub conditione extitura die non feriato, quòd constat esse falsum. ad §. item nunciatio. respondet posse dici quòd loquitur in denunciatione quæ fit per verbum, vel iactum lapilli, & sic non est de actu iudicij, & etiam potest sic responderi ad §. sexaginta. vel si intelligas dictum §. de denũciatione iudicis, dicit quòd talis denunciatio non est actus iudicialis, ad. l. actus. respõdet ꝙ de processu cõtentioso nihil ibi dicitur. ad §. si verò apparitor. dicit, ꝙ non probat id ad quod inducitur. Super quo remittit ad notata sua in. c. j. de rapto. in penul. q. Ex quibus concludit tenendũ esse de iure non valere citationem factam die feriata, ad diem non feriatam.

¶ IACOBVS de Butriga. disputauit solenniter istam quæstionẽ, & tenuit simpliciter talem citationẽ non valere. & de hac disputatione facit mentionẽ in. l. dies festos. & respondet ad præallega. l. in tempus. dicens ꝙ illud est verum, quando suspenditur actus, & eius effectus, vt in contractibus cõditionalibus, vel sub die incerta, & in vltimis voluntatibus vsq; ad diem mortis. vt in legibus. s. alleg. per Dyn. Sed in proposito non suspenditur actus, sed tantum eius effectus. quia citatio est pura, licet eius effectus cõferatur in diẽ, & ideò præsens tempus inspicitur. vt. ff. de verb. signi. l. cedere diem.

9 ¶ IOHANNES de Lig. dicit † ꝙ si tu ponderes, non rece
das ab opinione cõi quę habet citationẽ valere. quia motiua
10 contraria bene tolluntur, & † quia non refert quo tempore,
vel loco fiat actus, dũmodo trahat ad locũ, vel tẽpus cõgruũ.

¶ COLLECT. remittẽs de actu triplici citatiõis ad notata Card. de so. cõpe. Romana. De quo etiã plenè per Butri. in quæstiõe pdicta & recitans dicta alias notata Arch. tenentis citationẽ nõ valere in pallega. c. placita. & Specula. idem tenẽtis vbi. s. finaliter adhęrere videt opinioni cõi, quę habet citationẽ tenere. per §. sexaginta & ad id ꝙ dicit citationẽ esse de processu, respondet id esse verũ, inspecto fine, sed alias non.

¶ Et ad id quod dicit. le. dies festos. quòd horrida vox præconis cessare debet, respondet quòd ibi prætor non stabat in finibus citationis, sed de facto compellebat comparere. Inducit quia secundum omnes, ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis possunt fieri diebus istis, & non est dubium quòd edictũ citationis fit sine causæ cognitione, & voluntariæ. vt notát Innocen. & Hosti. s. n. j. & c. præterea inducit etiam quòd notatur hic circa principium secundæ colũnę videlicet, quòd non curandum si feriæ sint quando indicitur terminus, &c. & dicit quòd ita interpretatur consuetudo, quę est optima legum interpres. vt. s. de consuetu. c. cum dilectus. Oldra. & Bartho. in § item nunciatio. allegato. circa hoc sic distingũt. Quia aut citatio fit die feriato ob honorem Dei, & non valet, quia in. l. dies festos. allegata. lex sibi resistit in sui initio, & sic nõ valet. vt. l. minor. de ser. expor. Aut citatio fit die feriata, non ob honorem Dei sed ob hominum vtilitatem introducta, & tunc potest fieri dummodo ad aliam diem iuridicam: quia lex non dicit, quòd non citetur sed quòd non compellatur comparere vt. ff. de fer. l. j. & idem intelligunt tam de commissione iudicis quàm de citatione: quia neutrum requirit causæ cognitionem. vt. ff. de arbit. l. sed si interpellatur §. j. ar. ff. quis or. in possessione. l. ij. Subdit quòd qui vellet seruare opinionem Dyni potest tenere cum limitatione, quòd. l. dies festos. loquatur in die dominica tantũ. tñ credit ipse Bar. proximã dist. veriorẽ.

¶ Quid dicendum? breuiter apparet mihi circa hoc debere distingui eo modo quo solet distingui circa intellectum pręallegatę l. à procedente. C. de dilationi. in qua quęritur quæ dilationes possunt fieri à iudice procedente. de quo scripsi supra titulo primo capitulo pręterea. in sexta quęstiõe. Saluo quòd aliqualiter magis latè, videlicet hoc modo. Nam aut quærimus de termino à quo, aut quęrimus de termino in quo, aut quęrimus de termino ad quem. Si quęramus de termino à quo id est de decreto, seu mandato, vel commissione citandi adhuc distinguere habes de diuersis conditionibus citationum. Nam quędam sunt citationes quæ non possunt fieri nisi à iudice pro tribunali sedente & iudicialiter procedente. De quibus loquitur dicta. l. à procedente. & quę sint illæ satis dixi in pręallegata sexta quæstione: & de istis est indubitatũ quòd non possunt fieri die feriato, ad diem etiam non feriatam, quia de processu sunt iudiciali, qui inhibentur per legem & etiam per decretalem. Alię verò sunt citatiões quę possunt fieri à iudice pro tribunali non sedente & extra iudicium, quæ quales sint, dixi etiam in dicta sexta quęstiõe, & istæ quandoque decernuntur iudicialiter, quandoque verò extraiudicialiter. Si decernuntur iudicialiter dicuntur iudiciales, & sic de iure non valent factę die feriata, etiam ad diem non feriatam: ea ratione, quia processus iudiciales fieri prohibentur ijs diebus. & hoc satis clarum. Si verò decernuntur extraiudicialiter hic punctus in quo tamen puto standum cum opinione communi, quam seruaui, & seruari vidi per dominos coauditores meos, dum eram auditor. & vltra allegata. ad partem istam mouet me, quòd talis citatio extraiudicialiter facta est actus omnino extraiudicialis nullam requirens causę cognitionem iudicialem, & sic de per se consideratus non est contentiosæ sed voluntariæ iurisdictionis. ¶ Talia autem fuit etiam ijs diebus. vt legitur & notatur. C. eodem. leg. actus. secundo responso. vnde frater Ioannes in Summa confessorum. libro primo, tractatu duodecimo sub rubrica de ferijs. capitulo septimo ad finem. dicit post glosam super Raynut. in Summa § tertio & quarto. quòd in diebus festiuis fieri possunt quę sunt voluntariæ iurisdictionis, sicut adoptio, emancipatio, excommunicatio, absolutio, vbi non requirit causæ cognitionem. puta in notoriis, & manumissis, & curatorum datio miserabilibus personis, sic enim quolibet tempore potest appellari, licet appellationis exercitium prohibeatur, vt ibi dicit. vt. C. eodem. leg. prima. licet enim citacio duplici respectu dicatur esse de processu. Primo quidem, qui habet scribi in processu: quia nisi constaret de ea per processũ

nnn pos

nñ posset per eam iustificari processus.vt in dictn.c. quoniá.
Secundo respectu,quia virtute illius inchoatur processus, qui
aliàs inchoari non potest. & sic loquitur.§.finalis.insti.de pe.
teme.litig tamen illo respectu quem debemus hic considera
re non est de iudiciali processu:quia ad eam iudicialiter pro
cessum non fuit.Solum enim hac consideramus quòd fit con
tra iuris prohibitionem his diebus,& nõ quòd ex eo,vel pro
pter id posteà sequitur. cuiusmodi est scriptura,& iudicialis
processus hoc casu:cùm enim huiusmodi constitutionis est
vt liberius vaccare possit homines venerationi huiusmodi se
stiuitatum ,vt patet in eo quod legitur & notat.s̃.e.c.j. quòd
non respiciunt,nisi ea sola quæ contingunt in festiuitatibus
ipsis.Et pro hoc facit q̃ notatur per Host.j̃.de proba.quoniá.
super verbo citationes.videlicet ꝙ primo citatio ante iudicia
lis dici potest,& licet dicat quòd omnes citationes sequentes
litis contestationem sunt iudiciales, non tamẽ dicit quòd om
nes sint decretæ iudicialiter. Et facit pro parte ista quia sicut tẽ
pore inhabili,vtpote feriato.j̃.loco inhabili.i.extra territoriũ
pro bibetur quis suam iurisdictionẽ exercere.de iur.om. iud.
l.fi.& tamen extra territorium propriũ & in territorio alie-
no quis potest facere cõmissionem alteri,per quã suam pro-
priam iurisdictionem in suo territorio habet exercere.in au
then.de collato.§.antequam verò prouinciã.ar.ff.de offi.pro
consul.&.l.iiij.§.fi.& notatur de offi.lega.c. nouit.prout ibi
scripsi post Inno.in.v.oppositiõe.super quo vide quod scri-
psi in clemen.ij.de offi.ordi.in.iij.quæstione. Igitur cõmis-
sio de citando potest fieri etiam die feriato quemadmodum
& cõmissio totius iurisdictionis.ar.ff.de rei ven.l.quæ de to
ta.Non enim diceres cõmissionem vniuersitatis causarũ, vel
totius vnius causę scriptã:& datam tempore feriato propter
hoc esse nullam.Nec subest ratio quare magis debeas dicere
nullam esse commissionem vnius articuli quam totius causæ.
idem probatur,& alio modo,quia licet omnia opera etiam
licita per quæ posset quis impediri à veneratione festi regula
riter sint probibita.vt.s̃.eo.c.j.&.c.licet. tamen non est talis
prohibitio quæ facta in contrarium ipso iure irritet, pręter
casus specialiter in iure expressos,vnde processus iudicialis at
que sententia bene per constitutionem irritantur.seu decer-
nuntur irriti.sub distinctione tamen quam habes.j̃.e.c.§ qui
bus.Sed ex boc non infertur quòd idem sit in alijs, imo ma-
gis totum contrarium:quia si speciale est in illis in alijs,debet
esse in contrarium ius cõmune.vt.ff.ad municipa.l.j.in fine.
Dices enim contractum in mercato habitũ contra decre. pri
mam.s̃.c.esse nullum durum esset.Ista enim quę perpetuam
causam prohibitionis non habent non irritantur ipso iure
constitutionem prohibentem.vt.j̃.de spõ.duo.c penul.& ꝙ
ibi notatur in glo.ij.& quòd notatur in Cyn.aliàs in clemẽ .j.
de iure patro.super verbo prohibentes.Modo ad propositũ
commissio facta de citando extra iudicium,de citando reve
ra non est processus videlicet iudicialiter factus,nec est sentẽ
tia diffinitiua,vel interloqutoria iudicialiter lata, sed est quæ
dam simplex commissio extra iudiciũ facta.Nec ob.quod di
citur per Io.Cal.quòd decretum citatiõis non debet fieri sine
aliquali causæ cognitione saltem quæ in iudicis consideratio
ne pendet.nam illud verum quando decernitur inter partes
præsentes,& super hoc articulo concertãtes.& sic intelligitur
l.à procedente.vt ibi notatur in Cyn.Sed secus vbi extra iudi
cium contra partem absentem absq; huiusmodi altercatione
decernitur,vt in proposito prout scripsi.s̃.titu.j.pręterea. in
viij.quęstione.Et si ad saluandum dictum Cald. vis causę co
gnitionem pro aliquali deliberatione recipere.tamen totum
illud respectu prohibitionis est arbitrarium:quia quandoq;
est necessaria deliberatio maior,& qñq; minor & quandoq;
nulla.cum enim subditus ordinarij petit alium eiusdem or-
dinarij etiam subditum citari eidem de iustitia responsurum.
hic nullà solet per ordinarium deliberatio adhiberi, sed sta-
tim concedi mandatum de citando,& sic cessat hic ratio Io.
Calde.potest requiri deliberatio aliqualis,vt in delegato vide
licet an cadit sub deliberatione ipsius,vel in ordinario ratio-
ne contractus, iuxta ea quæ scripsi in præallegato capitulo
prætereà.in tribus primis quæstionibus.Quandoque requi-
ritur deliberatio maior, vt in dicernendo citationem perso-
nalem.de iudic.cap primo libro sexto.vel super crimen con
tra delatum.vt.C.de exhi.re.l.nemine.
¶ Fateor autem quòd de mente istorum iurium est prohibe
re iudicib⁹ ne præter causam necessitatis, vel pietatis. De quo
hic in.§.quibus.&.C.ead.l.prouinciarum.in talibus negotijs
requirentibus magnam deliberationem in festiuitatibus se
inuoluunt,ne per hoc ad festiuitatem venerationibus retrahã
tur.Sed dico quòd præter casum.§.quibus videlicet de sentẽ-
tia & processu facta in contrarium irritant,vt dixi supra. Et
est ratio,quia talis prohibitio non potest esse generalis, nec
perpetua.Sed necesse est dicere,quòd sit arbitraria: quia tam
parua potest esse deliberatio & occupatio, quòd festiuitatis
celebrationem nõ impedit,& sic sub prohibitione non cadit.
vt scripsi supra.eod.cap.j.in fine.iij.quæstio. Talia autem ar-
bitraria per prohibitionẽ contrariã nõ irritantẽ expressẽ nõ
censentur ipso iure in dubio reuocari,aliàs irritari, vt dixi.s̃.
¶ Determinationi quo.i de excecutione citationis,quã facit
commissarius admonendo citandum,de comparendo certa
die,distinguere potes,quia aut quæris an fieri debeat,aut quę
12 ris an citatũ arctet.† primo casu dico,ꝙ fieri nõ debet,& est
13 ratio quia citatum nimisà deuotione retraheret.† Cùm enim
sit bonarum mentium execrari lites ff.de alie.mu.iu.cau.fac.
l.item si res.Conturbatur enim per citationem mens citati,
& intra se inquietatur,& abducitur à deuotione in solicitudi
nem deliberandi,& cogitãdi super causa citationis sibi factæ,
& plerunque prouocatur ad iracundiam contra illum, qui
citationem impetrauit,& ita de mente cadit sub prohibitio-
ne operis seruilis.De qua supra eod.cap.primo.& capi.licet.
14 † Si enim prohibetur finis & terminus,prohibetur principiũ
& via perueniẽdi ad illum.ff.de spon.l.oratio.& boc de exce
cutione verbali.In reali autem quæ fieret per manus apposi-
tionem in personam fortius vrgeret ratio,de qua supra.Si ve
rò quæris vtrum talis citatio quæ fieri nõ debet etiã ad diem
non fariatam si facta fuerit die feriato ad diem non feriatam
arctet citatum.Et hic volui quandoque dicere,quòd sic.j er
ea quæ dixi in præcedentibus.Dicebam tamen, quòd fallit
in die dominico propter reuerentiam tantæ festiuitatis sic
intelligens .l.dies festos.§.primo C.eodem. Item tamen in
telligendo de festis maioribus,vel æqualibus ipsi dominico
ex identitate rationis.Sed ex mente iurium posteà intra me
reuolutus fui mantellum.apparet enim mibi quòd citatum
non arctet.¶ Moueor hac ratione,quia processus iudicialis
in die feriata huiusmodi agitatus est ipso iure irritus,salua di
stinctione.§ quibus.modo non apparet mihi negari posse,
quin talis citationis executio sit de iudiciali processu ,eo re-
spectu quo recepimus hic processum.Nam hic interueniunt
substantialia processus.videlicet iudex,seu commissarius ip-
sius iudicis,& instantia partis,quæ citationem procurauit,&
pars alia quæ citatur,& mandatum iudicis ac eius executio
ad vnius partis instantiam directa in partem aliam . infra de
verborum significationibus.c forus.§ in omni. Igitur debet
ibi censeri iudicialem interuenisse processum: quia vbi repe-
riuntur omnia substantialia actus,negari non potest actus
ipse.vt.ff.de confir.tuto.l.naturali.§ si quæratur. Et ideò vide
tur textus declarare ꝙ talis executio inducit litis pendẽtiam
maximè dum in citatione talia sunt expressa,per quæ plenè
possit instrui,super quibus in iudicio conuenitur,supra titu-
lo primo.c.j.& in clemen.ij.infra vt lite penden.Nec obstat
quòd talis actus non fit in loco maiorum: quia in qualibet
parte sui territorij potest sua iurisdictio exerceri.de offic.or
din.cap.cũ Episcopus.libro sexto.Nec obstat. quòd non fit
à iudice sedente pro tribunali,quia iste non est actus requi-
rens causæ cognitionem,licet sit iudicialis,& iudicialiter agi
tatus. Tales autem actus bene fiunt sine tribunali, vt nota-
tur in.l.à procedẽte.alle.& dixi in prædicta.vi.q. Et facit opi
nio q̃ habet,ꝙ citatio facta extra territoriũ nõ arctat citatũ.

¶ De qua dixi ad plenum infra de foro competen. Romana. § contrahentes. libro sexto. in septima quæstione. & de qua videtur esse textus in clementina pastoralis. de re iudicata. § nosquoque.

¶ Supposita tamen opinione contraria quā tenui in præallegata. l. ij. q. & sequēti. dico q non nbstat: nam hic est alia ratio prohibitionis, quā considerauit legislator, videlicet impedimentū deuotiōis, & venerationis. &c. quæ licet non vrgeat in omni casu quoad irritandū ipso iure, vrget tamen respectu sententię & processus vt hic. Facit quia constitutio huiusmodi sic irritans sententiā & processum, facta est ad honorē Dei & ecclesię ac sanctorum, & per consequēs est extensibilis. vt. ĩ. de reg. iur. odia. lib. vj. Facit quia magna est ratio quę pro religiōe facit. ff. de relig. & sump. fu. l. sunt personæ. C. de sacro. eccle. l. fi. in authen. de alie. § si minus. coll. ij. Nec ob q ius ipso iure irritans videtur odiosum & restringēdū, per id quòd notat Nouel. de elect. c. qm̄. lib. vj. super sua glo. ij. Fateor tn̄ q cōmuniter seruatur contrariū, prasertim apud sedē Apostolicam vbi auditores palatij citāt per cursores in quibuscunq; festiuitatibus, quantumcunq; magnis, videlicet ad dies nō feriatos, non q ita fieri per expressum mandent, sed quia ita cursores faciunt nec admitteretur impugnatio cōtra istud. Et ita seruant etiā extra curiam Romanā apparitores communiter omniū aliarū curiarū. Et fateor etiā q hæc opinio etiā de iure posset probabiliter sustineri, per ea quę dixi in membro proximè pręcedēti: & in pręallegata. vij. questione. & quicquid sit omnino cōsulo, q ab hac cōmuni opinione non recedas, maximè in iudicijs: quia consuetudo generalis interpres huius dubij, facit ius. ff. de legi. l. si cum interprætatione. vt dixi in fine articuli precedentis. ¶ De termino ad quem non refero qōnem: quia oēs in illo concordant, videli-
15 licet † q processus habitus die feriata virtute cuiuscunq; citationis quātūcunq; emanatæ, vel executæ fuerit agitatus ipso iure non valet. vt hic in § quibus.

¶ TERTIO quæritur, ibi: *festiuitatum omnium virginis gloriosæ*. nunquid intelligitur istud de festo conceptionis ipsius virginis gloriosę? Io. And. hic dicit, q festum istud hic non includitur licet in multis locis celebretur ex deuotione non improbanda. de hoc in Specu. e. titu. post prin. Posteà subdit hęc verba. *in tamen d cas conceptionem illam quæ fuit ex humano semine non venerandam, ex hoc quod fuit in originali concepta.* vt notatur de conse. dist. iij. c. j. Sed post conceptionē immediata sanctificata & ob hoc colit ecclesia festum natiuitatis secundum eum. & idem etiā in Spec. vbi supra. Ioan. Cald idē sentiēs refert qualiter Beatus Ber. in epistola ad canonicos Lugdunenses de hoc tractat, & tenet eam conceptā in peccato, & detestatur illorū consuetudinem qui festū conceptionis suæ colūt. Fatetur tamen Ber. q post conceptū in vtero iam existens, sanctificationē accepit, q̄ sanctificatio peccato exclusо sanctā fecit natiuitatem, non tn̄ conceptionem. Mart. de salua dicit, q Io. And. & Io. Cald. eius filius adoptiuus, hanc partē quā tenent omnes prædicatores tenuerunt: quia fuerunt de sequela ipsorum, ideò q ambo in ecclesia prædicatorū suam sepulturam elegerunt, & sepulti fuerunt. Dicit etiam se audiuisse à domino Vabień. q cum vnus frater minor in theologia magister Tholosæ in domo fratrum minorum pro parte ista publicæ prędicasset & facto sermone in quodam altari Beatę Marię in dicta ecclesia celebraret, & beatę Marię imaginē tunc videre non potest, rogaretq; Deum, q indicaret sibi causam huius, dictum fuit supra à quadam voce desuper, q ideò erat: quia prædicauerat pro parte prędicta, prout idem frater in proximo festo sancti Thomę præsente & audiente ipso domino Vabień publicè postea prædicauit, recipiens pro themate Thoma quia vidisti, credidisti. refert etiam, q narratur quòd Beatus Ber. eo q pro parte ista scripserat, vt pręfert post mortem visus fuit difformis & niger. Collecta. hoc idem sentiens. ĩ. de sum. trini. & fi. catholica. c. firmiter. charta. viij. collumna prima. vers. sed nunquid Beata Maria. primo dicit q non est verum, quòd aliqui dicunt, quòd caro Beatę Mariæ ante infusionem animæ fuerit sanctificata, quia sicut anima sine charitate, ita & fortius caro sine anima gratiæ susceptiua non est. de pœ. distinct. ij. Adam. Et ideò dicit quòd fuit concepta in peccato, & q pro ista opinione facit satis clarè textus Augustini. de conse. di. iiij. firmissimè imo quòd expressum videtur in. c. filius Dei. e. dist. vbi dicitur, quòd filius Dei carnem peccati suscepit.

¶ Secundo dicit quòd non decuit, quòd Deus sanctificaret & purificaret ab originali peccato illud semen, de quo Beata Maria concepta fuit ante animæ infusionem: quia hoc potius esset ad detractationem virginis, & eius honoris. Cuius pręrogatiua est, quòd sine peccato concepit, & sine dolore peperit, & iam hoc eius parentibus non est concessum: quia nobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit, præbetur. xcix. di. ecclesiæ. Pręterea quia hoc esset detrahere redēptori. s. quòd principale membrorum ecclesiæ videlicet Beata virgo ad eū non pertineret. Facit quia Christus nō solū nasci voluit de carne illa infecta, pro cuius redēptione se exinaniuit, sed & voluit de adulterinis amplexibus nasci, ad significandum quòd pro salute omniū venit. lvj. distin. per Moysem.

¶ Idem tenet hic. inducens quòd Deus conclusit omnia sub peccato, vt omnibus misereretur. de pœn. distin. ij. liberi arbitrij. descenditque in mundum pro redemptione humani generis. duodecima quæstione secunda redemptor. de cele. missa. cum Marthæ. de cuius propagine non est dubium Mariam descendisse.

¶ Archidiaconus post Hug. de consecra. distinctio. quarta c. firmissimè. allegato. dicit. quòd duæ sunt natiuitates, vna in vtero, & alia ab vtero, & quòd nasci in vtero est animam infundi corpori. Nasci verò ex vtero, est ex vtero in lucem prodire, & subdit quòd Beata virgo, Ioānes Baptista, & Ieremias cum originali peccato nati fuerunt in vtero, & quòd hoc vult dicere textus in dicto capi. firmissimè ibi omnem hominem. &c. Ex quo infertur quòd conceptio Beate Mariæ non debet celebrari, sed natiuitas ex vtero ipsius. & Beati Ioannis bene celebratur. Quia fuerunt in vtero sanctificati. & eis fuit dimissum peccatum originalę, & ad istam partem. allegauit pro casu in die Paschæ, Anno octuagesimo octauo, coram domino nostro Clemente Papa septimo. in publica & communi collatione frater Ia. magister palatij ordinis fratrum prædicatorum. c. placuit quicunque paruulos recentes. de consecra. distinctio. quarta in fine. quòd fuit consilium generale. vide super Thomam in prima secundæ qōne octuagesima prima articulo primo, & in quolibetis suis quolibeto sexto. quæstione prima, quæ incipit ad primum sic proceditur, & magistrū sententiarum libro tertio distinctione tertia capitulo primo & secundo. Item vide tractatum latum super hoc edictum a fratre AEgidio de Roma. ordinis fratrum Hęremitarum sancti Augustini.

¶ Quid dicendum? hic videntur emergere duę quæstiones. Prima vtrum Beata virgo fuerit ab initio immunis totaliter ab originali peccato.

Secundo vtrum male agant qui celebrant festum de conceptione ipsius.

¶ Primam quæstionem nondum digessi, sed de illa Deo prosperante propono dicere. ĩ. de celebratio. missa. c. consilium. vbi de festis Beatę Marię virginis fit mentio. Tamen pro nūc non ęstimo dubitandum, quin Deus hoc potuerit cum humanitatem Christi ab hoc præseruauerit, secundum omnes.

¶ Nec apparet mihi, quin si Deus hoc fecisset. quin istud cessisset ad magnam decentiam virginis gloriosæ. Cum decētius sit nunquam contagiari quàm à contagionę mundari, verum quia non reputo argumentum de necessitate inferre, quòd ita fecerit, hoc cum sit contra communes regulas, non audeo pręsumptuosè assererere: nec etiam illos qui piæ hoc credunt propter miracula quæ dicuntur circa hoc cōtigisse, eo quòd sic fieri potuit auderē pręsumptuosè damnare. Circa verò quæstionem secundā de qua etiā dicere ppono, in loco palle. scias q ego ipse festū huiusmodi solēnizo, & vidi apud apostolicam

sedem

fedem per cardinales,prælatos & alios,ac per omnes ecclesias etiam mendicantium preterq̃ fratrũ prædicatorum sciente, ac permittẽte Romano Põtifice celebrari.& intelligo q̃ per totã christianitatẽ celebrat̃,ideò dicere q̃ celebrari non debeat, valde p̃sumptuosũ iudicarẽ.cũ parẽ autho.habeãt gñales ecclesiarũ cõsuetudines, sicut canõicę sanctiões.xj.di.c. ecclesiasticarũ &.c.in his.&.c.catholica.vix enĩ æstimare possem q̃tota ecclesia,vel quasi circa diuinũ officiũ sic deciperetur,cũ à spiritu sancto rogatur. ¶ Veruntñ possunt hic ootari duæ cõceptiones,vna carnalis,dum anima corpori cõiungitur, & istã licet celebreot tenentes conceptionem,talem fuisse sine peccato:illam tamen celebrari non habent tenentes partem contrariam,nec etiam indifferentes, vel etiam dubitantes. Alia põt dici conceptio spiritualis, per quam concepta fuit spirituali ter in sanctificatione ipsius, & quia in ista omnes concordant omnes ipsam celebrare possunt.verum vt scholastici habeant causam planius videndi,mandaui hic addi quædam extracta de scruptis sacræ scripturæ,& sanctorum per quẽdam docto rem,sed nec propter hoc illa approbare,& nec etiam reprobare intendo,quę sequntur.

Augustinus.

¶HAEC sunt dicta sanctorũ,atq; doctorũ ecclesiæ loquẽtiũ de peccato originali,qnod à transgresſioue peccati primorũ parentum Adæ,& Euæ citra oẽs homines vtriusq; sexus, qui per coitum viri & mulieris generantur contraxerũt & contra hunt conceptum,excepta vnica persona domini nostri Iesu Christi,qui solus sine peccato conceptus est de spiritu sancto ex maria virgine.

¶PAVLVS in epistola ad Romanos.v.Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit,& per peccatum mors,& ita omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt.

¶AVGVSTINVS,in libro de fide ad Petrũ circa principium loquens de incarnatione filij Dei,qua verbũ caro factum est,ait io hunc modum.

¶ISTAM VERO cæterorum hominũ carnẽ,per humanum certum est nasci per concubitum,viro seminãte, fœmina verò cõcipiente, atq; pariente: quia sibi ad inuicem vir mulierq̃ miscentur,vt filios gererent,sine libidine noo est parentum concubitus ad homo filiorũ ex eorum carne nascentium.Nec potest sine peccato esse conceptus.vbi peccatum in paruulos non transiuit vt propagatio sed libido, nec fœcunditas naturæ humanæ facit homines cum peccato nasci. Sed fœditas libidinis,qnam homines habent ex illius primi iustissima condennatione peccati. Ideò Beatus Dauid,quam uis de legitimo nasceretur,iustoq; coniugio in quo.s.infidelitas,culpa,nec fornicationis macula poterat,propter originale tamen peccatum quo naturaliter obstricti filij sunt,iræ.nõ solum impiorũ filij,sed etiam omoes qui de iustorum sanctificati carne nascuntur exclamat vt dixit,Ecce enim in iniquitatibus meis conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. Sanctus etiam Iob dicit mundum à corde non esse hominem,nec si vnius diei sit vita eius super terram Dei ergo filius vnigenitus,qui est in sinu patris,vt carnem hominis animamq; mundaret susceptione carnis atq; animę rationalis incarnatus est,& qoi est Deus verus,homo verus factus est, non vt alter Deus,esset alter homo:sed idem Deus,idem homo,qui vt illud peccatum quod in concubitu mortalis carnis humana generatio natura contraxit conceptus nouæ moræ Deus incarnatus est in matre virgine,sine coitu viri,sine libidine concipientis virginis.vt per se Deum hominem quem absque libidine conceptum inuiolatus edidit virginis vterus, ablueretur peccatum, quod nascentes trahunt omnes homines,qui in corpore mortis huius talis est nascendi conditio, vt matris eorum fœcunditas opus impleri non potest, nisi prius virginitati carnem amiserint.Solus igitur abstulit peccatum conceptionis atq; natiuitatis humanæ Deus vnigenitus qui dum conciperetur veritatem carnis accepit ex virgine, & cùm nasceretur integritatem virginitatis seruauit in matre.

¶IDEM IN EODEM libro capitulo vigesimo tertio, & habetur partim in decretis.de consecra.dist.iij.

16 ¶FIRMISSIME tene & nullatenus dubites,† omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc irę nasci filium. De qua dicit Apostolus. Eramus enim & nos natura filij iræ sicut & cæteri, à qua ira nullus liberatur nisi per fidem mediatoris Dei, & hominum Ihesu Christi,qui sine peccato natus,sine peccato mortuus,peccatũ pro nobis factus est, id est sacrificium factus est pro peccatis nostris.

¶IDEM in eodem capitulo vigesimo tertio.& habetur in decretis.de conse di.iiij.

¶FIRMISSIME tene,& nullatenus dubites, non solum homines ratione vtentes, verum etiam paruulos in vtero matrum,qui viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue iam de matribus,siue sacramento sancti baptismatis quod datur, In nomine patris & filij & spiritus sancti. de hoc seculo transeunt ignis eterni sempiterno supplicio puniendos. quia & si peccatum propriæ actiõis nullum habuerint, originalis tamẽ peccati dãnationẽ carnali cõceptione, & natiuitate traxerũt.

¶IDEM in eodem,postquam præmisit quadraginta capitula quæ vniformiter incipiunt firmissimè,tene & nullatenus dubites. De quibus duo superius posita sunt de ipsis quadraginta in fine libri ita concludit.

¶Hæc interim quadraginta capitula ad regulam veræ fidei firmissimè pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patienterque defende,& si quen contraria ijs dogmatizare cognoueris tanquam pestem fugę, & tanquam hæreticum abijce.ista enim quæ possumus ita catholicæ fidei congruunt, vt si quis noo solum omnibus sed etiam singulis voluerit contraire in eo quòd singulis horum contumaciter repugnat & ijs contraria docere non dubitat, hæreticus est,& fidei Christianæ inimicus,atque ex hoc omnibus catholicis anathematizantibus appareat.

¶AVGVSTINVS libro primo de baptismo paruulorum.

¶Sed & nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore,

¶IDEM IN EODEM. solus sine peccato natus est, sine virili complexu non concupiscentia carnis sed obedientia mentis virgo concepit.

¶ITEM Libro secundo de baptismo paruulorum.

¶In hoc autem ait. viuat aliquis in seculo,vel vixerit, victurus ve sit,sine vllo omnino peccato excepto vno mediatore Dei & hominum & homine Christo Ihesu qui dedit semetipsum redemtionem pro omnibus, quãta ipse donat diligentia vel facultate alias facilitate differendum enotandumque suscepi.

¶IDEM in eodem proponit quæstiõem quadripartitam & sic ait.

¶Sed & alia quæstio est, vtrum sit alia, si non est cum posſit esse, cur non sit alia. vtrum qui omnino nunquam vllus peccatum habuit non solũ quisqnam.Sed vtrum etiã poterit aliquando esse vel posſit.

¶Proposita verò quæstione & prosequutis ac determinatis tribus primis membris paulò post quartum prosequitur hoc modo.

¶Quartum autem iam illud restat quo explicito quam adiuuat dominus,seruus quoque iste tam prolixus tandem terminum sumat. vtrum qui omnino nunquam vllum habuerit peccatum habiturus ue sit non solum quisquam sit.

¶Vtrum etiam potuerit aliquando esse, vel posſit, hunc prorsus nisi vnum mediatorem Dei & hominum Christum nullum esse,fuisse, vel futurum esse certissimum est.

¶IDEM IN EODEM. Solus ergo ille etiam homo factus manens Deum peccatum nunquā habuit, vel sumpsit carnem peccati, quamuis de materia carne peccati quod ex inde carnis suscepit id perfectè, aut suscipiendum mandauit, aut suscipiendo mandauit.

¶IDEM IN EODEM. sicut generatio carnis peccati vnum Adam ad condemnationem trahit omnes qui eodem modo generantur, sic generatio Spiritus gratiæ per vnum Iesum Christum ad iustificatiunem vitę eternæ ducit omnes, qui eo modu prædestinati regenerantur.

17 ¶IDEM IN EODEM circa finē, sic cōclusit dicens. Teneamus ergo indeclinabilem fidei confessionem, solus vous est qoi sine peccato natus est in similitudinē carnis peccati sine peccato.

¶AVGVSTINVS in libro de nuptijs & concupiscentia sic ait.

¶MANE itáq; nuptiarum bonum impletū est in illis parētibus Christi. Proles, Fides, & Sacramentum. Prulem cognoscimus ipsum Iesum, fidemq; nullum adulterium, sacramētū: quia nollum diuortium ibi nunptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri nō poterat, sine illa carne cōcupiscētia, quæ accedit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato non in carne peccati, sed in similitudinē carnis paccati, vt huic etiam doceret omnem quæ concubitu nascitur carnem esse peccati, quando quidam sola quæ non in de nata est, non fuit caro peccati.

¶IDEM IN EODEM ex hac igitur cōcupiscentia carnis quod nascitur vtiq; muodo non Deo nascitur.

¶IDEM IN EODEM. ex hac carnis cōcupiscentia quæ licet in generatis iam non deputetur in peccatum, tamen naturæ nō accidit, nisi de peccato ex bac in quā cōcupiscētiā carnis tanquam filiam peccati. & quando illi ad turpia consentiunt, etiam peccatorū matres multorum quæcunq; nascitur proles originali obligata est peccato, nisi in illo renascatur, quod sine ista cōcupiscētia virgo cōcepit, propterea quādo est nasci dignatus, in carne sine peccato natus est solus.

¶IDEM IN EODEM. circa finē, sic ait vt sequit. &c.

¶De hac ergo carnis concupiscentia beatus Amb. Mediolanensis episcopus cuius sacerdotali misterio laureatum regeneratio o is acccepit, sic breuiter est locutus, cū exponens Iesaiā prophetam carnalē Christi natiuitatem insinuaret in deo inquit, & quia si homo vniuersa tentatus est in similitudinē hominum cuncta sustinuit, sed quasi de spiritu sancto natus abstinuit à peccato. Omnis enim bomo mendax. Et nemo sine peccato nisi vnus Deus. Seruatum est igitur vt ex viro, & muliere. i. per illam corporū cōmixtionem nemo videatur expers esse. qui autem expers est delicti, expers est & huiusmodi concepuonis. &c.

¶AVGVSTINVS in libro de prædestinatione gratię Dei circa principium, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertrāsijt, in qoo oēs peccauerūt ꝙ qui negent profecto primū nos esse mortales. sic enim vt dicit Apostolus. per vnū hominem peccatm intrauit in mūdum, & per peccatum mors, intrāte peccato: & quoniam mors nō oaturę conditiu sed pœna peccati est, sequitur necessè quòd est pœna peccatū: quia in omnes homines mors pertransijt, in omnes necesse est pertransire peccatum, quomodo cum paruulis in originale nascatur, carnis oculis videre nō possumus: quia nec omnes ex Adam carnaliter natos, & si illi iam etiam in Christo renati sunt videmus mortis lege cōstringi, per hoc quòd videmus illud quòd non cogitemus confiteri facilius enim fieri potest vt quamuis transeunte peccato pœna minimè sequeretur, quàm vt nulla communione peccati partem sumat pœne, quæ non babet culpæ.

¶AVGVSTINVS contra cartulā missam Valerio Comiti à quodam reprehendente eundem librum, sic ait.

¶ITA VERO EST, ita est. sicut enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt per vnius illius voluntatem malam omnes in eo peccauerunt, quando omnes illi fuerint, de quo propterea singuli peccatū originale traxerūt. dicis inquit, ideò illos esse sub Diabolo, quia de sexus vtriusque commixtione nascuntur. dico planè propter delictum illos esse sub Diabolo, ideò autem expertes non esse delicti, quia de illa commixtione sunt nati, quę sine pudenda libidine, non potest etiam quod honestum est operari, & dicit hoc beatissimę memoriæ Ambrosius Mediolanensis ecclesiæ Episcopus cum Christi carnalē natiuitatem, ideò diceret expertem esse delicti, quia conceptus eius vtriusque sexus commixtionis homini esse sine delicto: quia si de illa commixtione conceptus sit. Nam verba eius ista sunt, ideò inquit, & quasi bomo per vniuersa tentatus in similitudine cuncta sustinuit. Sed quia de spiritu abstinoit à peccato omnis homo mendax, & nemo sine peccato, nisi vnus deus. Seruatum est igitur inquid, vt ex viro & muliere. i. per illam corporum mixtionem nemo videatur expers esse delicti. Qui autē expers est delicti, expers est etiā huiusmodi cōceptionis.

¶IDEM IN EODEM. Non ergo istam bumanā malè deffendēdo impediebat ad salutem naturæ: quia omnes sub peccato nascuntur, & per vnum solum qui sine peccato est natus liberantur, ita inquid ista corporum commixtio cum calore, cum voluntate, cum semine à Deo facta, & pro suo modo laudabilis approbatur, quæ aliquando etiam amplum efficitur minus piorum. dixit cum calore, dixit cum voluntate, dixit cum semine non tamen ausus est cum libidine. Quare ipsi nominare erubescit, quod laudare non minus autem piorū propagatio est fœcunda filiorum, non commotio pudenda mēbrorum, quam non haberet in generādis filijs natura sana, nunc autem habet eam natura vitiata. per hoc & qui inde nascitur indiget renasci, vt sit mēbrum Christi de quo nascitur renatus est indiget liberari ab ea in corpore mortis huius, id est lege peccati.

¶ANSELMVS HIC. Florebat tempore Vrbani Papę secundi, qui incœpit Anno Domini millesimo. lxxxix. seditque annis. xj. fuitque Anselmus prius Abbas Bercensis, demū Archiepiscopus Cantuariensis, vir in diebus suis literaturę mirabilis, sanctitate insignis, verum organum spiritus sancti, quę plura scripsit volumina mira ingenij subtilitate fulgētia. obijt autē Sanctus Anselmus, Anoo domini millesimo cētesimo.

¶AVGVSTINVS in omelia. xiij. super Iohannem in fine capituli tertij. super illo verbo qui credit in filium habet vitam eternam. sic ait.

¶QVI AVTEM incredulus est filio, non videbit vitā ęternam, sed ira Dei manet super eum. Non dicit ira Dei venit ad eum, sed ira Dei manet super eum. Omnes qui nascuntur mortales habent secum iram Dei. quia iram Dei primus Adam. s. enim peccauit primus homo, & audiuit morte morieris, factus est mortalis cum ira Dei, cum ira Dei nati sumus. venit iode filius non habens peccatum, & inductus est carne, inductus est mortalitate, sed ille nobiscum communicauit, iram Dei nos pigri sumus communicare cum illo gratiam Dei. Qui ergo non vult credere in filium iram Dei habet. De qua dicit Apostolus. tamen, & nos natura filij iræ sicut & ceteri. omnes ergo filij iræ: quia de maledicta morte venientes.

¶ANSELMVS Cantuarieñ. Archiepiscopos: libro secundo. cur Deus bomo. c. xvj. Nam si et ipsa hominis, eiusdē scilicet Christi conceptio munda fit, ꝫ absque carnalis delectationis peccati virgo cum ipsa vnde assumptus est, in iniquitatibus concepta est. & io peccatis concepit eam mater eius. Et cum originali peccato nata est, quoniam & ipsa in Adam peccauit in quo omnes peccauerunt.

¶IDEM IN EODEM. Virgo autem illa de qua homo ille. s. assumptus est.

¶IDEM IN EODEM. Verè uamque moriturus erat, ouoniam si verè nou fuisset moriturus non fuisset vera fides futurę mortis eius per quem & illa virgo de qua natus est, & multi alij mundati suot à peccato.

Item

¶IDEM IN EODEM.capitu. decimoseptimo. Ostendimus vt puto certam rationem quomodo Deus assumpsit hominem sine peccato de massa peccatrice.

¶IDEM IN EODEM capitulo decimoseptimo. Et si aliam nunc inrequirere velle necesse est inuestigare quid originale peccatum,& quo modo à primis parẽtibus in vniuersum genus humanum præter illum de quo agimus hominem diffundatur.

¶IDEM ANSELMVS.in libro de cooceptione virginali. Hoc autem nullatenus refragatur nostrę rationi, quæ semen de virgine sumptum asserit esse mundum,quamuis de massa peccatricæ.

¶IDEM IN EODEM.Qnare quoniam per præparationẽ naturalem datam Adæ sunt generatę,nequaquã possunt esse,aut debent ei de quo agimus in conceptionis assimilari miraculo,vt ab originalis peccati vinculo absoluti possint ostendi.

¶IDEM IN EODEM. Et si vsq; ad virginem matrẽ in parentibns & voluptas seminauit,& natura germinauit,vt ipsa partim naturali, partim voluptati occursu ad suum esse ab Adam produceretur sicut omnes alij.

¶IDEM IN EODEM.Sed dico peccatum originale in omnibus infantibus conceptis naturaliter æquale esse,sicut peccatum Adæ,quod est causa cur nascantur.

¶HIERONIMVS. in libro quæstionum duodecim capitulorum Canones ad Apodemium capit. nono.quid sibi vult.&c.Ne hoc dicẽtes auellamur à vitijs,sed auctoritatem scripturarũ sequamur,quòd nullus homo absq; peccato,& concludit Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur, absq; eo solo qui peccatum non fecit,nec est inuentus dolus in ore eius.

¶AMBROSIVS .in epistola ad Romanos capitulo quinto.Manifestum itáq; omnes in Adam peccasse,quasi in massa.ipse enim per peccatum corruptus quos genuit omnes nao sunt sub peccato igitur, cuncti peccatores: quia ex ipso sumus omnes.

¶GREGORIVS.libro duodecimo moralium super Iob.capitulo decimotertio super illo verbo. Quis potest facere mundum de immũdo cõceptũ semine. Potest verò hoc loco intelligi,quia Beatus Iob incarnationem redemptoris intuitus solum vidit in hoc mundo hominem de immũdo semine non esse conceptum,qnia sic in mondo venit ex virgine,vt nil haberet de immunda conceptione,neq; enim ex viro & fœmina,sed ex sancto spiritu ex maria virgine processit solus ergo in carne sua mundus extitit, qui delectatione carnis tangi non potuit quia nec per carnalẽ delectationẽ venit.

¶OMNIS qui ingreditur hunc mundũ quadã contami-
13 natione affici dicitur.Propter quòd scriptura dicit.† nemo mundus à sorde,nec si voius diei fuerit vita eius.Hoc ipsum ergo quòd in vulua matris est positus,& quia materiam corporis ab origine paterni seminis sumit in patre & matre contaminatus dici potest.aut nescitũ quia cum quadraginta dierum puer factus fuerat masculus offertur ad altare, vt ibi purificetur tanquã qui pollutus fuerit in ipsa conceptiõe,vel paterni seminis,vel vteri materni. Omnis ergo homo in patre pollutus est.Solus verò Iesus dominus meus in hanc generationem mundus ingressus est,& in matre non est pollutus. Et paulopost cõcludit sic ergo solus est hic sacerdos magnꝰ qui neq; in patre pollutus sit,neq; in matre.& sequitur paulo post,solus verò dominꝰ Iesus Christꝰ peccatũ nescit, neq; in patre,neq; in matre cõtaminatus est,& de sanctis nõ excipit.

¶IDEM ORIGENES super epistola ad Romanos, libro quinto.Sed videmus quomodo in omnes homines per transijt mors,in quo omnes(inquit) peccauerunt absolutè poenitentiã pronũciauit. Apostolus in omnes homines mortem pertransire peccati,in eo in quo omnes peccauerunt sicut.& alibi dicit omnes enim peccauerunt,& egẽt gratia Dei & ideò etiam si Abel illũ iustum dixeris nõ potest excusari omnes enim peccauerunt.

¶REMIGIVS . super epistola ad Romanos capitulo quinto super illis verbis.Præterea sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit,& per peccatum mors, sic dicit.Defectus dictiõis isto loco est huiusmodi, sicut per Adam peccatum,& mors intrauit,ita per Christum iustificatio & vita æterna venit Propterea inquit Apostolus quia reconsiliati sumus Deo sicut per vnum hominẽ Adam in hũc mundum id est vniuersitatem geoeris humani præter Christum qui de supernis peccatum intrauit,& per peccatũ mors venit,& ita per dominum Iesum Christum & iustificatio intrauit,& per iustificaoonem vita futura.Sensus est, sicot per Adam peccatum intrauit in genus humanũ,& mors per omnes transijt:sic per Christum,venit iustificatio,& vita.in ipso quoq; omnes peccauerunt quia in lumbis eius erãt,sicut Leui in lumbis eius erat patris,quando decimatus est.sequitur infra in eodem.

¶QVIA sicut ille peccator & mortalis extitit,ita omnes posteri eius peccatores & mortales nati sunt,& nascunt quotidie transducto originali peccato in posteros.vt Beatus Augustinus dicit non per cõcupiscentiam coitus,sed per gratiam domini nostri Iesu Christi liberentur à peccatis & à morte æterna.Sicut enim nullus homo extra Adã id est extra progeniem illius,ita nullus extra peccatum illius prëter Christũ.

¶SVPER epistolam ad Romanos capitulo tertio vbi dicitur non enim est distĩctio.omnes enim peccauerũt & egẽt gloria Dei.dicit glosa.

¶NON enim distinctio Iudęi & Gentilis, omnes enim tã Iudæi quã Gentiles peccauerunt, vel in seipsis, vel in Adam: quia sine peccato non sunt, vel quia originaliter astruxerunt, vel quòd malis moribus addiderunt: peccatnm enim primi hominis non solum ipsnm, sed etiam nocuit omne genus humanum:quia ex eo dãnationem simul,& culpam suscepimus.Peccauerũt namq; ergo omnes cũ ex vno peccatore omnes nascuntur peccatores & egent adhuc quotidie gratia Dei id est iustitia Dei,noo sua,quæ ideò dicitut gloria Dei: quia per hoc Deus gloriosus apparet,omnes igitur peccatores in uenit gratia Christi qui solus sine peccato venit.

¶SVPER EANDEM epistolam ad Romanos capi. quinto vbi dicitnr in quo omnes peccauerunt.glosa in ra.e post multa verba concludit.¶ In quo scilicet in Adam omnes peccauerunt,& in materia, omnes enim ille vnus homo fuerat id est ab peccato originẽ traximus, qui omniũ nostrũ origo,& materia fuit ex quo secundum propaginis successionem per carnis concupiscentiam descendimus simul in quo peccato omnes peccauerũt,siue enim intelligatur in quo homine, siue in quo peccato manifestum est. Alia enim sunt propria peccata, in quibus tantum peccãt,quorum peccata sunt aliud hoc vnum,in quo omnes peccauerunt,quãdo omnes illi vnus homo fuerant.manifestũ est itaq; omnes in Adã peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato,ex quo igitur cuncti sunt peccatores.

¶SVPER eãdem epistolam ad Romanos octauo,vbi dicitur.vt sit ipse primo genitus.glosa sic exponit.

PRIMOGENITVS dicit quia ante omnem creaturã nõ factus est,sed natus est.& qnia primus sine peccato natus.

¶SVPER epistolã ad Corinthios capitulo decimoquinto vbi dicitur. Sicut in Adam omnes moriũtur,& ita in Christo omnes viuificabuntur.glosa.¶ Sicut omnes moriuntur corporali morte in Adam: quia eius filij sunt a quo mortem & mortis meritum traxerunt, ita & omnes viuificabuntur in Christo:quia eius filij sunt sprituali regeneratione. Attende quomodo ait omnes mori in Adam & omnes viuificari in Christo:quia nemo ad mortem nascitur, nisi per illũ. nemo ad vitam nisi per istum:quia sicut per Adam omnes mortales in pœna facti sunt filij seculi, ita per Christum omnes immortales fiunt in gratia filij Dei.

¶SVPER epistolam ad Hebræos capitulo septimo vbi scribitur adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit

ei Melchisedeh habetur in glo. quæ accipitur à verbis Augustini decimo Genesis ad literam.

¶ SICVT enim Adam peccante qui in lumbis eius peccauerũt, sic Abrahã decimas dante, qui in lumbis eius erant decimati sunt. sed hoc non sequitur in Christo. Licet in lumbis Adæ & Abrahę fuerit: quia non secundum concupiscẽtiam carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus secundum carnem essent in lumbis Abrahæ quãdo decimatus est in eodem pariter decimati non sunt: quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus quo erat Leui, secundum rationẽ, quippe illam seminalem, vbi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat Christi caro, quamuis secundũ illam ibi fuerit Mariæ caro, Leui secundũ concupiscentiam carnalem. Christus secundum substantiam corporalem inde venturus erat. Cùm enim sit in semine & visibilis corpulentia, & inuisibilis ratio vtrumq; cócurrit, quòd Abraham vel etiã ex ipso Adã vsq; ad corpus Mariæ: quia & ipsum eo modo conceptum & ortum est.

¶ SVPER Psalmum illum. Ecce enim in iniquitatibus cóceptus sum gl. ¶ Non igit̃ se cóceptũ in iniquitate dicit, eo q̃ de sancto Iesse. & coniuge ipsius: sed ideò quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam & vinculum mortis. nemo enim nascitur nisi trahens pœnam & meritũ pœnæ, nisi qui de spiritu sancto conceptus est.

¶ BEDA super Lucam cap. primo. ¶ Ille autem veraciter solus sanctus est, qui vt ipsam conditionem legitimè corruptibili vinceret ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est.

¶ IN decretis. de conse. dist. iij. c. pronunciandum. sub illo verbo, *natiuitas*. habetur in glo. de festo conceptiõis nil hic dicetur: quia celebrandum non est sicut in multis regionibus fit, & maximè in Anglia. Et hæc est ratio: quia in peccatis cõcepta fuit, sicut & cæteri sancti excepta vnica persona Christi.

¶ IDEM. de conse. dist. iiij. c. per baptismũ. super illo verbo, nisi fortè miraculo. habetur in quadã glosa natiuitatis Mariæ in vtero non celebratur, sed natiuitas ex vtero.

¶ BERNARDVS, in quodam sermone de assumptiõe Beatæ Mariæ, qui incipit. Intrauit Iesus in quoddã castellũ.

¶ Quod & si originaliter alias originalem à parentibus maculã traxit, sed minus à Iheremia sanctificatam in vtero, aut non magis Ioanne spiritu sancto repletam crederet, prohibet pietas Christiana. nec enim festis laudibus nascens honoraretur si non sancta nasceretur. postremo cũ omnimodo constet ab originali contagione sola gratia mundatã esse Mariam.

¶ HVGO de sancto victore de sacramentis lib. ij. in prima parte capituli quod incipit, multi quærunt de carne illa quã assumpsit verbũ. qualiter illa à peccato munda fuit & infra.

¶ Sed catholicæ veritatis distinitio filium Dei qui pro peccatoribus, & de peccatoribus natus est, de carne obnoxia peccato carnem assumpsisse asserit, liberam à peccato, & ideò liberam: quia liberatam, ideò liberam, non quia sub illo ipso nunquã fuerit sed quia sub illo etiã aliquãdo esse cessauerit, quãdo assumpta est mundata est,

Incipit Epistola Beati Bernardi.

INter ecclesias Galliæ constat profecto Lugdunẽses hactenus pręeminuisse sicut dignitate sedis, sic honestis studijs, & laudabilibus institutis. vbi etenim æque viguit disciplinæ censura? morum grauitate maturitas? cõsiliorum auctoritas? põdus? antiquitas insignis? pręsertim in ecclesiasticis officijs haud facilè tanquam repentinis visa est vanitatibus acquiescere? nec se aliquando iuuenili passus est decolorari leuitate, ecclesia plena iudicij? vnde miramur satis, quid visum fuerit hoc tẽpore quibusdam nostrum voluisse imitari colorem optimũ nouam inducendo celebritatem quam cœtus ecclesiæ nescit, non probat traditio. ¶ Nunquid patribus doctiores sumus? periculosè pręsumimus, quicquid ipsorum in talibus prudẽdentiam præcernit aliàs prætcriuit, nec verò id tale quòd nisi prætereundi fuerint patrum quærit omnia diligentia prætcrijsse, & valde honorãda est inquit mater dñi vnde admonẽs sed honor Reginę iudiciũ diligit, virgo Regina falso nõ eget honore, iuris simulachra horũ titulis insulis dignitatũ. honora sanè integritatẽ carnis, vitę sanctitatẽ, mirare fœcunditatẽ in virgine, prolẽ venerare diuinã, & tolle nescientẽ, vel in cõcipiendo concupiscentiã, vel in pariẽdo dolorẽ. Prædica reuerendam angelis, desideratam in gentibus, prophetisq; præcognitam, electã ex omnibus, prælatam omnibus, magnificæ gratiæ inuentricem, mediatricẽ seculorum exaltatam super choros angelorum ad cœlestia regna. hoc mihi de illa decantat ecclesia & me eandem docuit decantare.

¶ EGO verò quòd ab illa accepi securus & teneo, & trado. quod non scrupulosus fateor aliquid dimiserim, accepi sanè ab ecclesia illum diem cum summa veneratione colendum, quo assumpta de seculo nequã cœlis quoq; intulit celeberrimorum festa gaudiorum. Sed & ortum didici nihilominus in ecclesia & ab ecclesia indubitanter habere festiuũ, atq; sanctum firmissimè cum ecclesia sentiens in vtero eam accepisse, vt sancta prodiret, & Iheremiam siquidem lego, quòd priusquam de vulua exiret sanctificatus fuit, & de Ioanne Bapt. non secus sentio, quo ex vtero dominum in vtero sentijt. vide etiam tu, an & de sancto Dauid idipsũ liceat operari, pro eo quòd dicebat Deo In te (ait) confirmatus sum ex vtero, & de ventre matris meę tu es protector meus. Item de matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. & Iheremię quidem sic dictum est. priusquã te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te. Quoniam pulchrè inter figura communem in vtero parturitionem ex vtere distinxit oraculum, vt illam tãtum præcognitam istam & sanctitatis munere præornatã ostenderet, ne quis prophetę pęrogatiuam de sola præsentia seu prędestinandam.

¶ ESTO tamẽ vt hoc de Iheremia cõcedamus. quid respõdebitur de Ioanne Baptista quem Angelus pręnunciauit spiritu sancto repletum adhuc in vtero matris suæ. prorsus hæc ad prædestinationem, & pręscientiam: vt referri posse non arbitror. verba nempe angeli (sicut ipse prędixit) cõpleta absq; dubio sunt in tempore suo, & quem pręloquutus est spiritu sancto replendũ, non est fas credere non repletum, id quod loco, & tempore quo prędixit certissimè autem spiritus sanctus quem repleuit sanctificauit, certũ quatenus aduersus originale peccatum hoc ipsa sanctificatio valuerit, siue pro isto illo propheta, vel si quis alius simili pręuẽtus gratia fuerit nõ temerè dixerim sanctificatos, tamen non dubitauerim dicere, quos Deus sanctificauit & cum eadem sanctificatione prodijsse ex vtero, quam acceperunt in vtero, nec reatum quem in conceptionem traxerunt valuisse nullatenus horum natali iam donatã prępedire: seu pręripere benedictionem. hac tamẽ quis dicat spiritu sancto repletum manere adhuc filium nihilominus irę, & si mori in vtero contigisset cum hac plenitudine spiritus pœnas luiturum damnationis durum esset, communetamen ausi huic quippiã ea sententia diffinire. Sed quicquid sit de hoc meritò ecclesia, quę cęterorum non natiuitatem, sed & mortem sanctorum indicat, & prędicat pręciosã singula quadam exceptione festis pręferri gaudijs. Veneratur que illius natale de quo nunciante angelo singulariter legitur, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Cur enim nõ sit exitus sanctus, ac proinde festiuus & lętus? qui potuit exaltare & in vtero, quòd ita paucis mortalium constat fuisse collatum fas certè non est suspicari tãtę virgini esse negatum, per quam omnis mortalitas emersit ad vitam? fuit procul dubio. & mater domini nostri ante sancta quam nata, nec fallitur cõmunio sancta ecclesia sanctũ reputatur ipsum natiuitatis die eius, & omni

& omni anno cum exultatione vniuersæ terræ votiua celebritate suscipiens. Ego puto quòd & copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quæ ipsius non solum sanctificaret ortum, sed & vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunē quòd nemini alteri in natis quidē mulierū creditur esse donatum. decuit nimirum Reginam virginum singulari priuilegio sanctitatis absq; omni peccato ducere vitam, quę dum peccati mortisq; pareret peremptorē animus vitę & iustitię pro omnibus obtineret. Sanctus igitur ortus quem in mensa prodiēs, ex vtero sanctitatis sanctum fecit illum. quid adhuc agendum his putamus honoribus? vt honoretur inquiunt & conceptus qui honorādum pręiuit partum, quem ille non pręcessisset, nec iste esset qui honoratur. Quid si alius propter eandem causam etiam vtriusq; parentis eius festos honores asserat defendēdos? sed de auis, proauis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare. Et si intēderet in infinitum & festorum non esset numerus patere est, non exilij frequentia hoc gaudiorum & numerositas festiuitatum ciues decet, non exules, sed profertur scriptum superne vt aiunt releuationis quasi & quis non queat scriptum ęquè producere in quo virgo videatur ad ipsum mandare, & de parentibus suis iuxta domini mandatum dicentis. Honora patrem tuū & matrem tuam ipse nihil facile persuadere semper scriptis talibus non moueri, quibus nec ratio suppetere, nec certa inueniet fauore authoritas: nā quid cōsequentiæ habet vt quē sanctum præcessit natale conceptus, propterea reputetur & ipse sanctus? nunquid quem pręcessit, eum fecit & sanctum? & si pręcessit vt esset, non tñ vt sanctus esset? vnde & enim illa ipsi sanctitas quam sequuntur transmitteret, an non potius quia præcessit absq; sanctitate conceptus oportet nimirum sanctificari cōceptum, vt sanctus sequeretur iam partus, & an fortè mutuatus sit sanctitatē a posteriore prior, potuit sanè illa quę iam concepta facta est sanctificatio ad ipsum quem sequebatur transire, natale redire, nec retrorsum ad conceptū qui precipi iam omnino oon potuit. vnde ergo cōceptionis sanctitas an dicitur sanctificatione pręuenta qualis iam sancta conciperetur, ac per boc sanctus, quemadmodū iam in vtero dicitur vt sanctus sequeretur & ortus, sed non valuit ante sentētia quam esset, siquidem oon erat antequā cōciperetur. an fortè inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit, vt simul & sanctificata fuerit, & cōcepta? hoc nequit admittere ratio? quomodo namq; aut sanctitas absq; spiritu sanctificante, aut sancto spiritu societas cum peccato fuit, aut certe peccatū quo modo non fuit, vbi libido non defuit? nisi forte quis dicat de spiritu sancto eā & non de viro conceptā fuisse? sed id hactenus in auditum, lege deniq; spiritum sanctum in eam, non cum ea venisse dicente angelo. spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et si licet loqui ꝙ ecclesia sentit, dico gloriosam de spiritu sancto concepisse, non ante cōcepisse, dico peperisse virginē, non tamen à virgine. alioquin vbi erit pęrogatiua matris domini? quia singulariter credit exultare, & imminere prolis & integritate carnis, si tentandum dederis & matri ipsius, noo est hoc virginem honorare, sed honori detrahere. si igitur ante conceptū sui sanctificari minimè potuit quoniam non erat, sed nec in ipso quidem conceptu propter peccatum quod inerat relinquitur, vt post conceptum in vtero iam existens sanctificationē accepisse credatur, quę excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamen & conceptionem, quàm orbum & quibus vel paucis filiorum hominum datum esse cum sanctificati nasci, non tamen & concipi, vt viri sanè seruarentur sancti prærogatiua conceptus qui oēs sanctificaret solus, quòd absq; peccato veniens purgationem faceret peccatorū. solus itaq; dominus Iesus de spiritu sancto conceptus, quia solus & ante conceptum Sanctus, quo excepto de cętero vniuersos respicit ex Adam natos quod vnus humiliter de semet ipso ac veraciter confitetur iniquitatibus inquiens cōceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

¶ CVM ita se habeāt quę nam iam festiuę ratio conceptionis? quo pacto in quam, aut sanctus asseretur conceptus, qui de spiritu sancto oon, est ne dicam de peccato est? aut festus habebitur qui minime sanctus est? libenter glorioso hoc honore carebit, hic, vel falsa induci videtur sanctitas, alioquin nulla ei ratione placebit, circa ecclesię ritum præsumpta oouitas maternitatis, soror superstitionis, filia leuitatis. Nam si sic videbatur consulenda erat prius Apostolicæ sedis auctoritas & non ita pręcipitanter atq; inconsultè paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem aput aliquos errorem compererem, sed dissimulabam parcens deuotioni quæ simplici corde & amore virginis veniebat. verum apud sapiētes in famosa nobiliq; ecclesia, & cui⁹ specialiter filius sum, superstitione deprehensa, nescio an sine graui offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim, quæ autē dicit absq; præiudicio sanè dicta sint sanius sapientis. Romanę præsertim ecclesiæ auctoritati atq; examini totum boc sicut. &c. quæ huius sunt vniuersa reseruo ipsius. Si quid aliud sapio paratus iudicio emendare. Et boc de epistola Bernardi Abbatis Clareuallensis ad Canonicos Lugdunenses de conceptione & sanctificatione Beate Marię virginis in vtero matris suæ.

¶ QVARTO quæritur vtrum sint talia festa veneranda præter specialiter hic nominata. Breuiter habes dicere quòd sic. primo quidem de festo corporis Christi. vt in clementi. si dominum. de reli. & vene. sancto. Item de euuangelistis & quatuor doctoribus. vt. ĩ. de reli. & venera. sancto. c. vn. li. vj. vbi reperies notatum de Beato Paulo, de quo hic habetur, ꝙ non fuerit de numero duodecim Apostolorū. Item apparitionem sancti Michaelis quæ est octaua idus Maij secundum Romanam ecclesiam, tamen aliæ sunt multæ ecclesiæ quæ illam non colunt. & quod bic dicit de festo omnium sanctorum in singulari intellige de illa quæ in Calēdis Nouembris quę quare fuerit instituta vide in prælallegato. c. vnico. § licet. igitur. Item festum Beati Martini. de conse. di. iij. c. j. licet cōtrarium notetur. C. eo. l. omnes dies. Item de inuentione sanctæ Crucis. de conse. distinct. iij. c. crucis. Et quare festū Crucis in qua Christus dehonestatus fuit celebramus ibi notatur in prima glosa.

¶ SED nunquid episcopus potest canonizare sanctum? videtur probare hęc decre. quòd sic. ibi cū dicit, *quas singuli episcopi &c.* & boc fatetur Vincen. in sua tamen diœcesi tantum. Sed non placet boc Inno. & Hostien. imo intelligitur quòd hic dicitur de sanctis ab ecclesia canonizatis. nam episcopi nō possunt aliquem sanctorū collegio aggregare, sed bene possunt statuere aliquem de sanctis per Papam iam canonizatū in sua diœcesi solenniter venerari secundum eos. & notatur per Iohānem Andre. de religi. domi. c. vn. libr. vj. circa prin. magnę glosæ.

¶ SED adhoc q̄rit̄ qualiter intelligit̄ textus cū dicit, *cum clero & populo.* Dominus Martinus dicit, quòd intelligitur copulatiuè & quòd vt ista decre. de illis intelligatur copulatiuè requiritur quòd à clero & populo solenniter venerentur, per quod videtur quòd de festis dedicationum quatuor doctorum sanctorū Dominici & Francisci in quibus & ab operibus non cessant laici, non debet intelligi ista decret. quia in talibus hæc duo copulatiuè non concurrunt: cum à populo solenniter non venerentur. Nec videtur obstare. c. si dominum. de reli. & venera. sancto. libr. vj. allegatum. quia licet iubeat illa sub festo duplici celebrari, tamen præcipit illa à populo venerari.

¶ Finaliter tamen dicit, quòd quædam sunt festa quę mādātur solenniter venerari per iura expressa, & in illis habet locū ista decre. ex identitate rationis, nec de illis loquitur copula supradicta: quia in certis cessant coniecturæ. ff. de verbo. ob. l. continus. § cum ita. Et idem putarem de his quæ haberēt ex consuetudine generali solenniter venerari: quia illa habet vim consuetudinis expressę, vt dixi in quæstione supra proximè p̄cedenti. Alia sunt festa de quibus non est expressum in iure, neq; per consuetudinem generalem & in istis habet locum iste textus copulatiuè loquens, videlicet quòd vt sit lo

cus isti decretali, in illis necesse est quòd sint talia que à clero
& populo solenniter venerentur secũdum eum. Saluo quòd
si episcopus per cõstitutionem expressam ordinaret festum
alicuius sancti canonizati in sua dioecesi à clero & populo so
lenniter venerari arctaret tam clerum quàm populum ipsũ
statutum etiam renitentes. s̃. de maio. & obed. si quis vene-
rit. xiiij. quęstione. j. quòd præcipitur, sed vt induceretur di-
spositio. § quibus. videlicet irritatio sententiarum & proces-
suum fortè necessaria esset solennis veneratio cleri & populi,
quia aliter non includeretur sub terminis decre. circa quod
volo quòd cogites. Reperies tamen aliqua festa in qubius ces
saretur à litibus & iudiciorum anfractibus & non à mechani
cis operibus. vt in. ij. iij. iiij. & v. ferijs ebdomadę sanctæ. & po
test esse ratio: quia plus distrahunt litigia homioes à deuotio
ne, quâm mechanica opera faciant, vt experientia docet quẽ
libet litigantem.

¶ QVINTO quęritur, pone talis casus contingit in An-
glia Papa causam quæ vertebatur inter conuentũ Rosen. &
episcopum eiusdem loci, cõmisit iudicibus examinãdam &
referendam sufficienter instructam. Ipsi autẽ iudices præfixe
runt causam remittendo terminum partibus in medio Au-
gusti, vt tunc pro causa ipsa essent coram Papa. parte autem
conueptus in termino cõparente & auditorẽ impetrãte pars
episcopi non cõparuit, vnde auditor datus condennauit eũ
in expensis. Postmodum autem vltra medium Octobris cõ
paruit procurator pro episcopo petens reuocari sententiam
expensarum, allegans quòd in medio Augusti comparere
non debuit: quia tunc fuerunt feriæ messium in Anglia nec
etiam in mensæ Septembris, qnia tunc fuerit feriæ in Curia
Papæ, vnde si præsens fuisset non fuisset astrictus respondere,
ergo non debet fuisse contumax reputari. vt. ff. de iudi. l. non
videtur. venit enim post finitas vtrasq; ferias continuatis gres
sibus quã cito potuit, ideò nõ fuit in mora, nec in culpa & sic
19 fuit iniusta sñia & per cõsequẽs reuocãda. † Dicit enĩ lex ꝙ
tempore messium, & vindemiarum, nemo cogendus est ire
ad forum. nec occupati circa rem rusticam ad hoc cogendi
sunt. vt. ff. de ferijs. l. j. & sic cũ non intersit aduersarium ve-
nisse ad terminum pretor poenam remittit. vt. ff. si quis in ius
voca non ier. l. ij. ad. fi. Item cum feriæ inductę sint plus in fa-
uorem litigantium, ne tunc à re re rustica abstrahantur quã
in fauorem iudicis, potius attendendæ videntur feriæ litigato
rum quàm iudicum. C. de legibus. l. quòd fauore. Item causa
quare facta est constitutio, videlicet de re rustica. &c. in istis
litigatoribus locũ habet, quia si in medio Augusti comparuis
sent abstracti fuissent à re rustica id est à messibus ergo ea du
rante beneficium constitutionis durare debet. vt. ff. de pact. l.
quod dictum est. C. qui ad libert. procla non pos. l. ij. j̃. de
poeni. & remis. cum infirmitas. & licet ius hoc non dicat ex
presse tamen interpretatione principis, vel iurisdictione iudi
cis leges que similem habent æquitatem, & vtilitatem ad hũc
casum trahendæ sunt. vt. ff. de legi l. & ideò. cum duabus legi
gibus sequentibus. Item pro episcopo facit. s̃. ti. proximo ca.
exposuit.

¶ IN contrarium dicebat pars conuentus, quòd ille qui asi
gnauit terminum, nõ tenebatur vitare aliquod tempus nisi fe
rias Romanæ Curiæ, sed illas cauere debebat: quia si tempore
feriato in Curia compareret frustra hoc esset. ar. viij. distinct.
quæ contra mores. Nec ob. quod dicitur, quòd ferię istæ sunt
introductæ in fauorem rusticorum: quia hoc non est simpli
citer verum, imo inductę sunt ob requiem laboris inter seruo
res æstiuos. vt. C. de fer. l. omnes. quinimo & hoc dato non se-
quitur quòd alicui non debeat asignari terminus, cũ tempo
re quo intendit circa rem rusticam: quia aliter sequeretur ab
surditas, videlicet quòd nunquam vocari in ius: cũ quasi sem
per ferè omnes homines circa opera sua insistant. Nam iste ca
sus non numeratur inter illos quos habes notatos. ff. & C.
de in ius vocan Non enim fuit intentio conditoris legis, eos
in totum excusare, sed voluit quædam tempora anni quæ ad
hoc videntur idoneiora ad has ferias statuere. Licet sępe pos-
sit contingere quòd aliquibus esset vtilius quòd aliis tempo-
ribus haberent ferias. Lex enim non potuit exprimere nec ex
pediuit quòd exprimeret omnes casus, & singulorum vtilita
tes precaueret. ff. de legi. l. iura. & l. se. & quia lex debet esse ge
neralis. iiij. dist. erit autem lex. Item nec interprætatione Im-
peratoris, nec iurisdictione iudicis trahendæ sunt istę ferię ad
omnes occupatos circa opera sua: quia non esset ipsis & alijs,
qui eos in ius vocare vellent, vel quos ipsi vocarent æquum
nec vtile. Item nec obstat. ff. de. fer. l. j. vbi dicitur, quòd occu
pati circa rem rusticam non sunt vocandi in ius. quia hoc ve
rum, sed intelligi debet in diebus feriatis, vt puta messium
vel vindemiarum, hoc est temporibus ad messium, seu vinde
miarũ ferias deputatis, sed in alijs temporibus secus. Verũ Inn.
dicit, quòd Papa nihilominus tulit sententiã pro conuentu,
dicens quòd in asignatione termini non sunt attendendæ fe
rię, nisi iudicis coram quo agi debet. Sed Spec. e titu. § primo.
versi. sed pone quòd in loco. vbi plenè de hoc, & hic Petr. &
Abbas tenent considerandas ferias. & quòd iudex vel actor
citatus vel citari faciens ad illas sibi imputet, cum sic suis renũ
ciet, vt refert Nouel. Consequenter dicit Innocen. quòd non
est curandum si feriæ sunt quando illi imponitur terminus.
& incipit viam eundi ad iudicem, vel etiam si in viã incidunt.
argumen. ff. de adult. l. miles. § sexaginta. ff. ex qui. cau. ma. l.
sed & si per prætorem. § penul. Principes enim rati sunt tem
pora feriarum in legibus deputata moderata esse, & non licet
ea mutare, nec augere nec diminuere, licet sępe occurrunt ca
sus in quibus vtile esset aliud facere. vt. ff. qui & à quib. l. pro
spexit. vides simile lex moderata est tempus postulãdi. xvij.
annorum, & tamen licet multi minores. xvij. annorum inue-
niantur idoneiores ad postulandũ quàm maiores, tamẽ hoc
non licet mutare. vt. ff. de postu. l. j. § peritiam. secundum In-
no. Sed quid si aliqui de remotis partibus, per se vel per pro-
curatorem suum, sunt in curia. & dum eorum causa agitur
concurrunt feriæ, nunquid debet processum causę huiusmo-
di impedire? Inno. refert Papam dixisse quòd si nullatenus ex
hoc lederentur cogeret eos litigare: quia non est malitijs ho-
minum indulgendum, cũ nihil laturi sint, nisi vt officiant. ff.
de rei vendi. l. in fundo. Verum si litigarent per procuratores
qui essent de loco Curię vel ei vicino gauderent ferijs. vt scri
psit Spec. vbi supra dicens id seruatum fuisse tempore Clemẽ
tis quarti.

¶ Subdit Innocen. Papam etiam dixisse, quòd bene faciet ille
qui statuit terminum si in eo statuendo attendat quantum
potest, ꝙ litigatores etiã ferijs suę patriæ potiant, nisi aliqua
rõne in contrariũ moueat. Tamẽ si iudex nõ faciat, ꝓpter hoc
non poterit ab eo aliqua pars appellare: quia pręsumitur pro
iudice. de elect, c. bonę. ij. de renuncia. in præsentia. § primo. &
quia hoc relinquitur arbitrio iudicis siue in ferijs patrię suæ,
siue extra quem terminum asignet. Ideò appellari non po-
test. argu. eius ꝙ legitur & notatur de offic. delega. consuluit.
§ primo. Si autem diceretur quòd ferię litigantium sunt ob
seruandæ, sequeretur exinde hęc abusiua conclusio, ergo sunt
duplices ferię obseruandę, illud enim certum est, quòd feriæ
curie in ipsa curia obseruandæ sunt nisi in casu notato. s̃. e. q.
& tu supponis idem de ferijs litigantium secundum hoc igi-
tur, siue pręcedant ferię litigãntum ferias curię, siue sequãtur
circa ipsos, erunt in curia duplices ferię obseruandę. quod nul
lo iure cauetur, & admodum absurdum est, & iniquum.
Sed quid si iudex non indicat ferias generaliter, debet ferias
seruare iudex, siue ordinarius, siue delegatus, scilicet eo tem-
pore quo communiter messes fiunt. Innocẽ, dicit quòd sic, vt
patet in iuribus allegatis. ar. ff. de flu. l. j. de fun. instruct. l. cum
delanionis. § asinam. Sed nunquid in terris, vel regionibus, in
quibus non bibitur vinum sicut in Hybernia dentur induciæ
pro vindemijs? Inno. dicit quòd non. Sed nunquid in terris vbi
cõmuniter bibitur vinum vbi tñ non sunt vineę debent dari
inducię pro vindemijs? Dicit Inno. quòd sic. dicit etiam quòd
vbiq; pro messibus dantur inducię: quia licet homines cer-
tarum terrarum ex suis terris non colligant grana, vel vina,
oportet

oportet tamen quòd aliquo tempore anni præordinent de vino & grano, quo per totum annum vti debeant secundum Innocen.quòd si non credis, recurre ad exemplum formicę, quæ in æstate & in messe sibi parat & congregat cibum quem comedat in hyeme. De materia remittit Nouella ad Specul. eod.titu.§.primo. versicu.sed pone. vsq; ad finem. vbi notat Specula.quòd etiam milites & alij qui non intendunt agriculturæ gaudent istis ferijs.& idem notat Hostien.in summa .e. titu.§.finali.versicu.nunquid milites.& est quæstio venerialis.lxxv. vbi dicitur idem tenuisse. Et dicit Hosti.quòd quicquid notatur in præallega.§.bene facit ad materiam,& maximè quòd notatur in vltima colunna de procuratore. de quo remittit Nouel.ad notata sua.de iudi.c.finali super glo.fina. & vide quod legitur & notatur.ff.de fer.l.si feriatis. & in cle. sæpe.de verbo.signi.in principio.

¶ Redeundo ad quęstionem principalem cũ quæritur quæ feriæ iudicis,actoris,vel rei attendi debeant,distinguit Hen. dicens quòd vbi litigatores sunt diuersarum, & remotarum regionum, & litigant in curia Romana vel Francię per se, vel per procuratores,nec de denegatione feriarum vllatenus lederentur habet locum opinio Inno.& Hostien.quòd feriæ iudicis attendendæ sunt,secũdum eum. Sed in hoc malè quia imo debent denegari secundum Innocen.vt scripsi.§.e. quæstione.versi.sed quid si aliqui. Sed si sunt diuersorum locorũ non tamen valde remoto,attenduntur ferię rei in cuius fauorem sunt inductæ. & sic habet locum opinio Petr. de Sanso. & Abba.& quòd loci rei in cuius fauorem huiusmodi feriæ sunt inductę,videlicet ne à suis negotijs euocetur.ff.de fer.l.j. attendi debeant.probat sic:quia actor & iudex sibi poterunt prouidere,ne aliquem vocari faciant tempore feriarum, quæ in suis seruantur locis,sed non sic de reo.ar.C.de dila.l.si quando.canonizata.ij.quæstione.iij.spacium.& facit.C. de in integ.resti.pe.l.petẽdæ. Probat & aliter.nam actor vel iudex qui tempore feriarum suarum reum vocari fecit eis renunciasse videtur,quod facere potest.vt.ff.de ferijs.l.j.& hic in fine secũdum Henricum dicentem ita distingui in effectu in Specul. eodem titulo.§.primo.versi.sed pone quòd in loco.vbi plenè de hoc, & remittit de materia huius capituli scilicet vtrum ferię messium & vindemiarũ sint omnibus concedandæ ad notata per Bartho.Briexien.in quæstione dominicali quę incipit, vtrum feriæ. Aduerte tamen quia nec in secundo membro bene dicit,nisi in casu quo feriæ iudicis & rei concurrerent, vt quia reus esset de loco iudicij.Si enim non concurrerent, vt quia reus ratione contractus, vel promissionis de soluendo. de foro competenti capitulo dilecti.& capitulo finali.& capitulo Romana.§.contrahentes. Aut ex speciali priuilegio de sua prouincia ad alium prouinciam traheretur, nõ esset considerandum.supposito quòd in his prouincijs essent diuersę feriæ vtrũ ꝓuincię ipsæ, ant originis ipsius rei,& iudicij agitati loca essent ꝓpinqua vel remota. nã siue sint ꝓpinqua siue sint remota vrgent oẽs. Ratiões Inno. cõcludẽtes de necessitate solius iudicis ferias attendendas, cuius inductionẽ quæ per se patet studioso relinquo.imo plus vrgeret in propinquo quàm in remoto.quia propinquis facilus potest præuidere ferias iudicij & etiam cõtra suas ferias.licet & ratio ipsa in nullu vrgeat:nam tunc consideratur an quis potuerit vel non potuerit præuidere,cum agitur de aliquo per eum faciẽdo.& sic loquitur.l.si quando.allegata.& .ff.de except.doli.l. pure.§.fina. modo in ferijs nõ agitur de aliquo faciendo imo potius de abstinẽdo,quod facit pro reo qui fugere habet nec secunda ratio. valet. Primo qa & si renũciarẽt actor,& iudex ferijs iudicij,ipsa tñ renũciatio nõ esset mod⁹ inducẽdi ferias reo. Nec fortè reus illis renunciare vellet,ꝗ requireretũ.vt in fi.Præterea si post diem citationis venirent feriæ,vt in proposita quæstione non subest causa ponendę renunciationis in hoc casu, ideò puto standum dictis Inn.indistinctè

¶ SEXTO quæritur vtrum sententia excommunicationis lata in die feriato ob honorem Dei,vt ponamus in die dominico sit ipso iure nulla. Frater Io.libr.primo tractatu duodecimo sub prędicta rubrica de fer.capitulo septimo.in fiue dicit,quòd non. Collectarius verò arguit quòd sit nulla,propter id quod hic dicitur de processu: quia ordinem requirit. vt in capitulo de illicita.capit.sacro.& capit.cum medicinalis.

¶ In contrarium arguit,quia lata sine ordine & processu bene tenet:vt notatur.ĩ:de appel.ad hęc quoniam. refert etiam quòd Fredericus in quæstionibus suis dicit, quòd sententia excommunicatiõis lata diebus feriatis, etiam in citatum his diebus & non comparentem tanquã in contumacem tenet ipso iure,non distinguendo de ferijs.Nec obstat quòd iurisdictio iudicis sit suspensa his diebus, vt hic:quia non est verum simpliciter,quòd sit suspensa alias non potest ferri notorio.cuius contrarium est verum, vt supra etiam notatum est. sed est bene verum quòd suspensa est iurisdictio iudicis, quantum ad processum & strepitum iudicialem,sed certè illo omisso bene tenet sententia excommunicationis.vt.ĩ.de senten. excommunic. sacro.nec obstat quòd fuerit lata in citatum non comparentem,& tanquam in contumacem.cũ tamen iste contumax esse non potuerit:quia falsitas causæ non impedit effectum sententiæ excommunicationis.vt.ĩ. de senten. excommunica.capit.venerabilibus.§.idem tamen.li.vj.Subdit postea Collectarius quòd licet ista sententia sit probabilis,aliquibus,tamen in curia cõtrarium videbatur:quia quędam valent per se quę inficiũtur propter adiunctum. vt legitur & notaĩ infra de re iudica.cum super. supra de electio.illa.& .capit.Massana. eodem titu. cum similibus ĩ.de re iudica.vtile libro sexto. Et pro hoc facit quòd notatur de cleri.excommuni.ministran.capit.primo.& quia hic dicitur indistinctè processum iudicialem non valere, nec obstat quòd dicitur quòd valeret super notorio: quia in notorio multa sunt specialia,& quia tunc quędam correctio & pietatis opus.

¶ Specul.eodem titulo.§.sequitur videre.ver. porrò.dicit quòd excõmunicare,& absoluere,vbi causæ cognitio non requiritur sicut.&c.quæ iurisdictionem voluntariam spectant omni tempore fieri possunt. Martinus de salua dicit se multum dubitare,& sub dubio fortè sic distinguit. Aut fertur extra processum iudicialem,seu post ipsum processum iudicialem,puta ad ipsius processus iudicialis executionem,& tunc valeat lata etiam huiusmodi tempore feriato.& sic procedat opinio Frederici Spec. & fratris Ioã. quia tunc est voluntariæ & non contentiosę iurisdictionis,& sic facit ad propositum. l.actus. secundo responso. C.eod.&.l.secunda.ff.eod.titu.induci potest clemen. prima de iudi.& iste casus est indubitatus,& ex hoc patet indubitatum esse secundum hoc quòd processus quos extra iudicium faciunt executores sententiarum, seu gratiarum Apostolicarum excommunicationis, suspensionis, & sententias continentes,licet diebus festiuis fieri non debeant.vt supra eodem capitulo primo.& capitul. licet.facti tamen ipso iure valeant,vt patet ex proximè dictis.aut loquimur de sententia excommunicationis quæ fertur iudicialiter,& in modum processus videlicet sedendo pro tribunali accusata contumacia non comparentis per aduersarium pronunciando super contumacia & in non cõparentem aliàs comparentem excommunicationem promulgando. Et hoc casu putat excommunicationem non tenere. Ratio sua est illa quam tetigi supra post Collecta. videlicet,quia excommunicatio debet sapere naturam illius cui adijcitur.quod probat per dissolutiõem .e.vt animarum.de constitu.lib.vj.

¶ Ad capit.Romana.§.caueant.de de senten.excommunica.eod.libro, Inducit etiam lecta & notata de offi.dele. cat.nna.lib.vj.§ pars verò.§.officium. Inducit etiam cap. super eo de pr. ben.eod.libr. Inducit etiam quod de priuilegio redacto in corpore iuris notatur in prohemio cle.videlicet,quòd sortitur naturam iuris communis, sed hoc

dubium. Inducit etiam cap. primũ. ne sede vacan. libr. vj. Finaliter reputat hoc dubium, & dicit, quòd ante factum consuleret, quòd quis hoc vitaret. Prædictam distinctionem reputo tamẽ satis clarã, quia excõmunicationẽ in modum processus iudicialiter latam esse de processu negare non possum, nec video rõnem specialitatis in excõmunicatione: quare magis valere debeat quàm cętera alia de processu, imo in excommunicatione magis debet vrgere prohibitio, eo ꝙ magis odiosa est. ar. ff. de lib. & postu. l. cum quidam. cum concordan. licet dicatur medicinalis, super quo videatur. Archidia. ĩ. de senten. excõmunica. c. j. libr. vj. in glo. ij. & duabus sequentibus. Faciunt omnia cõmunia iura, quæ volunt adiectionem sopiri naturam eius cui adijcitur. vt. ff. de offi. eius cui manda. est iur. l. pri. § fin. ff. quo. lega. l. ij. & ibi concordan. ff. de pact. dota. l. inter. § cũ inter. Quærit etiam Collectarius quid de instrumenti confectione, & testis depositione. cuius dicta vide in Specul. in præallegato § sequitur videre. versi. quid si in ferijs. & versi. sequenti Subdit de libello quòd licet offerri posit bis diebus. ff. de adulte. l. miles. § sexaginta. & notat in prę allegato § sequitur. non tamen arctabit citatũ. notat Ho. supra cap proximo.

¶ Item quærit de ferijs repentinis quæ conceduntur ob lętitiam principis vel populi, vtrum comprehendantur his iuribus? cuius dicta vide in Cyn. C. eod. l. quoniam. in quæstione prima & secunda, vbi vide etiam in quæstione vltima, vtrum huiusmodi ferijs in instrumento renunciari posit? Item vide in, l. actus. C. eod. an posit interponi decretum super alienatione rei minoris, bis diebus? Et licet Ber. videatur æqoiparare ferias repẽtinas ferijs ob reuerentiam dei introductis. Dicit Hostien. quòd hoc non seruatur, quòd placet Collecta. in foro canonico. de cõsti. c. ecclesia. & inducuntur tales ferię repentinæ puta propter victoriam principis, vel rem prosperè gestã, vel vxorem ductam, vel filium susceptum, nec ab alio quã à principe induci possunt. vt. C. eod. tit. l. à nullo. Licet contrarium sæpe fiat de facto. & de his omnibus in Specul. e. tit. § j. Læsus autem propter istas repentioas restituitur, propter alias non. ratio est, quia istas non potuit præuidere, illas vero sic. vt. ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per pretorem. § si ferię. secundum Abbatem.

¶ SEPTIMO quæritur vtrum denunciatio noui operis fieri, & eius causa tractari posit tempore feriato? gl. in l. j. ff. de ope. no. nun. § item nunciatio. tenet quòd fieri potest, saltem his duobus modis quibus non aditur prætor. De tertio plus dubitatur, & vna opinio habet quòd oon posit. Alia distinguit ferias fauore hominum, & tũc possit, à ferijs in bonore dei, & tunc non posit. vterq; respondent ad § item nnnciatio. quòd intelligitur omnibus diebus scilicet congruis. allegant. ff. man. l. j. de cõsti. pecu. l. qui autẽ. in fin. de mu. & hono. l. vt gradatim. in fin. Sed in congruitate discordant. voluit enim Abb. Papien. quòd denunciatin per prætorem cum euocatione ædificare facientis ad iudicium fieri nõ posit in diuinis ferijs, & sic loquatur. l. ij. in fin. ff. si quis in ius voca. non ier. sed si non arctatur ille ad veniendum, sed mittit prætor ad eum nuncium secus. vt. ff. de vsofruct. l. æquissimum. in prin. si cer. peta. l. quidam. in fi. per quę potest dari alia solutio quòd si periculum est in mora, vel grande dispendiũ, puta quia illius diei opus claudet limina Scholarium qualibet die fieri posit. vt hic in § quibus. ibi: *nisi necessitas vrgeat*. facit de senten. excommu. constitutionem. in fin. lib. vj.

¶ Ex quibus potest inferri an causa huiusmodi tractari habeat die feriato, quia bis casibus quibus diceretur denũciationem fieri non posse, fortius nec causa tractari, & ꝙ non facit: quia oon numeratur inter casus & c. ff. e. l. j. ij. & iij. s. e. c. & hic. ar. ff. de his quæ sunt sui vel alie iur. l. patre ff. de transact. aliàs de transla. cap. secundo. de senten. excõmunica. is qui. libro. vj. & quia nec arbiter & c. ff. de arbitr. l. si de meis. in fin. In contrarium facit § item nũciatio. & quia qui omnia dicit nihil excipit. de maior. & obed. solitæ. de seruitu. vrba. præd. l. si seruitus. & quòd de tuto. & cura. dicitur. ff. e. l. secunda. & ff. e. de dam. infect. l. prima. & C. eod. l. j. & sij quæ prouident celeritati.

¶ Soluit Abb. Galli ꝙ his diebus quibus cognoscitũ causa dãni infecti cognoscatur causa denunciationis propter eandem rationem celeritatis. vt. C. de ędifi. priua. l. de opere. arg. ff. ad l. aquil. l. illud. ĩ. de confir. vtili. cum dilecta. & ibi coocordã. quia quotiens res vrget, ire coguntur ad prætorem. ff. eod. l. j. versicul. sanè de iosinuatione donationis. dic quòd potest fieri tempore feriato, tanquam voluntarię iurisdictionis. vide in Specu. de instrum. editi. § porrò. versi. donatio. & Io. And. ibi in additione. sed de boc dicam plenius. ĩ. e. c. in. x. quæstione vbi omnino vide.

¶ OCTAVO quęritur qualiter ferijs renunciari posit, vides qualiter Bernardus distinguit in glo. secũda dicens, quòd ferijs in bonorem dei non potest renunciari. quòd intellige etiam compromittendo, & etiam in vero arbitro, sed in arbitratore secus. de quo vide in Spec. de arbi. § fi. vers. item in forma. & duobus sequentibus. Sed ferijs in fauorem hominum possunt partes renunciare secundum Bernar. quòd intellige etiam extra iudicium, puta in instrumento contractus, & etiã tacitè puta scienter recipiendo talem terminum. Et de his in Specu. eod. titu. § fin. & licet valeat hæc renunciatin quo ad partes, nõ cogentur tamen hic testes. vt ibi notatur, & etiam C. eod. l. omnes. io vltima glo. De hoc tamen an in cõtractu posit renunciari istis ferijs s. remissis ad Cyn. C. eod. l. pri. videtur enim quòd non, quia iuri futuro non renunciatur per l. si conuenerit. ff. de iur. om. iud. propter quæ Iacobus de are. hoc dubium reputauit, ibi tamen determinat Cyn. quòd renunciatio valet. & idem tenent Speculator eod. titu. § fin. versu quid si renunciatio. & Io. And ibi in additione, & hic Collectarius. nec obstat quòd iuri futuro non renunciatur: quia imo bene per pactũ. C. de pact. l. prima. & ibi notatur, & per Nouellam de testa. Raynut. super. iij. glo. Nec obstat lex si coouenerit. quia istud est pactum nõ de. linandę iurisdictionis, & aliàs vide quòd de hoc scripsi. ĩ. de iudi. cap. primo. in quarta oppositione. Credit tamen hic Collect. & bene, quòd nec iudice refragante possunt partes renunciare ea ratiõe qua de testibus supra prædictum est. Inducit hic notata per Inno. quæ non video. vnde circa hoc Hen. distinguit dicens. quòd introductis in bonorem Dei & sanctorum non renunciatur tacitè, nec expresè, vt hic. sed si in fauorem hominum renunciatur expresè vt hic. in fin. & tacitè terminum in eis scienter acceptando. notatur per Speculatorem eod. titu. § fina. versi. penul. Repentinis autem inductis ad bonorem principis, vel ciuitatis non potest renunciari tacitè, nec expresè. argumen. C. eod. l. omnes. ij. in fin. notat Hostien. in summa eod. titu. § fi. in principio. & hic & Speculator eod. titu. § final. in principio. & Ioan. And. in clemen. sępe. de verbo signifi. super verbo necesitatis. facit. ff. de postu. l. quos prohibet. de iure immu. l. semper. § conductores. quæ autem possunt fieri tempore feriarum, & quæ non. vide per Hostien. in summa eod. titu. § quid in eis. & § sequenti.

¶ NONO quęritur quę necasitas vel pietas faciunt procedi in ferijs in honorem Dei, iuxta § quibus. de necesitate ponit hic Bernar. plura exempla in gl. penultima quę nota. xv. quęstione quarta in summa versic. etiam oota. quid de causis matrimonialibus, & quid de causis electionum? Innocen. & Hostien. dicunt hic, quòd causæ spirituales inquisitionum, electionum, & huiusmodi his diebus exerceri possunt: cum pietas & necesitas boc suadeat. remittit Nouella ad notata sua de election. bonę. ij. in principio. & in Specul. eod. titu. versi. quid de causis. & duobus vers. sequentibus. vbi tractatur quid de causa vsurarum, & decimarum. Sed dic hodie. vt in clemẽ. dipendiosam. de iudi. & in clemen. sępe. de verbo. significa. secundum Nouellam.

¶ Posset etiam esse necesitas circa collectionem fructuum, propter

propter imminentem inundationẽ aqnarũ. C.eod.l.oẽs iudi
ces. Item circa quæstiones & punitiones latronum eod.titul.
l.prouinciarum. Item vbicunq; in mora periculũ est, quę sunt
omnibus temporibus præferendę.xij.q.j. pręcepimus. C. de
sacramen.eccle.l.sancimus.secundum Hostien. Item de pieta
te ponit exempla Bernar.in glos.vltima videlicet in causis de
bilium,& miserabilium personarum.& exemplificat Nouel
la de pupillis, vt eis tutores dentur, & alimenta decernantur.
Item patent exempla in omnibus alijs, quę celeritatem desi-
derãt,& ex puro officio decernuntur.& patent exempla.ff.e.
l.prima.secunda,& tertia. Quærit Collectarius quid de cau-
sis vniuersitatum?& refert Innocen.dixisse.ĩ.de iudi. capitu.
fina.quòd diebus feriatis agitari possunt, videlicet in glo.fina.
Sed re vera Innocen.ibi non figit pedem,sed variat.super quo
ad materiam etiam huius tituli omnino vide quę ibi scripsi
in tertia oppositione.

¶ DECIMO quæritur redeundo ad materiã septimæ quę
stionis, vtrum remissio nunciationis in die feriato peti pos-
sit? videtur quòd non.quia nõ habemus textum de remissiõe
sed solum de denunciatione in § item nunciatio.allegato. Ia-
cobus de Arena determinat contrarium per.l.nec mandante.
§ nec dari tutor.ff.de tuto.& curato.da.ab his.& per.l.j.in fi
ne eod.titul.& per.l.fina.ff.de fer. Item quia petens remissio-
nem sustinet partes rei.ff.de oper.no.nun.§ qui remissionem.
31 † Sed non debet actori licere quòd reo licitum non exi-
stit. vt.ĩ.de reg.iur.non licet actori.lib.vj.& quia rei sunt fa-
uorabiliores.ff.de regu.iur.l.fauorabiliores.facit textus cum
glo.ff.de euict.l.minor.in princi.

¶ Raynu.de fer.dicebat illud non esse verum nisi parte volẽ
te, vt.ff.de fer.l.j.& l.si feriatis.&.ĩ.eod.capitu.§ fina. Sed con
tra, nam licet nunciatio possit fieri die feriato, tamen nõ pro-
secutio nunciationis.patet in simili in appellatione quę põt
fieri die feriato. Sed prosecutio. vt.C.de fer. l.prima. Ad idẽ
de libello.vt § sexaginta.allegato.&c. Bar in § item nũciatio
allegato.circa hoc sic distinguit, quia quandoq; fit nunciatio
causa damni reppellendi, seu damni infecti, & tunc prosecu-
tio & remissionu petitio potest fieri die fieriato.vt. ff.eod.l.
iij.quandoq; fit causa pubblici iuris conseruandi, & adhuc idẽ
vt.C.e.l.publicas.quandoq; fit causa iuris tuendi. & tunc est
dubium. Sed hic supponas vnam maximam talem. videlicet
quòd quandocunq; propter aliquam necessitatem contra re
gulam iuris cõmunis statuitur aliquid illud intelligitur qua-
tenus necessitas imminet,& probatur hęc maxima.ff.de fer.l.
j.in fin.& de offi.præsi.l.Senatus. vbi permittitur causa agi vs
que ad litem contestatam,& non vlterius:quia ex tunc cessat
periculum, si enim per contestationem nõ fieret perpetuatio,
& sic non cessaret periculum, tunc secus esset: quia tunc vlte-
rius permitteretur causa agi.vt.ff.de iudi.l.sed & si restituatur
§ sed & si dies Ad propositum permittitur nunciatio tem-
pore feriato, ne interim ædificetur. vnde autem ille cui facta
est nunciatio desistit ab opere,& non possum prosequi nun-
ciationem:quia cessat necessitas.aut ædificat & tunc potero
prosequi:quia adhuc subest necessitas.& intelligit de qua di-
citur in.l.de pupillo § qui opus. Idem dicit in petitione remis
sionis:quia aut quis petit remissionem præstita satisdatiõe,&
potest etiam tempore feriato:quia hoc nõ requirit causæ co-
gnitionem.ea enim quę causę cognitionem non requirũt pos
sunt fieri de feriato.ff.quis or.in posses. seruetur.l. secunda.&
propter hoc dicitur quòd quia executio sententię non requi
rit causę cognitionem.vt.ff.de iudic.l.si pretor. in principio.
potest fieri die feriato, maximè ob necessitatem hominũ. vt
in præallegato.c.fina.de iudi.& idem de examinatione testiũ.
in clemen.vn.de offi.deleg.cum ibi notatis per Io. And. & in
Specu.eod.titul.§ secundo.versicu.quid si in ferijs. & versic.
sequen. ad quos supra remisi. Aut petit remissionem à iudice
causa cognita,& non debet audiri aduersario inuito: quia ne-
cessitas non imminet:quia potest sibi consulere per satisdatio
nem. Sed si fortè satisdare non potest, tunc si quidem res est
tempore peritura puta ædificabat in hyeme si superuenerit
hyems res peribit.tunc poterit petere remissionem tempore
feriato, aliàs non, nam cum non reperiatur stabo regulæ gene
rali. Collectarius mouet hic aliquas quæstiones, & primo
quęrit vtrum ad plures actus fieri possit citatio,& dicit quòd
sic allegat de testi.cogen.c.ij.in fin.& notat Innocen.de offic.
deleg.consuluit.in fin. Secundo quærit iuxta.c.statutum § ve
rò.versi. aut sui aduersarij.& ver.sed & in duobus.de rescrip.
lib.vj.quid si antequam fiat fides de per horrescentia iudicis
aliàs iudex partes citet an valeat citatio? de quo ibi per Arch.
& tenet quòd sic, quia dicit partes,& per id quòd sequitur de
condemnatione expensarum,& sic probatur ibi quòd notat
Innocen.eod.titu.primo.c.præterea. videlicet citationem nõ
esse de processu secundum eum. Tertio quærit nunquid
deputatus ad citandum potest committere vices suas? recitat
Specu.de offi.deleg.§ primo.dicentem quòd non, quia sic il-
le potest alij committere, & ille alij,& sic esset processus in in
finitum. Dicit tamen quòd cõtrarium apparet in eo, quòd le
gitur & notatur.ĩ.de dolo & contu.c.fi. per Host.nisi dicas q
forma mandati illud ibi operatur. Super quo remittit ad
collecta sua de offi.deleg.c.fi.&.c.super quæstionum.

¶ VNDECIMO quęritur, qui potest indicere ferias, di
cit Henri.de repentinis ita dictis:quia incertæ sunt & repentè
ac subito indicuntur quòd solus princeps.vt in præallegata.l.
à nullo.de quibus aliquid dixi.ĩ.eod.c.in fin. sextę quæstio-
nis. De ferijs verò solennibus per legem vel canonem in ho-
norem Dei, vel sanctorum introductis non est quęstio; quia
cum iam à iure introductę sunt amplius ab homine indici nõ
debent.vt in præalleg.l.sed & si per pretorem § ferię. secundo
responso. De introductis verò in fauorem hominum propter
messes vel vindemias dicit quòd cum non sint earum tempo
ra determinata per legem, nec per canonem earum indictio
iudicibus relinquitur secundum locorum diuersitatem faciẽ
da.vt.ff.eod.l. pręsides. & hic notatur per Bernardum. pro
quo.ff.de offi.procon.l. si in aliquam. vnde non sequitur de
iure, aliquis colligit messes ergo non debet vocari in ius.quia
ad hoc quòd non vocetur in ius oportet primo quòd ferię à
iudice iudicantur. Sed ista distinguit in effectu Hosti in sum-
ma.eo.ti.§ qualiter & Lamber.in dicta.l.præsides. ¶ In occa-
sione illius literę, *quas singuli episcopi*.&c.sumit Henri. argumẽ
tum hic quòd episcopi in suis diœcesibus possunt statuere ca-
nones episcopales,& Archiepiscopi in suis prouincijs Archie
piscopales. Sed circa hoc distinguit, dicẽs quòd super mino
ribus negotijs hoc possũt.vt hic.&.ĩ.de consti.c.vt animarũ.
lib.vj.Sed super maioribus negotijs nequaquam.&.ĩ.de trãs
la.episc.c.j.& xij.dist. pręcepns. vt notat glo.xviij.di.in sum.
Sed finaliter ipse remittit ad notata per eum plenius.ĩ.de sen
ten excõmunica.à nobis.j. in tertia distinctione per quæ ma
dica hic notata,& expone illa dici maiora negotia super qui
bus episcopus non potest statuere. illa quę sibi sedes Apo-
stolica specialiter reseruauit. iuxta lecta & notata.ĩ.de trans-
la.capitul.primo.&.c.quanto.& quasi per totum.& de offic.
leg.cap.quòd sedem, vel quę canonicis statutis obuiant, aut
superiori vel alteri præiudicium afferunt. Et minora intelli-
gas omnia preter proximè excepta. & hęc prosequere quæ
scripsit Henr.in dicto capit.à nobis in distinctione prędicta.
vt breuiter dicas episcopum posse statuere de omnibus & mi
noribus.& maioribus pręter casus à iure eidem interdictos.
magnum enim est vnire ecclesias, vel eas diuidere, aut eorum
possessiones immobiles alienare, aut festa de nouo colenda or
dinare, vel super modũ crimina puniendi omnium subdito-
rum statuere, vel etiam ordinare, quæ tamẽ ad episcopum in
sua diœcesi pertinere noscuntur, vt infra de excess. pręlato. c.
sicut vnire. de reb eccle.non alien.capit. primo. & secundo.
libro sexto. & in clementina prima. & secunda. eod. titul. &
hic & in capitulo vt animarum.allegatis Sicut enim pręest Pa
pa ecclesiæ Romanę tanquam episcopus, ita preest quilibet
episcopus cuiuslibet ecclesię inferioris eidẽ ecclesię inferioris
tanquam episcopus de iure communi. Saluo quòd Papa cũ
eo immediatè concurrit, & in omnibus supra eum est.xj.di.

peruenit. dicam plenius in. c. à nobis allegato.

¶ Kursus tangu Hen. an episcopi in suis diœcesibus absque auctoritate sedis Apostolicæ possint statuere aliquem sanctũ solenniter venerari, & dicit post Innocẽ. quòd tetigi. s̃. quòd sic, de canonizato per sedem Apostolicam vt hic, sed de alio non: quia non possunt sine auctoritate Papę sanctorum collegio quemquam ascribere. remittens ad notata infra de reli. & venera. sancto. capit. primo, & secundo. vbi per Hostien. Item quærere posses quare dicuntur ferię, & qualiter distinguntur feriæ. de quibus me expedio, & remitto ad fratrem Io. sub dicta rubrica de ferijs cap. primo. & secundo. & ad Host. in summa eod. titul. § primo, & secundo. & ad Specula. eo. tit. § primo.

De Ordine cognitionum Rubrica.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Propositio cognitioni præmittitur.*
2 *Iudicium pro cognitione sumitur.*



COntinuatio Rubricę patet, quia post litẽ contestatam, & iuramentũ calumnie oriuntur quæstiones, & exceptiones incidentes, seu emergentes, ac prǽiudiciales. de quarum cognitionum ordine dubitatur. de materia. ij. questio. ij. & iij. questi. j. de iudi. exhibita. de electione quamuis § vltimo. cap. prouida. & cap. si fortè. libro sexto de verbo. significa. cap. constitutionem. eod. lib. rubrica autem de mutu. peti supra principaliter tractat qualiter, & coram quo reus actorem reconuenit, & an quòd in vna causa seruatur in alia sit seruandum, nec tractatur ibi de ordine cognitionũ, nisi incidenter, hic verò principaliter, & non solum de ordine cognitionis & conuentionis, sed etiam plurium questionum per modum actionum & exceptionum. ideò licet proximitas. ĩ. cap. secũdo. non tñ superfluitas. Fateor autem quòd vno respectu hęc rubrica posset sequi immediatè illam de libel. obla. videlicet respectu plurium quæstionum, quę proponuntur interdum ab actore, & alio repectu post illam de mutu. petit. videlicet respectu quæstionum que proponuntur per reum in modum reconuentionis, & alio respectu post illam de litiscontestatione, videlicet respectu quæstionum, exceptionum dilatoriarum in. q. vj. § exceptio. de re iudi. c. inter. ideò in antiqua ponebatur immediatè post illam. & in. C. hoc respectu pręcedit illam de litiscontesta. & illã de dilatiõe. Itẽ respectu exceptionum peremptoriarum sequi potest illam de exceptione, & sic esset or-
1 do de doctrina seruatus, in quo † cognitionem propositio præcedere debet. facit. xxij. dist. qui hoc. Sed non est curandum, cum hæc pendeãt à mera principis potestate, de quibus non coguntur reddere rationem. vt. ff. de legi. l. non omniũ. Ideò tñ hîc collocatur: quia principalius tractat de ordine cognitonum illarum questionum, quæ proponuntur à reis per modum exceptionum incidentium quòd communiter fieri solet post datum actori terminum ad probandum. Ex quo enim proposita est, tractatur de ordine cognoscendi, ad ea quę frequentius &c. ff. de legi. l. nã ad ea. s̃. vt lit. non cõtesta. quoniã. in principio. Põderauit etiã principaliter actor de propositus in modũ pjudicij, quæ impediũt pcessũ in principali lite iam contestata, ideò pmisi Rubricã de litiscontestatione, sed pposuit hãc illi de pba. eo q super his pbationes exigũtur vt infra eodem capitul. primo. Fateor etiam quòd certo respectu potuisset intitulari hęc rubrica de ordi iudi. quia principaliter in hoc secundo libro tractatur de iudi. & pertinentibus ad iudicia. Sic enim fecit Imperator in tertio libro codicis titulo de ord. iudic. quia de iudicijs ibi tractat. ideò Goff. in summa huius tituli in principio actorẽ arguebat, eo quòd rubrica de ordi. iudi. latior, & generalior in qua tractatur de diuersitate causarum, quę alteri prǽferatur, quæ cõcurrat cum alia, & quę prius, & quę posterius sit tractanda. In illa verò de ordine cognitionum quęritur, quid iuris cùm quęstio liberalis proponit cum alia ciuili, vel criminali, & ideò ponitur in septimo libro codicis vbi de libertatum causis agitur. Saluatur tñ etiam secũdũ Goffe. intitulatio hęc alio respectu, videlicet habita consideratione ad nigrum vtriusq; rubricę, prout illa prosequitur autor iuris ciuilis, & maximè intelligendo quòd iudicium includit etiam cognitionem. infra de verbo. significatio. forus. vnde Accur. exponit de ordini. cogni. j. de quæstionibus in iudicio ordinandis. & Azo. dicit quòd ibi iudicium ponitur pro actione, vel quæstione. & fa. notata in. sti. qui. non est permis. fa. testa. § pręterea. quot modis dicitur iudicium per Cardinal. in rubrica de iudi. & Ioan. And. infra de regul. iur. capitul. in iudicijs. libro sexto in Nouella. Sub omnibus tamẽ istis rubricis in nigro fit mentio de quęstionibus, & sic de materia & ordine ipsarum quantum ad formam cognoscendi de illis, quę cognitio includit. & finem. i. diffinitionẽ ipsarũ, quę oĩa ita cõueniũt vni rubricæ, sicut alteri. Ideò non videt magna differentia quãtũ ad meritẽ, siue dicatur de ordi. cogni. siue de ordini. iudi. secundum Ioannem Calder.
2 † Cum iudicium pro cognitione sumatur. xlvij. distinct. ca. Petro. lix. distinct. capit. secundo. in fin. sicut econtra. vt in præallegato capitulo forus. ver. iudicium. & hoc de continuatione rubricæ.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Mulier à mentis molitia dicta.*
2 *Varię capitula super quibus testes produci solent dici aliquando intentiones, interdum adsertiones, item & articuli.*
3 *Reus fundata actoris intentione proponit, peremptoriamque exceptionem probat.*
4 *Iudicem eorum de quibus non pronunciat cognitionem habere, traditur.*
5 *Iudex iuris rationem in pronunciando sequi tenetur.*
6 *Eius rei quam cognouit iudex pronunciare debet.*
7 *Causam suum causatum præcedere naturale est.*
8 *Ars in quantum potest naturam ipsam imitatur.*
9 *Incidens quæstio ea est quæ causam principalem respicit.*
10 *Emergens ea est quæ litis ordinem, seu processum concernit.*
11 *Vnum quodque agens secundũ finem ad quem tendit iudicandum est.*
12 *Excipiendi modus non ad eum finem, quem quòd actio directè tendit.*
13 *Actionis finis petitio, seu eius conclusio est, & effectus.*
14 *Repulsus in vna causa excommunicationis exceptione, in alia causa inter easdem partes nihil præiudicij adferre potest.*

¶ *CAP. I.*



INtelleximus. Hanc repetijt Io. Cal. ideò ob memoriã ipsius redeũdo ad modũ pristinũ primo casum ponam, & literã exponã. Secundo notabilia eliciã. Tertio opponã & quarto quærã. & hoc de isto principio seu diuisione. ¶ Casus breuis, iudex de peremptoria exceptione cognoscit ante sententiã, sufficit, tamen q in principali pronunciet. primo ponit thema, ex quo insurgebat duplex quæstio. Secũdo vtrãq; soluit ibi *per*
1 *inquisitioné*. solutio secũdę ibi: *quo facto*. &c. expõe literã † *mulier*. dicta à mentis molitia. xxxij. q. vj. § sed illud Ambro. in iusmodi non erat ista tractans pro matrimonio. Faciunt notata de clandest. desponsa. impu. c. j. *peteret*. ergo petitoriũ intentabat Alanus. petebat enim adiudicari non restitui Goff. ideò subintellige q narrabat cõtractũ matrimonij & modũ contractus, & ex hoc petebat. &c. ĩ. de cõdi. appo. c. per tuas. *In virum*. i. in maritũ. v. di. ad eius. xxxij. q. vij. vxor. & c. seq. de frigid. c. j. & c. laudabilẽ. de secundis nup. c. pe. & vltimo. vir verò secundũ Hostien. negabat cõtractum. *testes*. ergo lis erat cõtestata. G. Nazo. hodie secus vt cle. dispẽdiosam. de iudi inter-

2 di.*Intentionis*.† tota capitula super quibus producuntur
testes intentiones dici. infra titulo primo. cum ecclesia.
interdum assertiones. vt sequitur. C. de tēpor. appella. per
hanc. interdum articuli. infra de testibus. ex tenore. c. ve-
niēs. & c. presentiū. li. vj. interdum capitula. de testi. frater-
nitatis. & c. per tuas. de fi. instru. cum Ioānes. *assertionem*. f.
ad probandū contractum. Hosti. *metuens*. quia per illorum
dicta fortè matrimonium probabat, vel fortè nōdum publi
catis attestationibus de hoc timebat vir. *consanguineitatis*. in
gradu prohibito, & idem de quolibet alio impedimēto di
rimente eadem ratione. *elidi*. i. adnullari. Hosti. seu perimi,
vel excludi. s̄. vt lit. non cōtesta. § sin autem. & sic patet per
peremptoriam elidi, excludi, vel perimi intētionem agen
tis respectu principalis negocij. Quod intellige ea probata
vt sequitur. & sic peremptoria exceptio dicitur actionis ex
clusio. vt ff. de excep. l. ij. j̄. de præscrip. ad aures. licet litis
contestationem non inducat. de litis contesta. c. j. libro. vj.
infra. i. deciditur quæstio quam statim dicā *inquisitioni*. quæ
fuit, an de consanguineitate sit agendum priusquam super
matrimonio sententia feratur. Nouel. ex themate insurge
bat alia questio, an satisesset principale negotium diffiniri,
quæ soluitur infra vers. quo facto. Calde. *exceptione*. cōsan
guineitatis, de qua præmisit probata, nec sufficeret proposi
tio. j̄. de præscrip. cum ex officij. de re iudic. cum super. de
conce. preben. cū soper. de ijs quæ fi. à ma. par. ca. c. j. *quæsti o*.
qua petebat virum. *perimatur*. similitudinariè, & ideò perēp
toria dicitur. insti. de ac. § appellantur. *cognoscendum*. non di
cit pronunciādum. *ipsa* exceptione d *diffinitionis*. super prin-
cipali *quo facto*. i. qua exceptione probata Hustien. & sol-
uitur hic alia quæstio de qua supra Calde. *prom*. id est quia
AEgid. vel idest si probata fuerit consanguineitas Tan. &
tūc cessat opinio Hosti. quam ponit glo. præcedens. & esset
exponendū quo facto. i quo cognito. Sed aliter Hosti. sta
tim dicā *iuris*. i. nisi obstet canonica replicatio, puta re
probationis testiū. vt. j̄. de testi. series. c. ex tenore & c. licet
iij. vel dispēsatiōis. de cōsangui. q dilectio. & c. quia circa.
Hosti. Nota primo duo principalia huius decret. dicta in
summario annotata, pro primo. j̄. e. c. tuā. qui fi. sunt legi.
lator. Pro secundo. C. de ordin. iudicior. leg. prima &
de ordin. cog. l. secunda. in. secundo. responso. ¶ Secundo
3 nota, † q fundata intētione actoris reus proponit & pro-
bat exceptionē peremptoriā de dolo. fi nē. de testi. c. de testi
bus. de cogna. spir. c. fi. C. de præscrip. lon tēpo. l. emptor.
de excep. l. si quidē. j̄. de proba. c. exceptionē. quodq; exce
ptio perēptoria est actoris vel intentionis actoris exclusio.
vt dixi. s̄. & q contra petentē restitutionē cōiugii obstat
exceptio consanguineitatis. vide. s̄. vt lit. non conte. c. j. in
4 iiij. glo. Tertio nota † iudicē cognoscere de eo de quo nō
pronūciat. simile de rescrip. cum cōtingat. de re iudi. de cæ
tero. iij. q. vj. c. quāuis. & c. dudum. C. vbi sena. vel cla. l. quo
tiens. j̄. de testi. cū olim. de appel. cōstitutus. C. de ordi. iu-
5 di. l. j. Quarto † q iudex debet principaliter rationē iuris
sequi in pronunciando. iij. q. vij. iudicet. & c. inter cætera.
xxx. q. ij. c. ij. & c. se. de iudi. c. exhibita. & c. fi. in fi. de testi.
c. dilecto. in fi. de excep. c. dilecte. in fi. quodq; probata ex
ceptione perēptoria reus est absoluendus ab impetitione
actoris. de fi. instru. cum Io. de præscrip. cum olim. & c. au
ditis. de cogna. spiritua. c. fi. de priuile. c. accedentibus. & c.
¶ PRIMO opponitur, quia publicatis attestationibus
testes non recipiuntur. de testi. fraternitatis. & c. se. in authē.
de testi. § quia verò. igitur nec super perēptoria publicatis
attestationibus super intentione actoris. Solutio, reiecta di
sceptatione glosarū quæ ponitur in prælegata. l. emptor.
& C. de probatio. l. exceptionem. & C. senten. rescind. non
pos. l. peremptorias. & ff. de rei vendicat. l. officium. Dicas
quòd cum peremptoria est articulus separatus, & non dire
cto contrarius vt est regulariter, sicut exceptio consangui
neitatis opposita matrimonio, vel solutio opposita obliga
tioni, possunt non obstante publicatiōe super ea testes pro
duci vt hic, & de cogna. spiritua. c. fi. & de testi. c. de testi-
bus. vbi notatur fatuū esse eam prius proponere. Patet. C.
de exceptio. si quidem. Cessat enim timor subornationis,
quia articulus separatus, secus tamen si exciperetur de arti-
culo directè contrario, vt in clemen. testibus. j̄. de testib.
nec expediret publicationem expectare. nam & ante fun-
datam intentionē actoris posset reus peremptoriam pro-
ponere, & infra terminum assignatum communiter acto
ri, & reo ex vtraque parte testes produci, quòd sæpe fit ad
faciliorem expeditionem. de renuncia. c. super hoc. Calde.
& sic seruatur in palatio. & placet Specul. de teste. § quali-
ter. ver. sed opponitur. & de exceptio. § dicto. ver. sed quo-
quid. Saluo, quòd si exceptio est dilatoria seu præiudicia-
lis processus, primo probanda est. vt. j̄. e. c. penulti. & fina.
alias autem regulare est quòd actor primo probet inten-
tionem suam, & postea reus suam exceptionem. de proba
tio. licet. de testi. præsentium. libro sexto. notatur. ff. de pro
batio. l. circa. & per Ioan. And. de iureiu. c. licet. lib. vj. Nec
ob. quòd reus est fauorabilior, & sic eius probatio præ-
ferenda. per regulam fauorabiliores cum concordantijs.
Vel saltem quòd eius conditio non debet esse deterior, per
regulam nō licet actori. & quòd sic saltem debeat eius pro
batio concurrere: quia illud verum in eo in quo ius com-
mune non læditur. de for. competen. ex tenore. Calde. Sed
verius dicas id introductum in fauorem rei, & fauori per
eum posse renunciari. vt. ff. de mino. l. si iudex. Dicit etiam
Calderi. quòd si hunc ordinem mutat iudex inuita parte
potest appellare. notatur in Specula. de probatio. § primo
ver. sed vterque. vbi de hoc. nisi partes consentirent, quòd
simul vterque iudex terminum assignaret, aut saltem non
contradicerent. vel nisi sit iudex qui possit procedere sum
mariè. vt in clemen. sæpe. de verbo. significa. Sed quicquid
dictum sit tene quòd etiam inuito actore reo volenti sta-
tim probare mos gerendus est, vt in præallegata. l. circa fi-
nem, maximè quia hic attenditur eius fauor cui ipse potest
renunciare vt dixi. De replicatione actoris vide Nouellam
infra de exceptio. à nobis. Casus in quibus reus habet ne-
cessario probare de iure suo, vide in Speculo de probatio.
§ j. ver. nunc ad propositum.
¶ SECVNDO opponitur contra principale dictum,
quia videtur super exceptione sit necessario pronuncian-
dum. vt supra de electioni. cum dilectus. j̄. de testi. veniens
secundo. de fide instrument. cum Ioannes. de appellatio.
super eo. & infra eodem capitulo tuam. qui fil. sunt legiti.
capitulo lator. de appella. capitulo vltimo. libro sexto. &
in cle. cum à repulsione. eodem titulo de mino. inter vtile.
¶ Solutio, super præiudicialibus processus hoc est super
omni exceptione cuius pronunciatione dilata processus
principalis quæstionis expediri non potest, pronuncian-
dum est, nisi iudex talis sit qui pronunciare non possit.
Sed potest expediri processus scilicet principalis quæstio.
de necessitate nō est pronūciandū, licet possit secūdum Host.
¶ In primo membro comprehenduntur emergentes, in-
cidentes, & peremptoriæ, quæ opponi possunt & oppo-
nuntur in vim dilatoriarum ad litis contestationem im-
pediendam. de litis contesta. capitulo primo. libro sexto.
¶ Idem etiam de ea de qua iudex causæ principalis non
potest cognoscere. vt infra eodē. c. tuam.
¶ Sub secundo membro includitur etiam dilatoria pro-
posita post litem contestatam in casu suo: quia cum tunc
non differat iudicium non est necesse super ea pronuncia
ri. vt infra eodem capitulo primo. & per hoc omnia ad
concordiam reducuntur. nec est curandum de differentia
inter tacitam pronunciationem, vel expressam. vt. ff. si cer.
pet. l. cum quid. & placet etiam Calde.
6 Non obstat. † quòd de ea re de qua cognouit iudex pro-
nunciare debet. ff. de iudic. l de qua re. Quia illud regula-
re, istud speciale. vel loquitur contrarium de cognitione
principali, hic de incidenti. vel sufficit hic pronunciatio ta

cita quæstionis incidentis, quam ad se trahit pronunciatio expressa quæstionis principalis. Nec ob. decreta. conquerente. infra de restitutio. spolia. vbi exceptio consanguineitatis non obst. petenti restitutionem coniugis: quia illa in possessorio, hic in petitorio. & ita soluitur in decreta. literas. eodem titulo.

¶ PRIMO quęritur quę sit ratio decidēdi in vtroque dicto huius decretalis, dic quòd ratio primi dicti est vltra
7 id quod litera exprimit, videlicet † quòd causa naturaliter præcedit suum causatum. de poeni. distinctio. prima. quia iudex alias radix. & capitulo caritas est. à qua supra de rescrip. c. vltimo. infra de eccle. edifican. ad audientiam. ij. in
8 fine. † Ars autem imitatur naturam, in quantum potest. xlviij. distinctio. c. vltimo. lxxxix. distinctio. singula. de baptismo debitum. sed fundata intentione actoris reus nō potest absolui, nisi prius probet suam exceptionem. ergo hoc necessariò præcedere debet.

¶ Ratio secundi dicti est, quia omne superfluum resecandum est ab arte lxvj. distinctione coepiscopi. de offi. deleg. cum contingat. de probatio. capitulo secundo sed pronunciatio super principali operatur etiam sufficientem effectū super incidenti. Ioan. Calderi.

¶ SECVNDO quęritur quę sunt quęstiones incidentes, & emergentes. vide glos. Bernar. primam post principium, ibi: incidens quæstio dicitur, &c. quæ videtur velle, quòd incidens est quę competit reo ante litem contestatam, & sic oritur ex circonstantijs negotij, & habet vetustiorem causam secundum Accursium. C. de ordi. iudi. l. prima. vt res iudica, vel finita, iuramenta, præscriptio, pactum de non petendo, consanguineitas, vel aliud impedimentum quod opponitur matrimonio, vel ijs similia. emergentes sunt secundum glos. quæ competunt & emergunt in lite. vt an dilatio sit danda vel non. An positio vel interrogatio sit recipienda vel non. vnde dicit Goffred. quòd oriuntur ex circonstantijs iudicij, quòd ferè est in omnibus dilatorijs. ferè dicit propter dilatoriam solennis. vnde secundum Accursium. emergentes habent causam ante iudicium incoatum. Sed prout dicit Nouella interdum incidens non habet causam ante iudicium incoatum. Quia iudice sedente potuisset actor fecisse pactum, de non petendo ipsi reo: quę tamen exceptio incidens est, vt prædixi interdum etiam emergens potuit competere ante iudicium incoatum. Prius enim potuisset actor, iudex, vel procurator, excommunicari, quæ tamen sunt emergentes, communiter dicunt doctores quòd incidentes sunt peremptoriæ, & emergentes dilatoriæ. Et dabat Abbas versus.

¶ Incidens perimit emergens quomodo dicat.

Sed illud fallit in dilatoria solutionis. Dicit Henricus omis-
9 sis expositionibus glo. dico † quòd incidens est omnis quęstio causam principalem seu negotium principale in se re-
10 spiciens. † Emergens est quæ non respicit causam principalem seu negotium principale in se, sed respicit iudicium seu processum & ordinem litis. Et placet Ioan. Calderin. exempla patent supra.

¶ TERTIO quæritur quę sunt quæstiones præiudiciales, & qualiter cognoscātur. & licet circa hoc plura cōsuesint scripta clarius loquēdo dicit Cal. quæstionē dici præiudicialē triplici respectu. primo respectu proponentis. secūdo respectu aduersarij. tertio respectu processus. primo mōquandoque præiudicat electiuè, vt. ff. de trib. l. quòd in hæredē. ꝑ eligere. cum similibus. Quandoque probatiuè, quia primo necesse habet probare. de electioni. si fortè. de verbor. significatio. constitutionem. libro sexto. secundo modo respectu aduersarij est præiudicialis, quandoque respectu rei, vt quia impedit reconuentionem. vt infra eod. c. fi. & in casibus notatis. s. de arbit. cum dilectus. Quandoque respectu actoris, & tunc quandoque respectu processus. vt infra de litiscontesta. c. j. libro sexto. quandoque respectu personæ, vt est exceptio excōmunicationis. de excep. pia. e. lib. de restitutio. spolia. frequens. etiam. e. lib. Sed istud sub præcedenti complectitur quandoque respectu actionis, vt quia perimit probata intentione actoris, vt hic. Dicit Calde. quòd respectu processus dici possunt multipliciter pręiudiciales, vel quia id quod proponitur est talis naturæ quod probatum omnino impedit processum. & sic omnis dilatoria vel emergens præter dilatoriam solutiōis dicitur præiudicialis. de iudi. exhibita. de accusa. c. j. sic & illa de qua de electio. quamuis. in fine. & c. prouida. vel quia suspendit processum causæ iam incoatum. quandoque propter conditionem iudicis cognoscere non valentis, vt. c. tuam. & c. lator. vel personæ dum quæritur an sit liber vel seruus ingenuus vel libertinus, filius vel extraneus: instit. de actio. præiuditiales. sic ciuilis præiudicat criminali quandoque respectu processus. C. de ordi. cogni. l. iij. de adulte. l. quoniam Alexandrum. cum nota. Cyn. in. xj. q. ij. nullus Episcoporum. & c. sequenti. & sic contra. C. si quis. alii. test. prohibu. l. ij. de ordi. iudi. l. vlti. iij. q. xj. c. ciuili. Sic quādoque criminalis criminali cum accusatus de minori crimine accusat suum accusatorē de maiori. eo casu quo potest. C. qui accusa. non pos. l. j. canonisata. xj. q. iij. fatetur tamen quod aliter tractant summistæ, & Specu. de incidentibus quæstionibus. Tu verò dicas quod licet multiplex possit notari præiudicium quod potest quæstio vel exceptio generare. Et sic secundum hanc considerationem possunt notari multiplices quæstiones præiudiciales vt dicit Calde. illo tamen modo quo quæstio præiudicialis hic accipitur, respicit præiudicium processus. i. quod antequam de illa cognitum, & pronunciatū fuerit, nō possit post eius oppositionē vltra procedi in negotio principali, & hoc respicit quandoque iudicem vel ratione habilitatis ipsius impugnatæ, vt quia dicitur seruus, vel publicæ excōmunicatus. de re iudi. ad probandū. vel iurisdictionis negatæ, vt sunt omnes declinatorię fori, vel iurisdictionis restrictæ. vt. s. e. c. tuam. & c. lator. alle. & C. de ordi. iudi. l. j. quandoque respectu aduersarij actoris vel rei, vt in exēplis suprapositis. quādoque respectu ipsius iudicij, vt dū opponitur de re iam finita. vt. c. exceptionis. allega. Et hoc vltimo casu respicit etiā negotiū principale. Et ideò circa hoc an habeat effectum quæstionis præiudicialis attenditur modus propositionis, videlicet an proponatur ante litem contestatā contra processum. an post contractiōem, quia primo casu est præiudicialis ipsi processui. secūdo casu remanet in natura propriæ perēptoriæ. quia nō præiudicat nisi actiōi, quemadmodū latè scripsi in. c. exceptiōes dilatoriæ quę propriè de natura sua habent processum iudicij in principali negotio impedire, & etiā exceptiones perēptorię in hoc priuilegiatæ quod possunt ad impediendum litis cōtestationē opponi possunt, siue debēt dici quæstiones siue exceptiones præiudiciales quodque regulariter nullæ exceptiōes perēptoriæ præter priuilegiatas, de quibus. s. debēt dici hoc respectu præiudiciales: quia processui negotij principalis nō præiudicant eo mō quo dixi. vt præd. c. exceptionis. Fallit quādo materia exceptiōis transcēdit iurisdictionem ipsius iudicentis. vt. c. tuā. & c. lator. allegatis. & l. additę. de ordi. iudi. & l. quotiens. C. de iudic.

¶ QVARTO quęritur redeūdo ad materiā secundæ oppositionis, vtrū super exceptiōe incidenti sit vnquam necessaria litis cōtestatio, videtur quod sic. p. l. j. & ij. C. de ord. cogni. & p. l. aditæ. l. quotiēs. alleg. & p. l. liberis. § vlt. ff. de liberali causa. & per. l. iij. ff. de præuar. & per. c. cū dilectus. c. veniēs. c. cū Ioānes. c. super eo. c. tuā. c. lator. l. inter vtile. c. cum à repulsione, & alijs in secunda oppositione ad hanc partem inductis, date vna solutio generalis etiā quā tangit hic glo. quod pōt, sed necesse non est. Sed obstant plura de allegatis probantia quod imo necesse est. Placenti. & Marti. dixerūt semper pronunciandū, nisi obstaret deffectus in iudicis potestatæ. vt. l. quotiens. ¶ Simile de iudicijs. cum venissent. vel in conditione rei, vt quia pupillus cuius quæstio status differtur, & super hæreditate pronunciatur. C. de arbi.

C.de ordin. cognitio l. prima,& ibi nntat Burgalus contra, quòd satis est pronunciari super principali.C.de ordi.iudic. l.ij.&.iij.C.de ordin.cogni.l.ij.nisi esset incidens præiudicialis,puta ciuilis,vel criminalis,vel contra,aut criminalis criminali casu suo,vt recitat Azo in summa de ordin.iudici.Ioan. Azo,& Accursius,& Bernard.distingunt inter incidentes,& emergentes,'& dicunt quòd in incidentibus est vera secunda opinio, nisi esset præiudicialis,sed in emergentibus est vera prima opinio,nec obstat.l.intra vtile,quia ibi pronunciatum fuit super libello in quo actor dicebat se minorem, & lesum, vel ibi non fuit pronũciatum super ætate principaliter,sed per quandam consequentiam, quia ratione ætatis, & lesionis fuit restitutus.ad legem tertiam de præuaricator.dicunt, quòd est speciale, vel quòd ibi præuaricatio fuit in modum replicationis opposita contra exceptionem in vim dilatoriæ pro positam,puta ante litem contestatam,accusatus se dicebat absolutum per sententiam,& sic opponebat de re Iudicata per modum dilatoriæ ad impediendum processum,quòd potuit vt prædicto.c.exceptionu.actor non replicabit de preuaricatione accusatoris primi.Sicut enim exceptio opponebatur in modum emergentis,sic,& contra illam replicatio. Accursius enim ibi videtur dicere quòd post exceptioné absolutiõis ac cusator accusauit directè primum acculatorem de præuaricati one,& tunc planum est,quòd debuit pronunciari, & bic dicit Inno.alternatiuè tamen.s.de electi.cum inter.vbi etiam tractat de hoc dicens,etiam sic posse intelligi in ciuili vel criminali sibi inuicem incidentibus. Dicit autem bic quòd hec exceptio præuaricationis posteà est peremptoria,quòd expo nit Abbas.j.quia probato quòd ille fuerit preuaricator non audietur posteà contra eum. Alij dicuot,aut est questio quæ patitur litem contestari,& tunc de illa non est necesse pronũciari.Sed pronunciatur super principali, & per consequentiam super illa dum modo de illa fuerit plenè cognitum .vt C.de ordin.cognitio.l.ij. & ibi nota.secus si non esset plenè cognitum. vt.ff.de ijs qui sunt sui vel. alie.iur.l.pe.& de liberis agnosce..l.si quis.§.si vel pares.Si verò est talis questio quę non patiatur litem contestari tunc de ea est pronũciandum vt.ff.de preuarica.l.iij.Contra primom membrum huius distinctiõis opponitur de capitulo tuam.& capitulo lator Sed patens est solutio,eo quòd ille super exceptiõe illegitimitatis non erat competens Iudex,quia laicus.Si enim fuisset ecclesiasticus secus.Hostien.hic,& in summa huius titu. vt tetigi supra in oppositione secunda breuiter dicit. qoòd super omni exceptiooe cuius renunciatione non facta principalis proces sus impediri posset pronũciandum est,nisi talis sit iudex,qui pronunciare non potest.intelligo tamen quòd tunc per com petentem iudicem pronunciabitur.Si verò principalis questio potest expediri,dato quòd non pronuncietur super exceptione,& tunc non est neccessario pronunciandum, potest tamen pronũciari:nec respectu huius peremptoriè dici possunt præiudiciales secundum Calde.¶ Henricus verò recitans dicta Cyni in.l.adite.allegata vbi Cynus post Iaco.& Pe.plenissimè discutit hanc quęstiooem, distinguit inter emergentes, & iocidentes quęstiones, & dicit super emergentibus primo pronunciandum,quia aliter non potest in causa procedi.vt.l liberis.in fine,& .l.quoniam Alexaodrom allegatis,& .C. de dilatio.l.à procedente.de incidentibus dicit quòd si solũ con cernunt oegotium principale sufficit pronunciare super prin cipali:quia sic per consequentiam pronunciatur super incidẽti,vt hic,nisi deficeret iurisdictio.vt capi.tuam.Sed si respicit etiam processum,& opponitur in modum emergentis ad im pediendum processum tunc super ea,vt super emergenti est pronunciandum,vt capitulo exceptionis.Secus si post incho atum processum modũ peremptoriæ ad optinẽdum in principali victoriam opponatur:quia tunc sufficit pronunciare super principali, & concordat latis ar.iij.q.iij.§ spacium ¶ Vel aliter secundum eum sequendo Hostien.recidendo tamen in idem in effectu, aut est talis incidẽs vel emergẽs cuius pronũciatione dilata processus principalis quęstionis expediri non potest,hoc est quia est preiudicialis cognitiooi negocij principalis vt.ij.q.vij.querendum.vbi Archi.& bic Goffre.& tũc de illa primo cognoscendum,& pronunciandum, vt .l.à pcedente.& .l.liberis.& de preuarica.l.iij.¶ Aut est talis cuius pronũciatione dilata processus quęstionis principalis potest nihilominus expediri,vt quia nõ est preiudicialis cognitioni negocij principalis,& tunc non est necesse pronunciari sup ea vt hic, licet posset fieri sine periculo appellationis.de app. super eo .i.in fine.sicut factum fuit,de testib. veniens.ij. de fide instru.cũ Ioãnes.nisi deficeret iurisdictio in capitulo tuã. secundum Hostien.& Nouellam hic,& supra de electione-cum inter.R.seniorem.vbi per Inno.in glosa mirum videtur.& Laudan cle.fi.de app.vbi Io. An.& Gef.tenent quòd super peremptorijs nõ est necesse interloqui.vide Goffre. in summa.e.ti.§ sed nuoquid plures.¶ Ego te expedio vno verbo & dico,q sup omnibus præiudicialibus accipiendo vt superi⁹ declaraui in modum præiudicialium aduersus processum principalis negocij oppositis,necesse est primo cognoscere, & pronunciare,& alias non,nisi ex deffectu iurisdictõis illius de principali cognoscentu coram quo opposita est ipsa exceptio, & exempla ac deductiones istorum mẽbrorum recipere ex dictis.¶ Henricus hic recitat de pronunciatione super replicatione fienda.nota.Nouella.j.de excep.capitulo.à nobis.in glo.fi.in fine ad quam supra remisi.& dilatat per exempla quôd ibi dicam.¶ Aliqui dicunt pronunciandum super incidenti per modum causæ.Sed est modicæ vtilitatis:qa non expedit regulariter causam exprimere in sęntentia cum possit apparere ex actis.iuxta lecta, & notata.j.de re.iudi.ca. sicut nobis.&.c.Cum Bertholdus. vt scripserunt doctores in Cyn.in l.aditæ.allegata & hic Henricus.

¶ QVINTO quæritur,vtrum sit idem effectus pronũciare super aliquo incidenti per modum incidentis ac si pronunciaretur super eo tanquam super principali seu per modum principalitatis,Seu an idem sit pronunciare super quęstione proposita per modum exceptionis sicut cum proounciatur super causa principaliter intentata,vt sic vtrobique pariat exceptionem rei iudicatæ,& qualiter sit,vel non sit, pronunciandum super questione incidenti vide plenè per dominum Bertrandum caprioli.ff.de iud.l.de qua re.in prin.

¶ Nouella se expedit dicens dic de hoc vt.j. capitulo proxi. cum ibi ootat.Sed illud cum pronunciatur super dilatoria, que oon requirit tantam indaginem. Quidã distingunt,aut fuit plenè cognitum de ea, & tunc sit idem effectus, aut oon fuit plenè cognitum,sed signatum tantum,& tunc secus,& ita videtur sentire.glo vltima.l.ij.C.de ordi.cogni.& nota.ff.de ijs qui sunt sui vel alie.iur.l.pe. Alij distingunt, aut idem cõsequitur quis per modum consequentiæ,vt patet in exceptione compensationis,& tunc pronunciatio facta.super tali incidenti parit exceptionem rei iudicatæ si is contra quem fuit data vellet posteà de illa agere.ff.de compensat.l.quod in diẽ. .§.j.& de neg.gest.l.si autem.§.fi. Ad idem.s. de elect.cum dilecti.aut illud idem non consequitur, &c.& tunc nunquam habet eundem effectum,& cętera nec hoc casu pronunciatio facta super incidenti exceptione parit exceptionem rei iudicatæ contra eum qui vellet directè agere,& hoc est reperire in dilatorijs.j.c.proximo,& ibi nota.in glos.hic patet in fine. Sed secus videtur in peremptorijs, nec mirum cum regulariter de ijs nil posit proponi post sententiam,etiam si de ijs oil fuerit ante dictum.C.senten.rescin. noo pos.l. peremptorias. infra de re iudica.suborta.& multomious videtur si fuerint ante propositæ,& pronunciatum super eis.facit,quòd scripsit Calderinus infra eodem capitulo vltimo.si tamen exceptio priuilegiata,vt de re transacta,iudicata,vel finita proposita in vim dilatoriæ sententia lata super illa non obstaret posteà volenti ex illa agere,quia ad aliud tunc proponeretur quàm pri

u mo,infra de testib. veniens secundo.† vnumquodque enim agens iudicari debet secundum finem ad quem tendit infra capitulo proximo.de accusation.super ijs, & capitulo qualiter.ij.de simo.licet Heli.sa.no.Inno.de rescrip. super literis.&

Specul.de exceptio.§.dicto.in fine.licet induci possent contra
not in prędicto.capitulo exceptionis.
¶ Sed oppones contra illud quòd dictum est sententiam la-
tam super peremptoria obstare volenti posteà ex illa agere:
quia variatio modo agendi cessat exceptio rei iudicatæ. de te
stib.veniens.ij.& capitulo cum in tua.patet antem modum va
riari,item & alium finem agi.pone enim contra me electum
petentem electionem confirmari, excipis ad te ius eligendi
tantum pertinere, intendo meam electionem confirmari, &
tu non intendis nisi ab hac intentione me excludere,ideò quã
tumcunque de exceptione tua plenè cognitum fuerit. Si suc-
cubueris non obstabit quominus posteà de illo iure eligendi
possis mouere contra me quæstionem:quia tunc ad aliud ten
des videlicet vt declaretur ius huiusmodi ad te pertinere.fac.
bene infra titulo secundo.cum ecclesia.&.ff.de euictio.l.ven-
dicantem.&.C.quando ciuilis actio criminali præiudicet.l.
vnica.Solutio,dicit Innocen. quòd supradictum est de per-
emptorijs locum habere quando quis idem consequitur per
sententiam latam,vt patet in exceptione compensationis, &
in casu cum dilecti. alias non obstabit exceptio rei iudicatæ,
licet eiusdem quæstionis intentio repetatur.
¶ Sed contra videtur quòd satis sit quòd idem veniat cogno
scendum in secundo licet aliud petatur:quia si peto hæredita-
tem,& succumbo,si posteà peto reiuẽdicatione certam rem,
quia est hæreditaria mihi obstat exceptio.ff. de exceptio.rei
iudica.l.si quis cum totum.§.si ancillam.&.§.generaliter. &.l.
egi eod.ti.& pro hoc etiam induci possunt.ff.de exceptio.l.
fundum.& de aqua condia.& estu.l.j.§.fina.&.C. de libe.cau.
l.vltima.Volunt quidam dicere quòd reffert inter actorem,
& reum,dicunt enim quòd dum est plenè cognitum de ex-
ceptione rei, & pronunciatum pro eo, actori posteà volenti
super illa agere obstabit exceptio, Sed non sic si pronuncia-
tum est contra reum,& pro actore.Ratio diuersitatis:quia rei
fauorabiliores,nec est in eorum potestate excipere,nisi primo
agatur contra eos.ff.de re.iur.l.fauorabiliores.ĩ.de probatio.
ex literis.Sed in potestate actoris est agere.ff.de exceptio.do.
l.pure.in fine,& hoc dicunt indubitanter verum quando reus
probauit exceptionem,quia tunc apparet plenè fuisse cogni
tum,& volunt isti dicere quòd lex vnica quando ciuil.actio
criminali præiu.est intelligenda reo absoluto, quia probauit.
Sed eo condemnato vel absoluto tantum eo quòd non pro-
bauit actor seu accusator secus,& secundum hanc opinionem
posses sic distinguere: Aut pronunciatum fuit super exceptio
ne dilatoria,& tunc illa non obstante poterit agi infra capitu
lo proximo,& idem de peremptoria in vim dilatoriæ propo
sita,vt capitulo veniens.allegato.aut super perẽptoria & tunc
aut est peremptoria quæ non stat per se. nisi quatinus respicit
principalem actionem, vt exceptio pacti de non petendo,so
lutionis,& similes,& tunc defficit practica istius.et quòd ex eis
agatur,quinimo etiam tales omisse ante sententiam, post sen
tentiam opponi non possunt ad impediendum executionem
vt prædicta.l. peremptorias. & prędicto capitulo sub orta.
Aut per se stant,& tunc,aut tendunt ad eundem finem propo
sitæ per modum exceptionis sicut per modum actionis, &
tunc pronunciatio facta super illis etiam per modum excep-
tionis propositis parit exceptionem rei iudicatę. vt.l.quod in
diem.§.primo.&.l.sin autem.§.finali.& capitulo Cum dilecti.
allegatis. Aut est talis quæ tendit ad alium finem proposita
per modum exceptionis,& ad alium proposita per modum
directę actionis,& tunc aut non fuit plenè cognitum,& tunc
non obstat volenti ex illa agere.ff.de iis qui sunt sui vel alien.
iur.l.penulti.& prædicto.§.ii.vel parens. Aut fuit plenè cogni
tum,& tunc aut est de præiudicialibus ex parte vtriusque, vt
est quæstio filiationis,libertatis,vel libertinitatis, vt prędicto
.§.præiudiciales.& tunc non obstat volenti agere ex ea.C.de
ordi.cognitio.l.secunda.in responso.& ibi nota,aut est alia, &
tunc si actor obtinuit reus ex ea poterit agere.ff.de euictioni.
l.vendicantem.&.l sequenti. Sed si reus obtinuit quia actor
non probauit,tunc actor vlterius non audietur volens super
illa agere.argumen.dictarum legum fundi.& fundum.ff. de
exceptio.cum similibus.Ioan Cald.dicit quòd licet proxima
dist.videatur æqua,tamẽ plus placet quod ex quo quis nõ cõsequi
tur excipiẽdo quod cõsequeretur rectè agẽdo,& sic ad diuersum finẽ
tendit hoc satis est,vt non obstet exceptio.ff.de exceptio.rei
iudica.l.cum quæritur.&.l.an eadem.§.fina.&.C. de falsis.l.
penultima.& fa. prędicta decretalis.veniens.& de restitutio.
c.ij.&ad iura ĩ.allegata quę videntur probare contrarium.re
spondet quòd in illis id ad quòd actum erat,primo include-
bat id ad quòd agitur secundo, & ideò finis vel effectus non
debuit esse diuersus, vt in prędicta.l. si quis cum totum.&.l.
egi.&.l fundi.&.l fundum.cum similibus.& sic etiam loqui-
tur.l.si cum testamento argentum.§.si fundum.in principio.
ff.de exception.rei iudica.& facit quòd notat Innocen. infra
de re iudica.cum super.in fine. Constat autem quòd non po-
12 test dici † quòd modus excipiendi tendat ad eundem finem
sicut modus directę actionis,licet eadem sit quęstio, & de eo-
dem cognoscatur.facit etiam quòd notat Innocen.ĩ.de pur-
gatione cano.c.penultimo.videlicet quòd obstante exceptio
ne cuius proposita optinuit in causa is contra quem excipie-
batur nõ obstante quominus de illo posit accusari vel inqui
ri:quia qui agit non excipit. Et facit bene quòd dicam infra in
proxima quęstione.Henricus sequens dicta Cyn.circa hoc di
stinguit solum duo membra.quia,aut idem petitur,& ad eun
dem finem agitur vtrobique,& tunc idem effectus vtrobique
& postea agenti obstat exceptio. vt.l. sin autem.§. si quocũ-
que modo.de nego.gesti &.l.quod in diem.§.si rationem ff.
de compensa.aut non petitur idem,nec ad eundem finem agi
tur vtrobique,& tunc secus. vt infra capitulo proximo.§.ve-
rum.cum ibi notatis.in.§ sed quoniam.in glo.hic patet ans.
per Bernardum,& etiam per Inno.&.ff de iis qui notan.infa.
l.Lucius.iuncta.l.si quis maior. C.de transact.& infra capitu-
lo proximo.§.finali.in fine.& prædicta.l.vendicantem. quo
rum deductionẽ.& exempla vide in prædicta.l.aditæ.colum
na penultima.vnde Henricus prędicta extraxit. Sed aduerte
quia hæc distinctio quæ fuit originaliter. Pet.de bellapertica
videtur imperfecta:quia omittit membrum vbi idem petere-
tur,sed ageretur ad diuersos fines vel econtra.Sed non videtur
hic obstare:quia cum agitur ad alium finem non videtur idẽ
13 peti,nec econtra:† cum finis actionis sit petitio seu petitionis
conclusio,& eius effectus.
Sed adhuc videtur imperfecta,quia inter dilatorias,& nunc se
miplenam,& plenam probationem non distinguit. Ista tamẽ
duo in idem recidunt, eo quòd in dilatorijs non requiritur
ita plena cognitio,sicut in peremptorijs.
¶ Finaliter pro nunc placet mihi distinctio quam posui su-
pra in ver.& secundum hanc.Saluo vltimo principali mem-
bro in quo placent dicta Calderi.per quæ puto supplendam
distinctionem Pet.Cyn.& Henri.de qua supra.
¶ SEXTO quæritur,nunquid si peremptoria opposita &
probata in sententia absolutoria expressa fuerit in modum cau
sæ,quia ipsa diffinitiua in principali lata pariat exceptionem
rei iudicatæ super ipsa peremptoria? Et idem quæritur si fera
tur sententia diffinitiua pro actore expressa causa in sententia
& is contra quem sententia lata fuit moueat super materia il-
lius causæ contra eum pro quo lata fuit quęstionem, vtrum
obstet ei exceptio rei iudicatæ?videtur quòd non.Quia aliud
est aliquid opponere simpliciter, & aliud in modum causæ.
vt infra titulo secundo cum ecclesia.maximè quia quod peti
tum est necessario in sententia exprimitur. Sed causa necessa-
rio non exprimitur infra de re iudica.sicut. Igitur cum aliud
sit causa,aliud petitum,cessat exceptio.ff.de exceptio.rei iudi.
l.cum quæritur.&.l.sequenti. Et optimè.eodem titulo.leg.de
hoc in principio.& fa.infra titulo secundo capitulo vltimo.
¶ In contrarium videtur quia pronunciatur super causa allе-
gata, de electio. quærelam.de consuetudin.cum dilectus.de
verbo.significa.Abbatæ.quod esset derisorium, si non pare-
ret iudicium rei iudicatæ super illa infra de re iudica. quod
ad consultationem.

Item

¶ Item eadem est res ex qua sequitur idem quod petitum est. primo. & hæ eædem sunt personæ, ergo obstat exceptio. ff. de exception. rei iudi. l. si cum testamento argētum. § si fundum. & l. cum quæritur. & l. sequenti. & nota de exceptio. c. penulti. Inno. infra titu. secundo. cum ecclesia. dicit exceptionem non obstare, vnde si iudex dicit se cessare electiōem: quia ij qui elegerunt ius eligendi non habent, vel confirmat eo quò ad illos spectat electio, & posteà agatur per alios contra quos lata fuit sententia super iure eligendi, eis non obstabit electio. per primo allegata. in contrarijs verò de iure eligendi fuit actum non per modum causæ sed petitum, vt super illo pronuntiaretur, & sic pronunciatum, & sic illa pronūciatio super illo iure eligendi exceptionem bene parit. alias dicit ipse sequeretur absurditas. scilicet, quòd si aliquis peteret fructus alicuius fundi, vel partū ancillæ, & reus negaret fundū vel ancillam esse actoris, & absolueretur expressa causa quia fundus, vel ancilla nō est actoris, quòd is qui succubuit nō pōt posteà petere fundū vel ancillam, quòd est absurdum, & falsum. vt. ff. de exceptiōe. re. iudi. l. si quis cum totum. § item si quis fundum. & § sequenti. & e. titu. l. & an eadem. § qui cum partem. & § sequenti. licet Hostien. dicat quòd ista videntur contradicere ijs quæ ipse notat. J. eodem capitu. vltimo. quæ ibi scripsit Calderinus in vltima quæstione. & ff. de exception. rei iudicatæ. l. si cum testamento argentum. § si fundum. & ista bene faciunt pro ijs quæ scripsi supra in proxima quæstione, & de ijs dicam infra eodem capi. finali.

14 ¶ SEPTIMO † quęritur, pone actor repulsus est in vna causa propter exceptionem excommunicationis probatam contra eum, nunquid hæc sententia obstet sibi agenti in alia causa contra eundem? Innocen. infra capitulo proximo dicit quòd non: quia super emergenti lata fuit, & in causa diuersa ab ista. per leg. cum quæritur. & l. sequentem. allegatas.

¶ Idem tenet ibi in repulso à petitione absolutionis, eo quòd fuerat excommunicatus pro manifesta offensa. & non satisfecerat. infra de verbor. significa. ex parte. j. si quòd eo iterato petente non repellitur, ex prima sententia.

27 lata sententia bene obstat ei volenti agere ex illa.Item† quòd per sententiam regulariter tollitur actio quę competebat ex peremptoria quæ omissa fuit ante sententiam.

¶ Fallit

¶ Fallit in casibus supra positis. in quibusdã etiã casibus post
sñiam pôt opponi exceptio perẽptoria. qui notant. C. de iur.
& fac. igno. l. j. & in titulo de excep. § dicto. vers. hoc tñ fallit.
& dicit ꝙ hæc sunt bene notãda. an aũt sñia lata cõtra actorẽ
agẽtẽ super certa re ex certa causa, obstet eidẽ posteà volẽti su-
per illa re agere ex aliena causa. notat Ion. ĩ. tit. ij. cũ ecclesia.
Super quo vide quæ scripsi. s. e. ti. c. j. in. vj. & vij. qõnibus.
¶ VNDECIMO vt habeas tractatũ cõpletũ & dicta Hẽ
28 ric. quæro gñaliter † qñ qõ spoliationis possit ꝓponi, & qñ
proposita præiudicet. Super quo vide quæ scripsi. ĩ. ti. ij. c. cũ
dilectus. in. vj. oppo. & recitꝰ prĩo casus certos. primꝰ est qua
liter petitoriũ & possessorium simul intentari pñt. de qua per
Laud. in cle. vnic. de causa pos. & per Henr. eo. ti. cũ dilectus.
& de qua vtrobiq; dicã. Secũdus casus est de illa spoliatione
quæ facta est incontinẽti per spoliatũ de eadẽ re, de qua prius
fuerat spoliatus, de quo etiã nõ multũ curo nũc, quia illa non
est ꝓpriè spoliatio, sed potius recuperatio facti, & retẽtio iu-
ris. ff. de vi & vi. ar. l. iij. § cũ igit. & l. qui possessionẽ. & ĩ. de
resti. spol. olim. j. quia oõ videt versum & c. ff. de in rẽ vers. l. si
pro patre § versum. de tali eñ, nec agi, nec excipi pôt. vt in iu-
ribus allegatis. & idẽ intelligas io nibus casibus in quibus nõ
habet locũ restitutio. s. ꝙ de talibus spoliationibus nec agi, nec
excipi possit, quos casus vide. s. e. c. in. iiij. glo. & s. eo. ti. c. ij.
in. vj. oppo. & in remissionibus per me vtrobiq; datis. & spe
cialiter in petitorio & possessorio § fi. & per Hosti. in summa
de resti. spol. § in casibus & c. Tertius casus est qñ quæstio spo
liationis ꝓponit̃ cõtra nõ spoliãtẽ. de quo Hẽr. ponit hic vnã
longã philateriam, verũ quia dicturus sum de hoc in propria
materia, videlicet prædicto. c. frequẽs. ibi te remitto. Quartus
casus est qñ qõ spoliatinnis proponit̃ cõtra spoliantẽ, & ha-
bet tria mẽbra. Primũ qñ in modũ actionis. Secundum qñ in
modũ exceptionis. Tertiũ qñ in modũ replicationis. In prĩo
membro, aut cõcurrit cũ criminali, aut cũ ciuili alterius spo-
liationis, aut cũ ciuili alia quã spoliatiõis. Si cũ criminali sem
per illi præiudicat sine primo. & sic in modũ cõuẽtionis pro
ponat̃, vt hic. & ĩ. de resti. spol. itẽ cũ quis. C. ad l. Iul. de vi. l.
si qs à se fundũ. siue scdo, & in modũ recõuentiõis. vt. iij. q. j. p
totũ. & ij. q. ij. per totũ. & hoc no. Ber. & Ho. s. e. c. ij. sup ver
bo in modũ exceptionis. si verò qõ spoliationis cõcurrit cũ
alia qõne ciuili, etiã spoliationis, tũc si insimul ꝓponũtur, nec
apparet quæ prior, vt quia ambæ partes simul cõcurrũt ad iu
dicem, & tũc quæ prior sortè dirimet̃. ar. ff. de iudi. l. sed cùm
ambo. & hic in fine allegatur, recens spoliatio, vel rixa. de qua
etiam tẽpore feriato agi posset. ff. de ferijs. l. solet. vel nisi esset
actio tpe peritura. & hoc not. Spec. tit. de petitorio & posses
sorio § j. circa prin. ver. sed pone duo. Sed si successiuè propo
nant̃ in eodẽ iudicio super diuersis rebꝰ per modũ cõuentio
nis & recõuentiõis vna alteri nõ p̃iudicat, sed simul de vtraq;
cognoscit̃. vt hic in ver. nisi super. & qui prior appellat prior
agat. s. eo. c. ij. § nos aũt. Sed si super vna re vltima pręiudicat
primæ & eius cognitionẽ suspẽdit, siue prĩo, siue vltimo pro
ponat: quia primo purgari debet. ff. de vi & vi ar. l. j. § qui vi.
à me. & l. colonus. & l. cũ fundũ. & est casus. insti. de interdi.
§ recuperãdę. & iij. q. j. § patet. ver. Si aũt. & hoc tenẽt Goffr.
Nouell. & Ber. hic in. ij. glo. & Spec. tit. de petitorio & posses
sorio § j. & Arch. in p̃di. § pôt. & ij. q. ij. c. j. & prędi. c. frequẽs.
in gl. cũ potuit. licet Ber. cõtra. ĩ. de rest. spo. c. ij. & Ho. e. ti. c.
in literis. Sed malè scdm Nouel. ibi. Sed licet p̃iudicet quoad
cognitionẽ nõ tñ p̃iudicat quoad cõsumptionẽ seu sublatio
nẽ. licet gl. in. l. si qs à se fundũ. all. notet ꝙ prĩa violẽtia p secũ
dã ex interuallo adhibitã sit cõsumpta, quoad ciuilẽ, & quo
29 ad criminalẽ viã. Sed hoc esset cõtra iura quæ dicũt † ꝙ maleficia
nõ debẽt remanere ĩpunita. ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus.
ĩ. de sẽo. excõ. vt famæ. Et iõ Iac. de ra. & Petr. de bel. pert. ibi
tenent contrariũ, dicẽtes ꝙ ciuilis & criminalis vtriq; cõpetit
per leges. ff. de iudi. is qui. & de adul. l. ij. § si publico. Et circa
hæc vide quæ scripsi. ĩ. in. v. dicto Collectarij. Si aũt quæstio
spoliationis cõcurrit cũ alia qõne ciuili, alia tñ q̃ spoliationis
& tũc si in modũ conuẽtionis quæstio spoliationis prĩo pro-
ponitur, præiudicat cuicũq; alteri quæstioni, ex parte spoliã-
tis ea pendente intentandæ. vt hic in prin. Sed si secundo, & in
modum recõuẽtionis proponitur etiam super eadẽ re super
qua prima qõ, seu causa conuẽtionis proposita fuit, tũc præ-
iudicat ipsi causæ conuẽtionis, ita ꝙ de ipsa causa spoliationis
prius cognoscet̃, & diffinietur priori causa conuẽtionis suspẽ
sa. vt notat Ber. hic in glo. j. circa mediũ. ar. ĩ. de resti. spol. ex
conquestione: vbi notãt Ber. Goff. Vin. Inn. Abb. & Nouell.
& Inn. ĩ. tit. ij. c. ij. & Io. Archi ij. q. ij. c. j. licet hoc nõ placue-
rit Hosti. in prædi. c. ex cõquestione. dicens eum qui inten-
tat possessoriũ recuperandę oõ priꝰ audiendũ, sed simul dicẽti
etiam ꝙ in. c. illo prius excepit & posteà egit. Prima opinio
approbari videt̃ in cle. j. ĩ. tit. ij. scdm Io. An. Lau. & Ge. & ip
se Hosti. in prædi. c. ex cõquestione. in fi. dicit hoc dici posse,
ꝙ possessoriũ secũdo loco propositũ ex quo veriat̃ circa ean-
dem præiudicet petitorio, remittẽs ad notata sua. e. ti. literas.
in prin. super ver. postulabat & de hoc in Spec. de petitorio
& possessorio. in prin. versi. si verò. & hoc intellige dũmodo
fiat recõuẽtio ante lit. cõtesta. vel incontinenti post iuxta ea
quæ notat Ber. ibi in gl. iij. & quæ scripsit Hẽr. de mutui. pet.
c. j. Sed Inn. ĩ. tit. ij. c. ij. & in præd. c. ex conquestione. dicit ꝙ
in causa matrimoniali lite cõtesta. super matrimonio, potest
reus restitutionẽ petere, & prius audiet̃, sed vtrobiq; dicam.
Si verò super diuersis rebus, tũc primæ non præiudicat spo-
liatio in modũ reconuentionis secundo proposita. Sed qui
prior appellat prior agat. s. eo. c. ij. § nos aũt. In secũdo mẽbro
cũ spoliatio in modũ exceptionis proponit̃. Exclude primo
aliquos casus, primꝰ est cũ petitur aliquid per officiũ iudicis,
quia tũc non obstat exceptio spoliationis. vt præd. c. Cũ eccle
sia. ĩ. tit. ij. vbi hoc notant Inn. Host. & Abb. super verbo po-
30 stulabant. secũdus est in præd. c. frequẽs in fi. † ijs cessantibus
regulariter exceptio spoliationis repellit agentem de alia qõ
ne quã spoliationis. s. e. c. ij. § Sed quoniã. & præd. c. frequens.
Sed fallit etiam in alijs casibus quos notaui. s. eo. c. ij. in. vj. op
positione. & s. isto. c. in. iiij. q. Sed si exciperetur de spoliatio
ne cõtra quæstionẽ etiã spoliationis, & de diuersis rebus, tũc
pôt excipi contra aliam siue priorẽ in tẽpore siue posterio-
rem, vt hic in fine, & ff. qđ vi aut clam. l. si alius § bellissime. &
§ sequenti. & ita intellige qđ notat Ber. ĩ. de resti. spol. c. ij. &
Hosti. eo. tit. c. in literis. Saluis ijs quæ scripsi. s. eod. c. in. ij. q.
prin. Si aũt super eadem re, tũc aut excipitur de prima spolia
tione. cõtra secundã, siue vltimam & nõ pôt. quia vltima pri
mo purganda est, vt prędixi, aut ecõtra. de vltima excipit̃ cõ
tra primã & potest, & præiudicat per iura allegata. & hoc In-
nuit Gratianus in præd. § patet in fi. & ita intelligit Hosti. de
resti. spol c. ij. & c. in literis. & prædi. c. frequens. super verbo
nõ petierit. In tertio mẽbro cũ in modum replicationis pro-
ponit nõ reperio Hẽr. scripsisse, possibilis tñ est ꝙ liber meus
sit defectuosus. Sed de hoc dic vt scripsi. s. eo. c. in. ij. q princi
pali, & sequẽti. Sed quæres si egi cõtra te de spoliatione mea,
& tu postea me reconuenis de spoliatione tua. super alia
nunquid poteris vltra reconuentionem de eadem spoliatio-
ne ad mei exclusionem excipere? videtur ꝙ non, per ea quę
scripsi. s. eo. q. ver. sed si successiuè proponatur, vbi dixi post
Henricũ ꝙ tunc vna alteri pręiudicat: sed simul de vtraque co
gnoscitur, & quod hic notat Bern. in glo. j. iuxta principium.
ver. vnde nota in prin. Sed in contrarium multum videntur
facere ea quę notat hic Bern. in glos. prima post principium.
ver. si verò quis agat. & ea quę scripsi. s. e. c. in. ij. q. principali
& sequenti, & adhuc melius faciunt ea quę scripsi. s. e. c. ij. in
iiij. oppositione. nec obstaret quod scripsi post Henri. s. e. q.
ver. sed si successiuè. quia loquitur in casu in quo recõueniens
solũ recõuenit, & nõ excipit. nos verò loquimur dum non so
lum recõuenit, sed etiã excipit. volo quòd tu sup hoc cogites.
¶ DVODECIMO vt nil tibi desit & propter famosi-
tatem decret. adijciam tibi dicta Collecta. abreuiando, atque
remittendo. Primo quòd hęc decretalis est contra regulam
quam ponit Ioan. Andre. de regul. iur. qui ad agendum. in fi-
ne glo. de quo ibi dicam.

31 ¶SECVNDO dicit q petenti restitutionem pōt opponi exceptio de proprietate si sit notoria, quia hoc generale est in qualibet exceptione de qua statim sine factis probationibus liquere potest, vt in.c.ad decimas allegato.cū ibi notatis per Archid. hoc enim casu fallit priuilegium spoliationis. not. vt lit. non cōtesta.c.j. plus dicit quòd idem vbi incontinenti offertur probatio.argu.s̄ eo.cū dilectus.vbi sic videntur sentire Inno. Hosti.& Bernar.& magis clarè Hosti.j̄.de resti.spol.c.literas.& Cardi.de elect.vt circa ad finē.facit q͞d legitur.xcvj.di.bene quidem. Remittit etiā ad Collecta sua.j̄.de cau.pos.Cū dilectus.vel saltem si infra.viij.dies fiat probatio,nam haberi debet pro notorio q sic probatur.j̄.de except.c.pia.lib.vj.& ita dicit notari per Hostiē.in summa.de diuortijs.§.quot modis.versi.dicas,& de coha.cler.§.quid sit notorium.ver.potest tamē.& in.c.significasti.de diuor.& dicit quòd hāc partē sequitur Nouella in pluribus locis huius voluminis.dicit tamē q hoc verum nō credit,& q nō credit audiendū volentē sic ꝓbare de proprietate,vt hic probatur.& sic not.Ber.de restu.spol.literas.& Inno.de cau.pol.c.ij.dicit tamen q vbi exceptio est notoria aliud est,vt in.c.ad decimas.de quo vide quod scripsi.s̄.eo.c.in.iij.oppositio.& vide plenius circa hoc.in ijs quæ scripsi de fil.presby.c.Constitutus.in secunda & quinta oppositionibus.& in.j.q.& in.v.& .vj.q̄ōnibus,dicā in.d.c.qui ad agendum.

¶TERTIO dicit q si ago cōtra te de spoliatione, & tu contra me excipis de alia,de eadē contra te replicare non possum secundū Goffre.Quia actio spoliationis fortior est,nec possum de eadē agere & replicare,quia actio adiuuat actionē,quia si diceret sic impugnaretur reus,& puniretur sua defensio contra iura,tamen si ago cōtra te de spoliatione & tu agis cōtra me ex alia,ego possum excipere de tertia,& tu replicabis de quarta, & sic remanebūt conuentio & reconuentio, scdm eū.fa.q͞d notai per oēs de mutui.peti.c.ij.Quia aliàs sequeretur processus in infinitum.Subdit tamen,q Bernardus & alij omnes contra , dicit tamen quòd Goffred. fortè sustineri posset,vt non fieret exceptio nisi fortè semel.argu.de except.pia.Subdit q sniam Goffre.videtur hic approbare Nouel.dicens,q per replicationē nedum spoliationis,sed nec excōicationis repellitur excipiens de spoliatione,&c.Sed de hoc dic vt scripsi.s̄.eo.c.in.ij.q.principali.

¶QVARTO dicit q si contra te possessorio agentē probaui exceptionē spoliationis,deinde ago cōtra te de eadē spoliatione incipit esse conuentio sic,q prima lactione me reconuenire potes.Sed Host.s̄.eo.c.ij.dicit contrariū,quia ex quo probaui spoliationē ius est mihi quæsitū.Sed potest dici secūdū eum hoc verū esse me remanente in mea exceptione, aliàs secus.Sed pro Hostiē.facit prædi.c.frequens.§.solet.vbi excipiens de spoliatione repellit actorē.Sed potest sibi pręfigi terminus ad petendum restitutionē,soluitur ibi,nec loquitur in casu isto.& ipse Hosti.& alij dicūt q hoc casu possunt mutare actor & reus,& de actiōe exceptiōē facere.Sed dic de hoc vt scripsi.s̄.in.v.q.& in.vij.

¶QVINTO dicit q si reus reconuenit actorem de possessione eiusdem rei,videntur duæ petitiones.vt.s̄.c.proxi.& hic.Sed contra reū dicit hic glos.& q reconuentio hoc casu suspendit petitionem actoris & in ea solū proceditur.s̄.eod. ex conquestione.licet enim loquatur in causa matrimoniali,idem tamen in alijs notat Inno.j̄.tit.ij.c.ij.& Archid.post Ioa.ij.q.ij.c.j.Sed Hosti.hic contra,& in.c.ex conquestione, & in plurib⁹ locis,& Spec.de petitorio & possessorio.§.j.credit Collect.q vbi reus reconueniret de spoliatione eiusdem rei facta incontinenti,q indistinctè repelleret agentē quocūque modo super eadem re:quia hoc casu recōuentio est præiudicialis,nec videtur reus spoliasse,vel iniuriam fecisse qui incontinenti suum spoliatorē spoliauit.not.Inno.& Hosti.s̄.eod.c.ij.super verbo ipsius.de præscri.veniēs.& de restu.spo.olim.ar.iij.q.j.in fi.de quo per Host.de restu.spo.in literis.& Beroardum in.c.olim.& Archidi in.c.frequens.& Cin.in.l. Si quis à se fundum.aliàs aūt si non incontinenti,sed ex interuallo essent duæ mutuæ petitiones,& secunda primo purgari deberet,potest tamē dici secundū Collectarium q illud est speciale in causa beneficiali,cum aliàs regula sit in contrariū.s̄.eod.c.ij.nisi fiat incontinenti.dicam in dicta cle.vnic.Et vide quòd scripsi de hoc in dictis Henrici versi.sed si super vna re.Posteà subdit Collectarius ea quæ tetigi in dictis Henrici. versi.Sed licet præiudicet.& refert ea quæ scripsi Cyn.in.d.l. si quis à se fundum.in.j.q.& sequenti.& remittit ad notata Inno.j̄.de iureiurādo in.c.sicut. referens aliqua de ibi notatis. Consequenter dicit quòd.c.frequens. quoad assignationem termini ad petendum restitutionem habet locum etiam in accusato excipiente de spoliatione ex identitate rationis, & dicit hic notari per Inno.circa medium primæ colūnæ. Finaliter dicit pactum dummodo non factū durante spoliatione posse petitionem restitutionis opponi, de quibus videbitur in.c.frequens.&.c.solicitè.allegatis,& intellige hanc decreta. siue coram delegato,siue coram ordinario agatur.vt hic notatur per Inno.& Hosti.in principio magnæ gloss.Nec cures te intricare iuxta dictum glos.in materia prorogationis:quia coram delegato proponuntur exceptiones declinatoriæ, & peremptoriæ,& hoc clarum,& fiunt reconuentiones.C.quomodo & quando iudex.authen.& consequenter. non enim tractat hæc decret.de danda iurisdictione non habēti.Sed supponit iurisdictionem & quærit de reconuentione & exceptione qualiter contra petentem restitutionem opponi possunt coram iudice.s.compentente,& alias iurisdictionē habente, siue sit ordinarius siue delegatus.Et ideò glo. Inn. quantum ad hoc nō curaui summare. Vide etiam ad materiā tres quæstiones motas in Speculo de possessorio,& petitorio.§.i.versi. quid si viri matrimonio soluto.cum duobus versibus sequentibus,quas Specu.non soluit.Sed dicit stude,& vide solutiones quas ibi ponit Ioan.And.in addi.& commenda memoriæ qualiter scribentes quandoq; mouent difficultates & nō soluunt.Sed studentium inquisitioni eas remittunt.Et simile facit Papa.de cele.missa.cum Marthe.

De plus petitio. Rubrica.

¶Quia in iudicijs plus petitur q debeatur.Ideò &c.Goffre. vel quia inter incidentes quęstiones quandoq; opponit reus, q per actorem plus petitur,ideò &c.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Hæreditatis petitio contra debitorem in diem non competit etiam si male agat.*
2 *Nullam obligationem nasci ipso iure ex in diem obligatione Pet. à bel lapertica. & Sinus tenent.*
3 *Ex obligatione in diem ante diei euentum ipso iure obligationem nasci quotquot sunt glossarum prædicam.*
4 *Id quod non est polliceri non posse.*
5 *Actio æquitate inspecta contractus forma vititur.*
6 *Conditio necessaria obligationem non suspendit.*
7 *Dies certus conditionis loco habetur.*
8 *In debito conditionali vel in diem incertum tantum tempus accrescit quantū & fuerit à tempore contractus vsque ad diei incerti vel conditionis euentum.*
9 *Qualiter puniatur qui re plus petit.*
10 *Fiscus re plus petens actionem perdit.*
11 *Pœnam tripli locum non habere si plus re accessoriè petatur*
12 *Plus petens quoquomodo etiam si ante litem contestatam desistat à lite in expensis plectitur.*
13 *Plus petente ante litem contestatam pœnitentiæ locum.*
14 *Exceptio quæ pluris petitionis ratione insurgit peremptoria est.*
15 *Plus petitur causis duobus modis.*
16 *Alternatiuarum personarum,rerum,temporum,& locorum, rerum & locorum sunt.*
17 *In alternatiuis rerum vtrumque venire modo in illis obligatio consistere possit*

stere possit.

18 *In temporum vel quantitatum alternatiuis vtrumque inesse gloss. tenet, sed præsumptiuè tempus longius minorque quantitas adseri Aegidius. & nu. seq.*

20 *In obligatione alternatiuarum minus esse opinio Io. Fab. est.*

21 *In alternatiua rerum si adfectioni locus sit vtrumque inesse.*

22 *In speciebus adfectioni locus, summis minimè.*

23 *In alternatiuis personarum regulariter vtrique obligatio non quæritur.*

24 *Maiori summa minorem inesse vulgare est.*

25 *Pactum solutionis loco esse.*

26 *Vniuersalis siue affirmatiua siue negatiua semper infert suam particularem subalternam.*

27 *Genus idea quædam est ymaginaria quæ hominum commercio non venit.*

28 *In promissione hominis, in promissione & obligatione est homo.*

29 *In obligatione generis promissoris est electio.*

30 *In quo non consistit obligatio in eo nec solutio consistere potest.*

¶ CAP. VNI.



Onsilium. ¶ Opponit̃ cõtra principium decret. de. l. vbi. C. de iur. dot. Solutio hic regula, ibi fallentia. Fallit enĩ quòd hic dicitur in casibus à iure permissis, vt marito vergente ad inopiã in præd. l. vbi. & in debitore fugiente. ff. de ijs quæ in frau. cred. l. ait Prætor §. si debitorem. Item vt interponatur cautio à suspecto. ff. qui satisdar. cogan. l. si fideiussor §. finali. ff. de iudi. l. in omnibus. de pigno. l. grege §. penul. & in alijs casibus, qui ex diuersis iuribus colligi possunt. Hosti. Sed nunquid cũ quis plus petit re, loco, vel tempore, & cum eo proceditur tenet iudicium? respondet Goffre. ꝙ cum quis plus petit loco iudicium bene tenet, sed petens propter hoc tenetur ad interesse, vt hic dicitur & est ratio: quia alias posset facere debitor ꝙ nunquam solueret, & de hoc est casus licet non alleget. ff. de eo quod certo loco. l. j. quod tñ intelligas post lapsum termini, secundum eum. quia si ante incideret in alio casu tempore plus petẽdo. in alijs verò tribus casibus videlicet cum re, causa, vel tempore plus petitur non procedit iudicium, secundum eum. remittit Nouella ad notata in Speculo de fructibus & interesse §. penulti. ver. & vt hic articulus. quòd fortè procederet si error esset in petitione expressus: nam etiã si nullum ius habens, nec in parte, nec in alternatione, nec etiam in spe, dicens se ius habere de facto agat aptã actionẽ in iure proponens, & feratur sententia pro eo, tenet sententia atque iudicium. quia contra ius partis & non contra ius constitutionis agitatum ij. q. vj. diffinitiua. vel dicere potes ꝙ non tenet in illis iudicium. i. facere potest reus ꝙ non teneat, opponendo contra litem contesta. ꝙ plus petitur. &c. quæ oppositio procedit actore recognoscente veritatem. Sed si actor diceret se non plus petere & formã obligationis esse talem sicut petit, & petitio sua esset apta non audiretur reus tunc volens probare contrarium: quia talis confessio concernens negotium principale post litis contestationẽ differetur. infra de litiscontes. c. vni. li. vj. saluis quæ statim dicam post Inno. in. j. quęst.

¶ PRIMO quęritur qualiter intelligitur tex. ibi: *ei vero a quo amplius tempore petitur, induciæ duplicantur, nec litem excipere nisi ei soluantur expensæ.* Dicit Inno. ꝙ hæc litera duplicem habet intellectum, primus intellectus est, ꝙ debitor non tenetur incipere litem super principali debito, nisi post finitas duplicatas indutias, & expensas solutas, & habet locum quando debitor à principio ante litem contestatam opposuit & probauit declinatoriam fori. s. pactum ꝙ non possit ante certũ tempus conueniri. & sic loquitur insti. de excep. §. temporalis. vel habet hoc locum quando reus ante litem contestatam opposuit & probauit parte. s. consentiente dilatoriam solutionis. s. quòd non tenebatur soluere ante certum tempus. & etiam habet locum quando iudex ex officio suo debitori duplicauit indutias, & expensas adiudicauit. nam in his casibus non rogetur debitor litem inchoare nisi prędictis perfectis insti. de excep. §. hodie. Qualiter autem exceptio pacti de non petendo vel de non agendo iurata, vel non iurata obstat liti contestationi, vide quæ latè scripsi de lit. contesta. c. exceptionis. allegato. in secũda & tertia oppositiõib⁹. Secũdus intellectus est ꝙ debitor nõ cogit̃ suscipere litẽ de re iudicata, vel de officio iudicis super executione sententię latę super principali debito nisi prædictis impletis, hoc est nisi post duplicatas & finitas indutias, & expensas solutas. Aliqui etiam intellexerunt. ꝙ etiam litem cœptã per litiscontestationem non tenetur debitor exequi, nec ad sententiã procedetur nisi p̃dictis perfectis. Alij plus dixerunt ꝙ statutũ postquã apparuerit ante tempus petitum absoluet iudex debitorẽ ab instantia iudicij ar. ff. de peti. hęred. l. ꝙ si in diem. Inno. dicit ꝙ hoc quòd proximè dictum est nõ videtur verum: quia cũ constet de debito in diẽ condemnare debet iudex debitorem prędictis tñ pœnis creditori, seu petitori pro sua temeritate impositis. ar. ff. de iud. l. de qua re. ff. ad. l. Aquil. l. iij. ff. de fur. l. quidam. nec obstat. ff de peti hęred l. quòd si in diem. quia ibi nõ agebatur ad debitum soluendũ, sed ad cautionem præstãdã, ad quam bene fuit

1 cõdemnatus. iuxta pręd. l. in omnibus. vel illud est ideò. † quia petitio hereditatis non competit contra debitorem in diem, licet malè agat. vt. ff. quando di. vsufruct. le. ce. l. ij. in fin. secũdum Inn. & concordat Hosti. & idem videtur velle Nouel. in eo quòd recitat & non reprobat. & ista est cõmunis glosarum opinio, super quo omnino vide quæ scripsi. j. eod. circa

2 quęstionem principalẽ. versu. sed pone egi contra te. † Petr. de Bellaper. & Cyn. post eum. C. vt ab hęred. & contra hæredem acti. incipi. l. vn. tenent, ꝙ ex obligatiõe in diẽ nulla nascitur obligatio ante diẽ ipso iure, imo nec obligatio nata dicitur ipso iure, sed habitu tantum. ad quod incõtinenti redibo. Qualis ergo hoc supposito erit intellectus? dic vt scripsi supra post oppo. ver. Sed nunquid ꝙ procederet tex. ante litẽ contestatam, si ex tenore petitionis, aut ex confessiõe actoris, vel ex probatiõe de voluntate actoris, vel alias recepta legitimè constaret ꝙ peteret ante tempus, & tunc esset effectus impedimentũ litis cõtestatiõis donec finitæ essent indutię & solutæ expẽsæ. & secũdũ hoc haberem⁹ recipere primũ intellectũ Inno. sed post litẽ cõtestatã cõstare posset de hoc nedũ ex tenore vel confessione p̃dictis, seu ex probatione recepta de voluntate actoris, imo etiã per probationes super exceptiõe, de bo: proposita inuito actore inductas. ff. de verbo. obliga. l. inter stipulantẽ §. j. & tunc esset effectus ꝙ deberet pronunciare iudex secundũ naturã exceptiõis. videlicet actorẽ non bene egisse ante tempus, & duplicatas competere indutias, expensasq; reo refundendas, nec prius actorẽ audiri debere, & reum absoluere ab instantia istius iudicij. ar. pręd. l. de qua re. & sic haberem⁹ recipere vltimũ intellectũ per Inn. reprobatũ, iuxta lecta & notata de iudi. c. examinata. sed hoc multũ dependet ex quęstione sequenti. Dicit autẽ Ioan. Fa. insti. de except. § tẽporales. in fin. ꝙ si iudex non cõdemnauit in expensis, nec duplicauit inducias dilatione probata, nihilominus potest excipi, dato ꝙ iudex de hoc non fecit mentionẽ. C. de iudi. l. sancimus. j. de dolo & cõtu. c. actor. li. vj. quia hoc beneficium datur à lege. ff. de re. iudi. l. iiij. § si quis condemnatus. vide. j. e. c. q. iiij. principali versu sexto quęritur nũquid plus petens.

3 ¶ SECVNDO quęritur † nunquid ex obligatiõe in diẽ ante diei euentũ ipso iure nascat̃ actio? Iac. de Ra. sequens cõmunem glosarũ opinionẽ tenet ꝙ sic. & pro hac parte inducuntur multa argumenta. Primo quia cessit dies, licet non venerit. ff. de verbo. obliga. l. cedere diem. quam per te inducas. Secundo inducitur. l. ij. in fin. ff. quñ di. vsufruct. le. ce. Tertio inducitur l. vnus § quòd in specie. ff. de pact. iuncta significatione verbi. reddendi. ff. de verb. signi. l. verbum reddendi. & quòd ibi notatur. Quarto inducitur. l. j. ff. dę dot. præallega. iuncta. l. pater dotẽ. Quinto inducitur. l. vn. § cũ autem. C. de

4 rei vxo. acti. iuncto † quid non quis potest polliceri nõ pôt. Sexto inducitur § quòd si in diẽ ... § sed si vxori insti. de leg. Septimo

¶ Septimo euidens argumentũ insti. de excep. §. temporales.
cũ duobus versib⁹ sequẽtibus. quia ibi dicitur obijci exceptio
vt verba proprie teneantur. ff. de lega. iij. nõ aliter. ¶ Octauo
ff. de in ius voca. l. quamuis. l. decẽ. ff. de verb. obl. coniungen-
do cum argumento præcedente. Item per. l. liber homo e. ti.
item per. l. instar. C. de iure fisci. ibi: concremari. itẽ per. l. lecta
ff. si certum petatur. & ff. qui satisd. cogun. l. si decesserit. item
propter imparitatem inter conditionale, & in diem. ff. de cõ-
ditio. inde. l. in diem. & l. vt sub conditione. & quantũ ad trã
smissionẽ. de caducis tollen. l. vnic. §. cum igitur. & § sed hoc
quidẽ. & quãtum ad falcidię rationẽ. ff. ad. l. falci. l. in lege fal.
& l. in quantitate. § in diẽ. item inducũtur not. dec. ff. de don.
causa mor. l. senatus. cum similibus. item supposita natiuitate
obligationis inducitur natiuitas actionis. per. l. licet. § ea obli
gatio. ff. de procur. item quia dubitatur an peti possit. instit.
de verbo. obli. § id autem. item per. l. obligationum fere. § j. ff.
de acti. & obli. vbi dicitur ꝙ natura obligationis est ꝙ ante
diẽ non exigatur. Vltimo inducitur casus. ff. mandati. l. qui
manifestũ. ibi cum dicit, cum dilatione temporis &c. Pet. de
bella pert. & sequaces, vt dixi in. q. præcedenti dicunt contra
rium. supponũt primo ꝙ obligatio est iuris vinculũ. &c. inst.
de oblig. in prin. ꝙ vincit sine aliquo alio, & actio nõ est vin
culum, sed tendit ad solutionem siue liberationẽ. inst. de act.
in princi. inferunt ꝙ licet in promissione in diem sit præsens
obligatio. ff. de verbo. obli. l. centesimis. & l. cedere diem al-
legata & insti. de verbo. obli. § in diem. tamen non competit
actio, quia non competit ius persequendi. sa. opinio quæ ha-
bet ꝙ actio est applicatio &c. & sa. præd. § in diem. cũ dicit
quòd ante diem petere non potest. ff. de op. liber. l. quotiẽs.
& de verbo. oblig. l. insulam intra biennium. & l. existimo. §.
vltimo. & l. interdum. in prĩcipio. & l. liber homo. § decem.
& l. si ita stipulatus à te. e. titu. vbi enĩ actio est replicatio forti
ficat eam. ff. de pact. l. si vnus. § pactus. Sed si non est in obli-
gatione in diem. vt iure florũ de dote soluenda, annua, bina,
5 trina die. e. titu. l. iurisgen. §. quinimo. † Omnis enim actio ni
titur ęquitate inspecta forma contractus. ff. de doli exceptio.
l. quicquid à te. Inducitur etiam. §. sic itaq; insti. de acti. cum
dicit dari oportere ꝙ non est, cum in diem. &c. ff. de verbo.
oblig. l. si stipulatus fuerim illud aut illud. & l. si à colono. In
ducũt pro casu. C. ab hæred. & contra hære. l. vni. & in rubro.
6 † Conditio enim necessaria non suspendit obligatiõem, sed
habet viam annexam. ff. de noua. l. si pupillus. § sub cõditione.
tũc autẽ est cõditio necessaria cũ promitto post mortẽ, quę
necessario venit. modo dicit hic, ꝙ si promitto post mortem
non venit actio nisi apud hęredes. ergo est ibi casus ꝙ die ad
ueniente nascitur ei actio, & non ante. videtur etiam casus. ff.
man. l. si mandauero tibi. & l. quãuis. sa. optimè l. Fulcinius. §.
si in diẽ. ff. ex quibus ca. in posse. ea. & de cõdi. & demõ. l. si ita
sit scriptum. § fin. & l. conditio. Alia reperies per Cyn. in præ
dicta. l. vnic. & pro hoc facit ꝙ scripsi post Gofre. s. in op-
po. § sed nũquid. ver. in alijs verò. Et hæc opinio magis placet
Collecta. respondet ad. l. quotiens. C. de dila. quę sub modo.
vbi glo. notat cõtrariũ. Sed loquitur post aduentum tempo
ris, vel competebat sibi actio si fuisset in rebus humanis tem-
pore aduenìente, super quo vide Cyn. in. l. prędi. Sed pro opi
nione glosarum, facit ista decre. supponens petitionem con-
petere, & per cõsequens actionẽ. remittit Collecta ad notata
ad plenum vt dicit per Cardina. & Ioan. And. de cõcesse. prę
ben. c. ij. libro. vj. & inducit notata Innocen. de rescript. super
literis ante medium secundę collumnæ vbi notat, quòd an
te finẽ dilationis põt creditor agere. sed non fiet executio vs-
que ad diem. de hoc autem intẽdo Deo propicio dicere in. c.
ij. allegato. quia negotia non permittunt quòd nũc examinẽ.
¶ TERTIO quæritur quæ sunt illæ induciæ de quibus
loquitur hic textus. potest dicere ꝙ sunt induciæ vel dateà iu
re, vel ab homine conuentæ pro soluendo. vt insti. de acti. §.
hodie ibi: *inducias*, quasi ipse actor spoponderat vel natura
actionis &c. & sic si induciæ erant annales, & ipse petit in fine
decimi mensis non duplicabuntur solum duo menses qui su

per erant. Licet Franciscus hoc hic teneat, sed integer annus.
quòd exemplificatur de tempore iuris secundũ Inno. in peti
tione dotis, vel pecunię constitutę, vel in qua quis condem-
natus est. C. de rei vxo. acti. l. vn. §. cũ autem. ff. de consti. pecu.
l. promissor Stichi. § si sine die. de re iudi. l. iiij. § si quis. cũ simi-
libus. secundũ Inno. & sic habet locũ in dilatione data à lege
sicut in dilatione data ab homine. & concor. Ioan. Fa. instit.
de excep. § temporales. Sed quid si non eget, sed petijt vel fe-
cit executionem fieri, quia fortè iudicatum habebat, vel literas
sigillatas: de quibus fit executio in curia laicali, & in curia ec-
clesiastica monitio: nunquid est locus huic pœne, vel dupli-
centur induciæ, & refundantur expensæ? Ioan. Fa. institu. de
acti. § plus autem. versi. tempore. tenet ꝙ sic. quia tunc fortior
ratio. vt. ff. ꝙ me. cau. l. fina. § finali. Sed quid si soluit ante diẽ
vocatus, & per iudicem iussus, sed aliàs non cõpulsus? Respõ
det Io. Fa. vbi supra pœnam cessare. per dictũ. §. fina. & ff. de
eo ꝙ certo loco. l. centum capuæ. An autẽ habeat locũ ꝙ hic
dicatur si dies incerta apposita est dicas ꝙ sic, per dictũ. § plus
7 autẽ. versi. tempore ibi vel ante conditionem petierit. † quia
dies incertus pro conditione habetur. ff. de condi. & demon.
8 l. dies necessarius. † Et dicas etiã ꝙ in debito conditionali, vel
in diem incertum duplicatur tantum tempus, quantũ fuerit à
tempore cõtractus vsq; ad diei incerti, vel conditionis euen-
tum, & hoc fortè voluerunt dicere glosæ. ff. si certum petatur.
l. pecuniã. de pigno. l. grege. § sub conditione. secundũ Io. Fa.
vbi. s. vide insti. de excep. § temporales. & § tripli. Quęro etiã
vtrum in totũ vel solum in tantum quantũ restabat de tẽpore
sint inducię duplicandæ, videtur ꝙ sic, vt quis puniatur pro
modo delicti. ff. de ijs qui. vt indi. l. rescriptũ. & in feudum. de
prohibi. feu. alie. per Lotha. § j. & videtur casus. ff. de pœnis. l.
aut damnũ. § quisquis. In contrariũ videtur, quia tempus erat
continuum, & ideò excedendo in parte temporis in totum ex
cedere videbatur. ar. ff. de le. j. l. etiam. de colla. bo. l. j. § si cum
duobus. iuncto. § plus autem. insti. de actio. pro hoc. ff. de do-
nat. l. quidã iur. § fi. & de iure fisci. l. non intelligere. § fin. & de
verbo. obli. l. & ideò. Bertran. de Dyoceo. in. l. iustas. allega. te
net ꝙ in totum. allegat casum expressum instit. de excep. § ho
die. non obstat § quisquis. quia ibi propter odiũ pœnę &c. nã
si ibi totum tempus duplicaretur, esset odiũ rei, vt plus puniatur
ꝙ deliquerit. Si autẽ hic totũ duplicetur nõ est odiũ rei sed acto
ris. ar. ff. de re. iur. l. fauorabiliores. sed magis credo primã par
tem per prima motiua. nec obstat. § hodie. quia licet dicat du
plicari inducias non declarat, an de tempore quod ab initio
competijt vel tunc competit, seu an de inducijs quas ab initio
habuit, vel quas nunc habet, & ideò cũ hoc duplicatio fit acto
ri in pœnam ad pœnę rescriptionem recipiam id quod mi-
nus est. ff. de pœnis. l. si. de interpretatione. & l. si præses. j. de
regu. iur. c. in pœnis. & c. odia. li. vj. alia sunt facilia ad soluẽ
dum. Fateor tamen ꝙ Ioan. Fabri de excepti. in statuta. § tem-
porales. tenet primam partem. videlicet ꝙ tota dilatio debet
duplicari. & dicit ꝙ. l. aut damnum. §. quisquis. pro alia parte
allega. probat contrariũ, nisi ipsum intelligas ꝙ ab initio di-
lationis petierit, ꝙ est diuinare secundũ eũ. sic secundũ eum po
terit cõtingere quod hæc duplicatio valebit triplicationem.
¶ QVARTO quæritur circa modũ plus petendi re, ex
pedito modo, tempore plus petẽdi. & primo pro expeditio
9 ne dictorum Henrici quærimus, † qualiter puniatur qui re
plus petit. Hericus distinguit, quia loquimur de exigente ma
iorem cautionem de quo tantummodo loquitur. l. vnic. C. e.
ti. & de isto dicimus. ꝙ etiam inuito reo, & absq; amissione
debiti, at ante litem contestatã pœnitere seu desistere potest.
quia tunc nõ videtur agere, sed agere velle. ff. rem ra. ha. l. am-
plius. & est textus. in prædi. l. vnic. punitur tamẽ in simplum
expensarum duntaxat, nec patitur aliud dannum rei, vt pręd.
l. vnic. ibi nullo dispẽdio prægrauatus vt ibi notatur per Cy.
post Iaco. de Are. in. iij. oppositione. licet glosę aliquæ aliter
sentiant. vt ibi notatur. Post litem autẽ contestatã per testes
vel alias ꝙ per confessionem de maiori cautione conuictus de
bitum totum amittit, quia delinquit in duobus. s. maiorem
cautio

cautionem extorquẽdo,& per dolũ in indicio plus petendo.
Saluis tamẽ transactionibus & secũdis cõfessionibus.vt pręd.l.
vni.sed cõuictus per confessionem spõtaneam, aut delationẽ
vel relationem iuramẽti verum debitum nõ amittit, sed tan-
tum pręstat expensas.ar.ff.de iureiu.l.eum qui. secundũ Azo.
& Accur.in præd.l.vni.& Hosti.in sum.e.ti.§.fi. Et hoc verũ
reo acquiescente,reo enim volente alias probare per testes vel
instrumenta huiusmodi fraudẽ cõfessio nõ releuat à poenæ in
cursione,secundum Pet.de bella perti.ꝙ dic vt notat Cyo.in
prædi.l.vni.in.j.q. Aut loquimur de alio plus petente, qui ma
iorẽ cautiõem nõ exegit,Et tunc si plus petit trahẽdo ad aliud
iudicium,etiam qui iustam causam souet, punitur in sumpti-
bus litis.in authen.de deffen.ciuit.§.& iudicare.colla.iij. Sed
trahens coram proprio iudice condemnatur in triplũ nomi-
ne maiorum sportularum.& in expensis aduersarij.vt inst.de
actio.§.tripli.secũdum quosdam legistas.Sed quicquid secun
dum leges.secũdum canones secus. argu.ĵ. de dolo & contu.
c.j.alias fuisset hic expressum.de decimis ad audientiã. & quia
in ecclesiastico foro non prestantur sportule.de vita & hone.
cle.cum ab omni.quòd autẽ nõ triplicatur.de consti. cum ac
cessissent.secundum Inno. Hosti.Pet.Abb.& Nouel. eadem
ratione idem in foro seculari vbi sportulæ nõ præstantur. vn
de Io.Fa.in dicto.§.tripli.quem dicit esse versiculũ,licet quan-
tulę pro.§.allegetur,dicit ꝙ cum hodie de consuetudine sala-
ria nuntiorum nõ crescant propter maiorem quantitatem peti
tam,sed secundum longitudinem laboris expensæ vel itineris
æstimentur,nõ obtinet ille.§.Et licet aduocati,notarij, & pro-
curatores,quandoque pro causis maioribus salaria maiora re
cipiant durum esset secundũ eum ad hoc legem poenalem ex
tendere.ff.de legi.l.quòd verò.sed agat actione de dolo vel ra
tione temeræ vocationis ad recuperationem expensarum.

¶ Circa primũ membrum precedentis distinctiõis quæritur.
Nunquid petens viginti & nõ probans nisi decẽ, eo ipso præ
sumatur alias decẽ petijsse per dolum? Cyn.post Pet.in præd.
l.j.in.q.ij.dicit ꝙ gl.quę videtur ibi hoc supponere est iniquis
sima,& inimica veritati.patet in.§.tripli.&.§.& iudicare.alleg.
ar.ff.de proba.l.quotiens.§.qui dolo. &.e.tit. C.e.l.fi.&.ff.de
poenis.l.si de interpretatione.dicit hic Collecta.pro glo.facere
quod hic dicitur,& de electiõe. statuimus.lib.vj. & ꝙ saltem
videretur puniendus,vt hic dicitur,videlicet in expẽsis,& hoc
clarum est,sed nunquid quòd dixi.s.in præd. primo mẽbro,
saluis transactionibus,&c.habet locum dum dolo indoctus
fuit reus ad transigendum.Cyn post Pet.in præd.l.vni.in.iij.
q.dicit ꝙ non,& ꝙ hoc modo vitium doli non purgaretur.
& ibi etiam not.glo.quia sicut conuentio ab initio per dolũ
non tenet,ff.de condi.inde.l.in summa.§.j.sic nec transactio se
quens eadem ratione,& quia dolus suus cuique prodesse non
debet.ff.de dolo.l.j.& idem dicunt de confessionibus. Indu-
cunt lecta & nota.fin.C.ꝙ met.cau.l.ij.Sed pone ꝙ procura-
tori fuerat in parte satisfactum domino ignorante. nunquid
dominus totum petens patitur hanc poenam? Et idem de suc
cessore eius,cui pars soluta fuerat quæri posset.dic vtrobique
poenam non cessare,si potuit certiorari alias bene per.§ si quis
agens. vel sanè si itaque in principio &.l.qui in alterius.ff de re
gu.iur.&.ĵ.de regu.iur.c.is qui in ius.secundũ Io.Fa.vbi.s.

¶ Circa secundum mẽbrum dictæ distinctionis quæro pri
mo,vtrum de omni actione reali,& personali intelligatur? di
cas quòd sic.insti.de acti.§ si quis agens.vbi Io.Fa.hoc notat.
10 † Secũdo quæro, nũquid hodie habet locum in fisco re plus
petẽte perditio actiõis vt dicit.l.iustas.C. de iure fisci. Accur.
in.l.iustas.& in.§ si qs agẽs.& Dyn.e.§. vident sentire ꝙ.§.si qs
agẽs. videtur corrigere.l.iustas.Sed Io.Fab.dicit ꝙ non videt
quare fuisset posita in.C.si correcta esset. vnde non putat eum
delinquere qui in dubijs quæstionibus respondet contra fis-
cum.ff.de iure fisci.l.non puto.Ideò audaciter dicas secundũ
eum ꝙ dicta.l.stat hodie, nec mireris si fiscus sit peioris condi
tionis in his quæ tendunt ad correctionem morum quã pri-
uatus,quia & alibi hoc legitur.ff.ad trebel.l.si legat⁹.§ fi.cum
concordan.Fa.quia non est verisimile quòd per instu. corri-
gatur.l.posita in lib.x.C.qui vltimus est in compilatione, vt
patet ex his quæ notantur in principio instituta in principio
prohemij in glo.quę incipit post.ffta.Sed Odofre.in.l.iustas.
tenet contrarium,dicens quòd.l.illa per errorẽ fuit ibi positã.
vel fortè ex certa scientia,ad hoc solum vt denotaret idem ius
in fisco quòd in priuato, vel intelligitur illa l.de actionibus fi
scalibus suis temporibus non prolatis .i quibus per lapsum
suorum temporum legitimè est præscriptum. Et hunc in-
tellectum probat opinio habens ante diem actionem nõ na-
sci.de qua.s.in.q.ij.quia ibi supponitur actiões esse natas quę
ibi pręcipiuntur concremari.& puto quòd opinio Odofre.
in iudicijs seruaretur, & facit bene pro parte ista, quia vltra
hoc quòd ius fisci est magis priuilegiatum, quam ius priuatũ
& sic non præsumitur principem (qui alios in sua iustitia con
fouet) illud velle negligere,& minus eius conditionem facere
deteriorem.Subest & alia æquitas valde magna: quia ibi non
intendebat actiones fiscus per se ipsum, sed per procuratorem
cuius factum non tantum debuit fisco nocere.arg. ff. de offi.
procu.cesa.l j.quamquam fatear quòd licet in extraiudiciali
bus non præiudicet.vt prædict.l.j.&.ff de iure fisci.l.si procu
rator.in fin.princ.tamen in iudicialibus secundum Bernar.de
dioceo bene præiudicat.vt prædi. l.iustas.Sic enim dicimus
in pupillo.C.de iudi.l.properandum. in fin.cum ibi notatis.
cui pupillus assimulatur,vt notatur in dicta l. si procurator.
.§.j.nisi cum procurator esset non soluendo:quia tunc nõ prę
iudicaret.ar.C.de cõueniẽ.fisco.lib. x.&.ff.de publicanis.l. fi
na § si quis professus.Super quo omnino vide notata per Ber
11 tran.de Dinceo.de eroga.mili anno.l. ij. libro. xij. † Tertio
quæro quid si non principaliter,sed accessoriè petitur plus re.
vt si peto rem cum fructibus vel cum interesse,& constat per
processum reum non teneri ad fructus vel interesse, sed tantũ
ad principale.Dicit Io. Fab.vbi.s.quòd satis videretur illud
ius cum sit speciale non debere extendi, & presertim quo ad
poenam tripli.& maximè cum ex hoc maiores sportulę non
12 soluantur.† Quarto quæro, vtrum plus petens re,aut modis
alijs & desistens ante litem contestatam teneatur ad expensas
factas ante litem contestatam? dicas quòd sic.quia iniquum es
set si non restituerentur expensę etiam factę ante litem conte
statam.vnde Hostiẽ.dicit,quòd licet ante litem contestatam
desistere possit, tenetur tamen ad interesse aduersario si quod
sit.Quinto quæro quid si peto centũ,& reo totũ negante, pro
bo de quinquaginta,nũquid sentẽtiã obtinebo in illis? de quo
scripsi.s.de lit.contest.l.vn. in.ix.q.& dic vt ibi,& quòd opi
nio Cyn.quę habet,quòd sic in iudicijs obseruaẽ,licet de subti
litate iuris opinio contraria Iac. de But.seruari posset. Sexto
quęritur nunquid plus petens super poena posset coram alio
iudice conueniri. Specu.eod.titu.notat quòd sic.videtur con
tra cum hoc sit accessorium.de reg.iur.c.accessorium.lib. vj.
melius facit. C.depositi.l.iiij.de fruct.& lit.expen .l. termina-
to.& ne causę continentia diuidatur. C.de iudi.l.nulli.ĵ. titu.
primo.c.ij.Credit Collectarius quòd lata sentẽtia cõtra plus
petentem haberet locum opinio Specu.aliàs secus.nõ obstãt
contraria,quia expensæ seu poenę alię non veniunt hic acces
soriæ ad officium iudicis mercenarium quod actioni deseruit.
vt in.l.iiij.&.l.terminato. allegatis. sed veniunt principaliter
ex authoritate constitutionis,& sic iure actionis.ff. de condit.
ex lege.l. vnica.talia verò in alio iudicio peti possunt.ff. de
compensatu.l.quod in diem.§.si rationem.& nota.per Iacob.
de Butrig.in .l. terminato. allegata. super quo omnino vide
supra eodem capitulo in fine primæ quæstionis principalis.

¶ SEPTIMO quæritur, vtrum ille qui libello dato plus
petijt sine nouo libello,& nouis inducijs minus petere possit?
reffert Collectarius Nouellam post Vincentium supra de li-
bel.oblatio.capitulo secundo. tenuisse quòd sic, quia nil reo
deperit. Sed secus econtra. etiam si ex eadem causa minus pe-
tijsset,nisi dixisset saluo iure pluris, sic intelligens institu. de
action.§ si minus.remittit Collectarius ad plenius notata per
eum supra de lit.contesta.c.vnic.

¶ OCTAVO quęritur,quid si actore plus petẽte quam

debeat reus etiam plus neget, ꝗ debeat. Credit Collecta. fien-
dam compenſationem, ſi reus plus negat ſimpliciter, ſecus ſi
negat narrata, prout narrantur ſecundum Pet. facit quia in ca
ſibus inficiãs punitur, ad quod vide de ſolutio. c. ſi. Saus enim
videtur ſecundum eum ꝙ pœna actoris boc caſu trahatur ad
reum. ar. s. de mutu. peti. c. ij. in ſi. forſitam negatio ſimplex ſo
lum referri debeat ad plus petita, quod magis placet in dubio.
ar. ff. de re dub. l. ſi is qui ducenta. § vtrum.
13 ¶ † NONO quęritur, nunquid reo muito locus eſt pœni
tentiæ de qua hic dicitur? dicas ꝙ ſic ante litem conteſtatam,
ſed non poſteà. vt reffert Collecta. notari per glo. C. e. l. vnic.
14 ¶ † DECIMO quæritur, vtrum exceptio inſurgens ex
plus petitione ſit peremptoria? & dicit Collect. ꝙ ſic ſecundũ
oẽs, pro eo ꝙ per ſolam litis conteſtationem pœna incurritur.
Sed ratio nõ infert de exceptiõe petitioné reppellente, ſed de
actione competente ad pœnã propter petitionis exceſſum.
Tamẽ credo ꝙ & de exceptiõe regulariter bene dicat pro reo
quòd illa reſpicit negotiũ principale magis ꝗ proceſſum. iux-
ta lecta & notata in præd. c. exceptiõis. & iuxta ea quæ ſcripſi
ĩ. e. c. in oppoſi. ver. Sed nunquid. & etiam in prima quęſtiõe.
quòd tamen dixi ante litem conteſtatã poſſe pœniteri, intelli-
ge etiam ſi quis promiſerit pœnã caſu quo plus petet, quia nõ
cenſetur quis petere ante litẽ conteſtatã: ſecus tamen ſi promi
ſerim pœnam caſu quo quæſtionem fecerit: quia vocando in
ius infert quæſtionem. ff. de tranſact. l. qui fidem. ſecundũ Ar-
chidia. xj. q. j. placuit remittit Collect. ad collecta ſua de ſeruis
non ordi. c. de famulis. de foro compet. c. ſi diligenti.
¶ QVINTO principaliter expeditis dicũdis circa eos qui
plˀ repetũt, nũc accedamˀ ad dicẽda circa eos qui plus cã petũt.
15 † Quia plus petitur cauſa dupliciter, videlicet. aut ſuper obli-
gatione alternationis, aut ſuper obligatione generis. Primo de
alternatione videamus. Et primo propter dicta Henrici in ſe-
cunda diſtinctione quærere poſſem, qualiter in alternatiuis
ſeu diſiunctiuis ſit electio debitoris, verũ quia iſta eſt propria
materia regulæ in alternatiuis. ĩ. de reg. iur. lib. vj. ibi: propono
dicere deo duce. & hic vide quę ſcripſi de foro comp. c. in cle.
in. ij. nota. poſt Sy. de brozano. videre etiam potes hic not. per
16 Io, Fab. in § huic autem. † Primo ergo quæritur, quot & qua-
les alternatiuas habemus. Circa quòd habemus alternatiuam
perſonarum. C. de verbo, ſignifi. l. cum quidẽ. ff. de lega. ij. l. ſi
quis titio. de conſti. pecu. l. ſed ſi filio. § j. inſti. de inutil. ſtipu.
§ alij. & alternatiuam rerum. vt in § huic. & hic in ver. te quo-
que. in principio. & ff. de iur. doti. l. pluriumque. & de leg. j. l.
cætera. § ſed ſi ſtichus. & prædict. regula in alternatiuis. Item
habemus alternatiuam temporis. ff. de ver. ſignifi. l. ſi ſtipula-
tus fuero. x. aut. xv. de leg. ij. l. ſi ita legatum. § finali. Item alter
natiuam locorum. ff. de eo. quod certo loco. l. iij. § qui ſticum.
Item locorum & rerum. vt. e. § in fine.
17 ¶ Secundo quæritur, quid eſt in obligatione in alternatiuis re
rum? videtur ꝙ vna res ſolum. ſ. quæ ſoluitur. vt. ff. quãdo di.
leg. ced. l. cum illud aut illud. de leg. ij. l. ſi illud aut illud. ar. ff.
de leg. j. l. cum incertus. dicas ꝙ imo vtrunque. ff. de ver. obli. l.
ſi duo. ar. ff. de conſti. pecu. l. illud aut illud. vbi vtrumque po
teſt conſtitui, & ſic vtrunque debitum. e. ti. l. j. § debitum. fallit
ſi non poteſt vtrobique obligatio conſiſtere. quia tunc venit
alterum tantum in quo poteſt obligatio conſiſtere. vt. l. ſi duo.
18 alleg. † Sed quid in alternatiuis quantitatum vel temporum?
videtur ꝙ minor quantitas vel tẽpus longius ſolum ſit in obli
gatione in illis. vt. ff. de verbo. oblig. l. ſi ita ſtipulatus fuero. x.
aut. xv. glo. ſentit contrarium, ꝙ nihilominus totũ eſt in obli
gatione. ff. de leg. ij. l. ita legatum alias relictum. § finali. vbi vi-
19 detur concludere ꝙ vtrumque ſit in debito. † Sed propter prę
20 ſumptionẽ cenſetur largius tempus, & minor quantitas. † Di
cit Io. Fab. ꝙ hoc non credit imo ſicut ſimpliciter loquimur,
textus illos intelligit videlicet quòd ſolum minus ſit in obliga
tione & dicit hoc eſſe quaſi expreſſum. ff. de ver. oblig. l. inter
ſtipulantem. § Si ſtipulantem. in fine. Si enim vtraque ſumma
eſſet in obligatione & reſponderetur de vna, profectò ſtipula
tio nulla eſſet per primum reſponſum illius §. & tamen con-
ſtat quòd ibi valet. & procedunt prædicta vbi eſt electio de-
bitoris. Quid ergo in caſu quo eſt electio actoris? videtur ecõ
tra id quod maius eſt etiam in obligatione, arguendo de vno
caſu ad alium ex identitate rationis quæ eſt: quia præſumitur
quòd plus eliget maius. Sed quid ſi altera res tantũ ſtat. dic ꝙ
tunc illa quæ ſupereſt tãtum eſt in obligatione, ſi illa quæ nõ
ſuper eſt perit ſine facto, & culpa contrahentium. vt. ff. de ſol.
l. ſtichum. in principio. vel præiiũ ſi ipſum malit debitor præ
ſtare ff. de leg. j. cum res. § ſed ſi ſtichus. in caſu in quo eſt eius
electio. ff. de contrahen. l. ſi in emptione. § penultimo. Sed ſi
perit poſt morã vel facto debitoris, tũc diſtinguit cuius erat
electio. nam ſi erat creditoris poteſt petere mortui debitum
præcium ſi vult. & ſic intelligitur dicta. l. ſtichum. in ſecundo
dicto ibi: cũ dicit ille ſolˀ qui deceſsit. & c. Si verò eſſet debito
ris electio tunc remanet vnus in obligatione, nec debitor põt
offerre prætium mortui ſi ſit vilius. vt dicta. l. ſtichum. verſ.
enim verò. ſecus dicit ſi alienaſſet. ff. de leg. j. l. ſi quando. § fin.
Si verò alter mortuus ſit facto creditoris, vel poſt eius morã
liberatus eſt debitor, nec alter ſuperſtes in obligatione rema-
net. ff. de verbo. obli. l. ſi ſtipulatus fuero damam aut Erotẽ
21 † Pet. & Cyn. C. de verbo. ſigni. l. cum quidem. & Barto. ff. de
verbo. obliga. l. ſi duo. dicunt quòd dum alternatiua cadit in
ter res inter quas cadit affectio vtrumque eſt in obligatione.
vt. l. ſi duo. ſed quando cadit inter res inter quas non eſt af
fectio, vt in ſummis, ſi electio eſt debitoris minus tantum eſt
in obligatione. vt. l. ſi ſtipulatus fuero. x. aut. xv. ff. de verbo.
obliga. Sed ſi electio eſt creditoris vtrumq; eſt in obligatiõe.
22 ar. ff. de le. j. l. planè § j. †. quia in ſpeciebus intereſt mea ma-
gis habere vnum quã aliud, in ſummis ſecus. Et quia vbi eſt ele
ctio ſeu affectio, fortè eliget minus, & quia non ita præſumit
creditorem lucrum velle acquirere, ſicut debitorem velle eui-
tare damnum. quæ proſequere vt per Cyn. ad finẽ. l. cum qui-
dem. allegatæ. Goffredus de Saluis in bis concordãs. in. l. ſi ita
relictum. § finali. dicit quòd ſi alternatiua in ſpeciebus vel in
ſpecie, & quantitate vtrumque eſt in obligatione. vt. l. ſi duo.
quia non eſt bene certum quòd magis expediat mihi dare. vt
prædict. § hic. ſed in quantitatibus, ſi eſt electio creditoris ad-
huc idem, vt. l. planè § fi. ſed ſi electio debitoris, tunc minus tã
23 tum. vt §. ſi ſtipulante † in alternatiuis verò perſonarum re-
gulariter non quæritur vtriq; obligatio. Super quo vide Gau
fridum. ff. de le. ſecundo. l. ſi Titio Seio. ſup verbo ſtipulãdo.
in prima quęſtione. nec obſtat quarto. Caue tibi quia vbi ca-
dit affectio in ſummis vel ratione cauſæ, vel perſonæ, vel loci,
vel temporis, idẽ eſt quòd in ſpeciebus. ff. de nona. l. ſi is cui.
ff. de ſolut. l. qui res § mihi decem. & § ſequenti. vt ſcripſit Bar
to. in prædic. l. ſi duo. in fin. Si autem velis ſcire quid eſt in ob
ligatione generis, vide plenè per Gauſtri. ff. de leg. ij. l. Meuius.
§ duobus. ſuper verbo orationis compendio. & ſuper verbo
continet homines. & cuius ſit electio, vide plenè per eum. e. ti
tu. l. Lucius. vbi totam naturam alternatiuarũ reperies. & de
hoc per Io. Fab. inſti. de leg § ſi generaliter. & per Cyn. in præ
dict. l. cũ quidem.
¶ TERTIO quæritur nunquid iſta decret. in verſ. te quo
que. in omnibus alternatiuis vendicet ſibi locum, & primo vi
deamus de alternatiua quãtitatum cuius electio debitoris eſt,
nunquid debet cõcludere alternatiuè in libello, vt ſi promiſi-
ſti. decem vel quindecim. Ioannes. Fab. credit quòd non.
& idem credit in alternatiua temporis. vt ſi promiſiſti mihi
dare in calendis Martij vel auguſti, non debeo alternatiuè cõ
cludere in libello. Sed debeo vtrobiq; concludere, ſolum ad
id quod minˀ eſt: quia minor ſumma, & largius tempus ſunt
in obligatione, vt dictum eſt ſupra ſecundum omnes. ad idẽ
autem quod eſt in obligatione ſolum concludit libellus, nec
hic plus petitur cauſa, quia non eſt plus in cauſa. i. in obligatio
ne vt dixi. & ſic non habet locum iſte verſ. & debet libellus al
ternatiuè concludere ſecundum opinionem Pet. Cyn. Bar. &
Gauffridi quæ habet vtrumq; tunc eſſe in obligatione, habere
mus dicere vt videtur locum eſſe huic verſui, & ad vtrumq;
alternatiuè debere concludi. Sed ſecundum opiniõem Io. Fa.
quę vi-

quę videtur sentire alterum tātum tunc esse in obligatione videlicet summam maiorem, vel minus tempus, de quo solum verisimile est creditorē velle. videretur non esse locus huic versui, sed tantum posse concludi in libello ad summam maiorem, vel ad minus tempus. non enim videretur quòd posset peti minor summa: cùm hæc opinio habeat quòd illa non est in obligatione. quòd de plano fatetur Io. Fab. nisi essent tales summæ inter quas caderet affectio & interesse. verbigratia promisisti mihi centum in pecunia ære contaminata seu monetata, vel centum in bonis florenis, quarum summarum quandóque leuius vel vtilius est vnam dare vel recipere quàm aliam, & idem in alternatiua temporum. similem casum ponit, vt si promisisti mihi centum calendis Martij vel Augusti. de moneta quæ in terminis curret. hic potest esse interesse propter mutationem monetarum. inducit ea quæ ipse scripsit in simili in materia compensationis. insti. de acti. §. in bonæ fidei. In ijs enim casibus locus esset isti versui secundum eum. Tu verò dicas aut cadit affectio, & tunc sunt omnes concordes quòd necesse est alternatiue concludere, & quòd locus est isti versui. aut non, & tunc aut quæris an creditor habens electionem possit in libello se arctare ad minorem summam, aut ad longius tempus id præeligendo, & dico quòd sic, & in hoc sto cum petro & sequacibus, & recedo à Ioanne Fabr. quia si Titio legetur fundus Seyānus vel eius vsusfructus. duo sunt legata, & est electio Titij, an velit vsum fructum vendicare. ff. de le. j. l. planè §. si Titio. & tamen sicut se habent res, & vsusfructus rei videlicet sicut totum, & pars. ff.
24 de vsufructu. l. iiij. sic se habent maior & minor sūma, quia maiori summæ semper minor inest. j. de regu. iuris. in toto. libro vj. & ibi concord. & quia vtrobique eadem ratio videlicet cessatio affectionis, & quia reus non potest prætendere interesse. aut quæris vtrum possit præcisè concludere ad summam maiorem ad minus tempus, & dico quòd sic, & in hoc sto cum Ioan. Fabr. & est ratio: quia cum sua sit electio vt supponitur, per cōsequens potest eligere, & post electionē quod elegerit præsisè petere: quia tunc illud post electionem solum est in obligatione, & solum peti potest: vt est textus de hoc notabilis. ff. de ver. obl. l. si quis stipulatus sit Stichum. in princi. Sed constat quòd præcisè petendo videtur eligere. vt j. de concess. pręben. cùm ei quem. in fine. aut quæris vtrum possit vtrumque sub alternatione petere & hic possum dicere probabiliter, quòd non. & ratio est, quia regula habet libellum alternatiuum propter incertitudinem esse repellendum. quæ regula fallit vbi alternatiua est obligatio, & spectat electio ad debitorem, sic quòd petendo præcisè vnum auffert debitori huiusmodi electionem, & facit conditionem debitoris deteriorem. prout ista ponuntur ad literam. inst. de act. §. huic. hic autem non competit electio debitori, nec fit eius conditio deterior. prętereà loquūtur hęc iura ex mente dum non est in potestate creditoris libellum dantis immutare naturā obligatiōis alternatiuæ in libello, ne per hoc præiudicet debitori quòd hic cessat ex toto: quia supponitur electionem esse creditoris, & per consequens quòd potest libere naturam alternatiuæ obligationis per suam electionem immutare. pręterea quia certum est quòd actor tenetur reum certificare si potest, de re quam vult in libello petere, vt possit reus melius deliberare an cedat vel contendat. ff. de eden. l. j. quòd potest facere alterum eligendo, & quòd non facit vtrunque alternatiuè petendo. Si enim sciret reus quòd vellet actor solum petere minus, fortè cederet. & si sciret quòd vellet petere maius, fortè contenderet. aut enim alternatiuè petendo vult sibi electionem retinere, & obstat sibi ratio incertitudinis, quā posset tollere si vellet alterum eligendo vt dixi. aut non vult retinere beneficium oppositiōis sed illi renunciare, & illud transferre in reum, & tunc malè petit sub alternatiuè, quia ab eo tempore quo est electio debitoris minus tantum est in obligatione vt secundum omnes. vt est arg. optimum. ff. de pacti. l. si vnus. §. sed si stipulatus. x. secundum verum intellectum Io. Nicol. & Bertrandi qui habet quòd ibi erat electio creditoris, secundum possibilitatem casus. vt dixi supra. Ideò enim non pōt agi præcisè cum est electio debitoris, dū cadit affectio, quia non potest arctari ad eligendum per creditorem, vnde si iam elegisset non crederem à modo subalternatiuè posse agi, sed tunc necesse esse pręcisè illud peti quia tunc solum esset in obligatione. ar. de rescrip. pastoralis. in fin. cum glo. sua.

¶ QVARTO quæritur, quid est in alijs alternatiuis quā quantitatis, & temporis, casu quo est electio debitoris? dicas omnino in omnibus huiusmodi casibus locum esse isti versui, & necesse esse alternatiuè concludere in libello. sed vbi est electio creditoris credit Ioan. Fab. quòd tunc non est locus isti versui, neq; alternatiuę petitioni, imo debet vnum eligere & ad illum concludere. vt. ff. de verbo. obliga. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. & dicta. l. Stichum. circa princ. Sed & petēdo videretur eligere. vt. ff. de le. secūdo. l. si is cui. debet tamen facere commemorationem in libello de forma obligationis. vt in dicto. §. huic verò qua de causa. sed parum facit, quia loquitur vbi est electio debitoris, sed melius probant. l. si is cui. & l. Stichum. licet tamen hoc securius non dicerem processū non tenere acto ex obligatione pura, absq; huiusmodi cōmemoratione, probata tamen alternatione, & electione: quia licet obligatio alternatiua alia sit quam pura, vt. l. inter stipulātem §. si stipulante. ff. de verbo. oblig. tamen post electionem non est alia, quia non est amplius alternatiua, sed pura, quia præsumitur seu fingitur electio petitionem pręcessisse tāquā causa, sicut acceptatio prouisionem. in clemen. cum ei quem. in fine allegata. & hoc teneas quicquid titubando Io. Fab. dixerit vbi supra.

¶ QVINTO quæritur, quid si altera res de dictis subalternatiuarum non supersit, nunquid tunc huic versui erit locus? dic quòd sic, in casu in quo debitor habet optionem præstandi quòd velit, videlicet illud quòd super est, vel pretium eius quod petijt sed si solum & præcisè ad illud quod super est teneretur illud solum peti deberet, nec huic versui esset locus, licet tunc esset securius facere de forma obligationis, scilicet alternationis mentionem in libello. eo modo quo dixi in ver. seu quæstione proximè præcedente quando autem possit vel debeat peti, aut præstari res aut prætium, dixi supra post Ioannem Fab.

¶ SEXTO quęritur, quid in alternatiua personarū, vt pone stipulatus sum dari mihi aut Titio, possum pure petere mibi dari, videtur quòd non. quia me inuito debitor potest soluere Titio. insti. de inutil. stipul. §. si quis alij. & sic subtrahere tur sibi inuito electio inter personas, & sic habet locum ratio huius versus loquentis inter res, & dicti. §. huic. sed non est verum si Titius veniat, vt adiectus: quia lite per me contestata adiecto solui non potest. ff. de solu. l. si quis stipulatus fuerit. x in melle. §. fina vbi est expressum. secus autem esset si non esset adiectus, sed ęquè principalis, ęquè pure agere valens. vt. ff. de le. secundo. l. si Titio aut Seio.

¶ SEPTIMO quęritur, quid de alternatiua rerum & locorum? vt si promisisti mihi soluere æquum Parisius vel bouem Romę sed determina per præcedentia. Primo cuius sit electio. Secundo supposito cuius sit electio quid in obligatione. Et tertio supposito quid sit in obligatione ad quid debeat concludi in libello. & secundum hec habebis qualiter erit vel non erit locus in his huic decretali. versu te quoq;. & idē quo ad hoc dicas de pura alternatione locorum, vt per hoc sim expeditus de alternatione locorum. super quo tamen omnino videas quę leguntur & notantur. ff. de eo quod certo loco l. prima, secunda, & tertia. Et idem etiam dicas si sit alternatiua rerum locorum & personarū, vel si promittis mihi dare equum. Parisius vel Titio bouem Romę, & has & similes potes determinare per prædicta visa bene dicta. l. iij. ff. de eo quod certo loco.

¶ OCTAVO quęritur, quid si vtraq; res extat altera tamen exempta est de obligatione per pactum, vt si promisisti mihi Stichum vel Pamphilum, sed feci tibi pactum quòd nō

peterem stichum, nunquid remanet obligatio in pamphilo?
hæc quæstio mouetur. ff. de pac. l. si vnus § sed si generaliter.
& ibi tenet Azo. quòd non. pro quo fa. ff. de libe. le. l. non
solum § j. sed illa magis facit contra, quia ibi dicit liberandũ
acceptilatione supponendo quòd si pacto aliud esset, & hoc
videtur verum secundum Ioan. fab. vbi supra, licet quidam
distinxerunt cuius esset electio, & idem videretur secundum
eum, si legaretur Stichus aut Pamphilus, & post testator alte-
rum adimeret, vel venderet. ff. de lega. j. l. si quando § fi. facit
melius. ff. de vsu & habita. l. fi. & fa. quia nõ potest aliud solui
pro alio, quamuis sit melius. de quo notatur. ff. si certum pe-
tatur. l. cùm quid. sed hoc non placet, & procedit ex malo in-
tellectu illius § aut enim loquimur in casu in quo est electio
debitoris, & tunc nullum dubium quia non valet pactum.
cum hoc debitori ex natura obligationis competat, siue pac-
to, & sic fundatur pactum super impossibili vel necessario
iuris, & sic non potest veru aliquod interesse ipsius paciscen
tis, & sic non potest valere pactum. insti. de inutil. stipu. § Si
quis alij. Aut est electio creditoris, & tũc est casus, quòd licet
pactum non tollat in aliquo obligationem ipso iure, vt dicta
l. si vnus § pactus. & l. iurisgen. § quinimo. e. ti. parit tamen ex
ceptionem, etiam in altero, & in totum. vt est casus in dicta. l.
si vnus § sed si stipulatus. x. aut Stichum. qui § secundũ Io. Ni
co. & Bertrandum Caprioli secundũ verũ intellectum loqui
tur, in casu dum est electio creditoris: quia aliter de iure non
procederet ille casus, imo esset contra rationem naturalem, &
principia iuris. Nec ob. ea. l. § sed si generaliter. alleg. quia non
loquitur in obligatione alternatiua, sed in obligatione gene-
ris. licet enim obligatio alternatiua & obligatio generis pari-
ficentur in multis, vt. ff. de solu. l. cum is. in principio. tamẽ dif
ferunt etiam in pluribus. ff. de solu. l. qui decem § qui Stichũ.
præsertim in caso de quo loquimur. vt patet ex coniunctione
dictorum duorum § § videlicet § sed si stipulatus decem. & §
sed si generaliter. l. si vnus. ff. de pact. alleg. Et patet ratio diuer
sitatis quantum ad hoc: quia in alternatiua quodlibet est in
obligatione, & vnum solum in solutione. sic quòd vnius so-
25 lutio ponit obligationem in totum. vt prædict. l. si duo. † pa-
ctum verò vicem habet solutionis. insti. quib. modis tollitur
oblig. § est autem. Ideò non mirum si pactum factum in vno
operatur effectum in vtroque. argumen. ff. de liber. leg. l. non
solum § j. Sed in obligatione generis nullum de suppositis ip-
sius generis est in obligatione. vt. ff. de solutio. l. qui decem §
qui Stichum. & ideò pactum factum super vno non videtur
factum super aliquo, quod sit in obligatione. Et idcirco cir-
ca vel contrà obligationem non potest aliquem operari effe-
ctum, quod dic latius vt notatur per Ioan. & Bertrand. præ-
dictos in duobus § allegatis.

¶ NONO quæritur, descendendo ad modum plus peten-
di ex obligatione generis, quid est in obligatione generis? Io.
Mindauillam & Ioan. Rollandi. ff. de leg. j. l. cum incertus. te
nent quòd nullum indiuiduum hominis imo ipse homo est
in obligatione. ff. de leg. secundo. l. Meuius § si duobus. & in-
ducit Ioan. Rolandi. l. qui hominem. ff. de adimen. leg. Item
tenet ibi Bertran. Caprioli. ratio sua est, quia in promissione
hominis, non agunt contrahentes, quòd aliud sit in obligatio
ne quàm homo. argumen. ff. deposi. l. j. § si conuenerit. Ioan.
Nicoti in dicta. l. cum incertus. ac Bartholus, & Gauffridus de
Salinis in dicto § si duobus. tenent quasi idem dicentes, quòd
homo indeterminatus est in obligatione, determinandus per
solutionem, vel verius secundum Petrum per electiõem. mo
tiua prædictorum duorum, vide latius per eos in locis præta
ctis. Aduerte quicquid dicant prædicti domini viribus opor
tet recurrere ad aliam facultatem & fateri oportet has proposi
tiones esse veras, nullus homo est in obligatione generis. qui-
dam homo non est in obligatione generis. homo non est in
obligatiõe generis. hõ in genere nõ est in obligatiõe generis.
hõ indeterminatus non est in obligatione generis. loquendo
semper de promissiõe hominis facta in genere. Item oportet
fateri has propositiones esse fallas. omnis homo. quidã homo.
homo in genere. homo indeterminatus est in obligatione ge
neris. & tamen fateri oportet quòd in obligatione est homo,
de veritate autem illius nullus homo est in obligatione,
& de falcitate illius, omnis homo est in obligatione. omnes
concordant. per. l. qui decem § qui Stichum allegatam. cum
concordan. nec obstat. l. iij. ff. qui & à quibus. in fine. vbi dici-
tur q electione serui data quodam modo singuli sub cõditio
ne legati videntur: quia istæ duæ dictiões quodammodo, &
videntur, quæ sonant improprietatem, soluunt contrarium.
ff. de vsufruct. ea rer. quæ vsu cõsu. l. ij. Item specialiter de ver
bo quodammodo quòd notet improrietatem habes. ff. de ac
qui. poss. l. si me in vacuam. & ibi nota. Sic etiam debet intelli-
gi gl. ff. de oper. le. l. si Pamphilo. & l. si hominem. dicens lega
tum hominis in genere conditionale, scilicet ĩpropriè, alias es
sent falsæ glo. potest etiam dici. l. iij. allegatã loqui solom de
legato optionis quòd de illo tempore verè erat conditionale,
licet hodie aliud sit. vt insti. de leg. § optiõis. quòd facit ad hoc
quòd conditio acceptãdi non faciat verã cõditionem. de quo
tamen videbitur. j. de conces. pben. c. j. lib. vj. & cle. vn. e. titu.
Ideò enim videntur singuli esse in obligatione, quia quilibet
eligit & solui potest. Et quia cuiuslibet solutione obligatio
tota consumitur. Ex quo etiam manifestè apparet de veritate
illius, quidam homo non est in obligatione. & de falsitate il-
26 lius, quidam est in obligatione. † quia ista est regula certissi-
ma, quòd semper vniuersalis siue affirmatiua, siue negatiua in
fert suam particularem subalternã. nullus enim negaret quin
ista sit formalis cõsequẽtia. oĩs homo est animal ergo quidã
homo est animal, & etiã falsitatẽ sue cõtradictoriæ, quia duæ cõ
tradictoriæ nõ possunt esse simul vere. sequit ergo bene verũ
est. omnem hominẽ esse animal, ergo verũ est quẽdam ho-
minẽ esse animal, & falsum est. quẽdã hominẽ nõ esse animal
ex eodẽ fundamento manifestè apparet de veritate illius, hõ
nõ est in obligatiõe, & de falsitate illius hõ est in obligatiõe,
quia indeffinita & particularis de eisdem terminis æquipol-
lẽt. sic à. est. b. & quoddam. à. est: quia termini in vtraq; eodẽ
modo supponsit, videlicet determinatè, & non cõfusè tãtum,
nec etiam mobile, nec destributiuè. vt traditur per auctores
Dialecticæ in tractatu suppositioõu, & Ideò dicunt quòd ad
veritatem vtriusq; videlicet indeffinitæ & particularis, requi-
ritur correspõdẽtia vnius singularis veræ, de eisdem terminis.
vt ad veritatem istius. à. est. b. & illius quòd à. est. b. necesse est
quòd sit dare aliquod à singulare, de quo sit verũ dicere istud
à est b. & qui hæc ignorant quærant à magistris illius artis, &
sic reperient. De veritate autem illius propositionis, homo in
genere non est in obligatiõe. & de falsitate illius, homo in ge
nere est in obligatione. concordant satis quasi omnes legistæ
27 moderniores. † genus enim vt dicit Bar. vbi supra est quasi
idea imaginaria, quæ non venit in commertio hominum. In
hoc enim quòd dicit, quòd non venit in commertio bene di
cit. & in hoc concordat Gauffridus & omnes. Sed in hoc q
dicit quòd est idea malè dicit, quia imo est quoddam nomen
mentale, vocale, vel literale, prædicabile de pluribus differenti
bus specie, quãdo accipitur proprie vel quando sumitur pro
specie, vt sumunt legistæ de pluribus differentibus numero se
cundum Porphirium in tractatu de prædicabilibus, & Ari-
stotelem in libro Periarmenias, vnde homo cum p nomine
mentali sumitur prædicabili de pluribus differentibus nume-
ro, sumitur materialiter pro ipso nomine, & supponit li. ho-
mo non materialiter, sed simpliciter, pro ipso nomine signifi
cabili, & prædicabili, non pro re quam significat, & est quidã
conceptus mentalis, sub vna ratione communi animalis
rationalis, mortalis, omnes homines repñtans, & iacet in ani-
ma ipsius hominis, sic & cæteræ animæ passiones. nullus autẽ
est ita supinus qui credat, quòd tales animæ passiones sint in
coniuncto. Sic etiam in vocali & literali hæc dictio homo pro
lata vocaliter, vel redacta in scripto quæ est de natura sua pdi-
cabilis de plurib9 differẽtib9 numero, sub vnitate eiusdẽ rõnis
dicitur species secundũ logicos, & genus secundum iuristas.
vt notat Accur. ff. si certum petatur. l. secunda § mutui. etiam
similiter

similiter in commertio cadere non potest, alias grammatici, & logici statim essent diuites, si eorum prædicabilia sic vendere possent. Item de veritate illius propositionis, homo indeterminatus non est in obligatione, & de falsitate illius, homo indeterminatus est in obligatione, faciliter apparere potest, quia nullus indeterminatus homo est, vel esse potest in mundo. Igitur nullus indeterminatus homo est, vel esse potest in obligatione, quia esse in obligatione supponit existentiam rei maximè à parte subiecti, & ita bene sequitur Stichus est in obligatione, ergo Stichus. Igitur bene sequitur homo est in obligatione, ergo homo indeterminatus est, & sic ex opposito consequentis primæ consequentiæ sequitur oppositum antecedentis. Igitur per regulam logicorum illa consequentia fuit bona in qua videlicet nullus homo indeterminatus est, vel esse potest, ergo nullus homo indeterminatus est, vel esse potest in obligatione, probatur antecedens, quia vel recipis hominem prout supponit naturaliter pro animali rationali mortali, vel prout supponit naturaliter simpliciter, videlicet pro nomine prædicabili, aut pro idea imaginaria. Sed nullum horum potest dici, igitur. non enim potest dici de duobus vltimis, quia non cadunt in commertio, nec de primo, quia nunquam fuit nec esse potuit aliquod animal rationale mortale, quin esset vnus determinatus homo vt de se patet.

¶ Ex quibus omnibus clarè infertur quòd cum quis promisit hominem in genere, vera est ista propositio, quòd nihil est in tali obligatione, & illa falsa, aliquid est in obligatione, quia si aliquid esset in obligatione vtique homo esset. cum de solo illo conuentum fuerit, quòd tamē falsum esse probatum est, & sic est dare obligationem in qua nihil est, & eodem modo sequitur quòd nihil ex tali obligatione peti potest, quia si aliquid peti posset, vtique in obligatione esset, de veritate au-
28 tem illius propositionis, † quòd cum promisi hominem. in promissione & obligatione est homo, & peti potest homo ex tali obligatione. hic probatur in ista decretali. quia debet peti homo in genere. & non in specie vt hic dicitur. Et eodem modo probatur. in § huic. allegato. facit. ff. de acceptilatione & per iusiurandum § si is qui hominem. vbi dicitur, quòd per acceptilationem perimitur tota obligatio. Igitur supponitur quòd ibi est obligatio, & tamen obligatio non potest esse nisi ad aliquid quod debeatur. instit. de obliga. in princi. sicut nec actio. instit. de actio. in principio.

¶ Sed quæ est ratio diuersitatis inter verba sic transposita, cum verba transposita idem significent secundum Philosophum primo perihermenias.

¶ Quomodo ergo est falsum dicere hominem esse in obligatione, promissione, vel petitione, donatione, vel legato, de quibus omnibus idem dico si verum est dicere in obligatione, & cęteris huiusmodi esse hominem respondeo & dico, quòd rationem oportet sumere ex principijs alterius facultatis, videlicet eo quòd præpositio, & postpositio immutant naturam suppositionis. id est acceptionis huius verbi homo. Quia dum præponitur supponit, id est accipitur determinatè idest pro homine determinato. Et ideò oportet quòd determinatè & in homine determinato verificetur vel falsificetur. Sed quando postponitur supponit id est accipitur confusè tantū id est indeterminatè, & ideò nō oportet ꝙ in aliquo determinato homine determinatè verificet, vel falsificet. Sed sufficit quòd in indeterminato & confuso suam verificationem recipiat, nec mireris, quia logici de hoc formant vnum problema, quod sophisma appellant, proponentes sic. promitto tibi hominem, & tamen nullum hominem, seu quendam hominem vel hominem tibi non promitto, & finaliter fatentur, omnes istas propositiones veras. Sed vnde hoc quòd sic diuersificetur suppositio, dico non esse reddendam rationem: quia prouenit hoc ex natura loquutionis, & modo loquendi. Fateor tamen quòd doctores nostri dicentes quòd homo indeterminatus est in obligatione, licet loquantur impropriè bene sapiant, pro eo quòd contrahentes non præposterationem vel posterationem verborum considerant, sed solum effectum. infra de verbo. significatio. capitulo propterea. & capitulo in his. ad quem doctores isti se referant, & credo quòd bene, vt infra de sponsa. ex literis. ff. de suppelle. le. l. Labeo. & de fūd. instruc. l. cum delanionis § asinam. præmissa tamen volui ponere, vt verborum proprietatem agnosceres, & vt aliquid saperes in alia facultate.

29 ¶ DECIMO quæritur, † cuius est electio in obligatione generis? potest dici quòd l ad promissorem indistinctè, nisi verbadent actori prout scripsit Io. Fab. institu. de leg. § sic generaliter. & sic tenet Dyn. non facta distinctione inter legata & contractus, & probatur hic, & in § huic. allegato. nunquid ergo obtinet ista decret. in vers. te quoq; quādo electio est actoris? Respondet Io. Fab. quòd non. per ea quæ dicta sunt de alternatiua quæ hic possunt congrue adaptari. Sed nūquid etiā obtinet si incertus de certis promissus fuerit, vel legatus in casu in quo spectat electio ad debitorem, credit Io. Fa. quòd sic. remittens ad notata sua in dicto § si generaliter. Sed quid si debeatur medioeris quòd est quandoq;, & ipse scripsit in dicto § si generaliter. & legitur & notatur. ff. de leg. primo. l legato generaliter. & de dona. l si quis argentū. nunquid si actor petat sibi dari mediocrem in genere videatur plus petere? videtur quòd sic, quia forma obligationis non est talis, licet enim mediocris sit in solutione non tamen in obligatione, & ideò videtur quòd debeat agere simpliciter per hanc decret. In cōtrarium videtur quòd necesse sit & expediens, quòd petat mediocrem sibi dari, quia alias non posset iudex ad mediocrem condēnare. Inducit Io. Fab. ſa. nota. sua inst. de offi. iudi. § j. & subdit quòd quicquid sit non credit, quòd ex hoc plus petat, vt saltem propter hoc incurrat pœnam. Sed ego credo quòd debet petere simpliciter in genere, per hāc decret. nec possum videre quo modo possit petere mediocrem, cum non sit in obligatione. fateor tamen quòd petendo hominem in genere potest implorare iudicis officium, vt mediocrem faciat sibi dari. ar. ff. de re iudi. l. miles § decem. Sed pone aliquis promisit mihi soluere decem in vino vel in blado pro foro quo valet, non soluit, ago contra eum, & peto decem solum, quæritur nunquid male peto videtur quòd sic, quia adimo sibi facultatem soluendi sibi res pro pecunia ar. huius decret. Contrarium est expressum argumen. ff. de solut. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. Dicit tamen Io. Fa. quòd in narratione libelli debet de hoc facere mentiōem, & quòd aliàs fortè malè ageret. Sed non debet concludere nisi ad decē, nisi sibi magis expediret habere species quā pecuniam: quia tunc posset concludere secundum formam obligationis quamuis species non essent in obligatione. vt prædicta. l. si duo. in fine. sed pone egi cōtra te, repellis me exceptione temporali, quia feci tibi pactum de non petendo ad tempus, volo nihilominus quòd condemneris vt soluas post diem, & post inducias duplicatas, quæritur nunquid bene potero. Refert Ioan. Fab. institu. de except. § temporales. doctores iuris canonici hîc tenere quòd sic. per l. in lege si deletum. ff. ad. l. aquil. & de iudi. l. de qua re. dicit Io. Fab. quòd huic opinioni refragatur litera manifestè in prędicto § si quis agens. & in § § sequentibus. & in ista decret qui textus supponunt detrum post finitas inducias posse agi pristina actione, nec obstat. l. in lege. allegata. quia ibi agitur actione iam competente, & pro damno iam dato, vnde non mirum si ex nunc fit condemnatio, quia ibi erat obligatio de præsenti hic non. Sed vbi peteretur plus loco vel re dicit contrarium. quia tunc fieret cōdemnatio in eo de quo constaret. & maximè in quantitatibus. ff. de eo quod certo loco. l. quòd si ephesi § j. ad Velle. l. vir vxori § fin. vide de cōdi. fur. l. si seruus furtiuus § boue surrepto. Sed in eo qui petit plus causa non videtur illud, imó videtur reum absoluendū ab instātia, quia aliud petit vt hic, & in prędict. § huic antem. &. ff. de verbo. obligationib. l. inter stipulantem § stipulante. Credo quòd in hoc bene dicat, per ea quę scripsi. s. eodem capitulo, in oppositione versu. sed nunquid. & in pri-

ma & secunda quæstionibus. Sed quæritur quid si exceptio non fuit opposita, & tamen testes producti super debito deponunt de eo, vel fortè de hoc extracta, & producta continetur dies; nunquid fiet condemnatio de præsenti? Innocen. & Hostien. tangunt hoc infra de excep. pastoralis. & tenent quòd sic. quòd satis videtur procedere secundum Io. Fabr. vbi supra, quando probatur per instrumentum, sed quando probatur per testes posset hæsitari, quia tunc deponerent testes super eo super quo non essent producti, & ita eorum depositio nulla quo ad hoc. sed ipsi respondent quòd hoc contingit principale negotium, & valet eorum depositio. sed non apparet mihi quòd debeat fieri condemnatio de præsenti, nec etiam quòd valeat depositio ad finem hunc, quia deficiente principali fundamento, scilicet iure agendi si de hoc saltem constet in actis debent deficere omnia accessoria. vt in regula accessorium. cum concor. nec aliqua debet sequi condemnatio. supra de lit. contestatio. capitulo vnico. in fine. sed agenti ex obligatione in diem prematuræ, & ante diem deficit fundamentum agendi, si vera sit opinio tacta, supra eodem capitulo. quæstione secunda. quam magis credo de præsenti. Si enim temporibus litis contestatę & sententiæ notorię constet de non iure agentis quia constat quòd nondum venit agendi dies, quomodo poterit ferri sententia qui sit vel notoriè nulla, vel saltem notoriè iniusta, non apparet.

¶ Vltimo quæri potest, quæ est differentia inter obligationem alternatiuam, & generis. Dicunt communiter doctores legum, quòd vna est differentia, quia in alternatiua vtrunque est in obligatiõe. Sed in obligatiõe generis nullum in specie. quòd fui superius latius prosequutus. Ex quo patet alia differentia quam ponit in. l. qui decem § qui Stichum. quia in alternatiua si alterum erat stipulatoris tempore obligationis, eo quòd non potest tunc esse in obligatione, nec postea poterit esse in solutione. Sed secus in obligatione generis, vt ibi. Ex quo apparet dissolutio capituli, si eo tempore. libro sexto. quod in alternatiua loquitur ad capi. si cui. de preden. eodem libro. quòd loquitur in dispositione generis, regula enim
10 habet † quòd in quo non consistit obligatio, solutio etiam consistere nequit. ff. de verbo. obligatio. l. si duo rei. Sed prædictam differentiam intellige in alternatiua specierum. nec obstat. l. cum is. § finali. ff. de solutionib. vbi æquiparari videntur, quia textus ille loquitur in alternatiua generum, quorum quodlibet membrum habet obligationem generis, vel quantitatis. de quo latius vide per Gauffridum in prędicto § duobus iniuncta. qoę incipit, vides hic quòd vnus homo. Quærit Collectarius, quid si vnum præcisè petit ille qui narrat obligationem sub alternatione, nec reus excipit, nunquid iudex debet condemnare disiunctiuè, & videtur velle quòd non. Sed quòd iudex debeat absoluere, intellige ab instantia iudicij. iuxta capit. examinata. supra de iudic. quia sententia non debet esse deformis petitioni. de simo. licet Hely.

¶ De loco autem respectu alternationis modicum hic tangunt doctores præter id quod scripsi supra in oppositiõe ver. Sed nunquid & non immerito, quia cum inter loca cadat affectio, sicut & inter species dicendum est de alternatiua locorum, sicut & de alternatiua specierum, ex identitate rationis. materiam autem extendere posses, per ea quæ leguntur & notantur. ff. de eo quod certo loco. lege prima. & tertia. & institut. de actionib. § præterea quasdam actiones. versiculo in personam.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Causa proprietatis possessionis causa præiudicat.*
2 *Iudicem petens super possessorio, & alium super petitorio, non est audiendus.*
3 *Possessio quid.*
4 *Incorporalia non possidentur sed quasi.*
5 *Possessionem ex propria apprehensione q̃ri paulinum est.*
6 *Proprietas quid.*

De Causa possessio. & proprieta. Rubrica.



DE ordine Cognitionum proximè visum est in genere, nunc igitur de ordine cognitionũ causarũ possessionis, & proprietatis in specię videamus.
1 maximè † quia causa possessionis respectu quæstionis proprietatis quãdoq; est preiudicabilis, videlicet quæstio spoliationis. s. titu. ij. c. si. Paulus in isto titulo repetijt decretalem pastoralis. & Ioã. Calder. repetijt decretalem cum dilectus. & quilibet eorum aliqua dixit circa rubricam. ¶ Ambo verò præmiserunt q̃ in isto titulo de quatuor principaliter instruimur. Et primo an causa possessionis & proprietatis possint simul tractari, videlicet q̃ sic. j. e. c. ij. iij. & iiij. & cap. cum dilectus. allegato.
2 Huic est † quòd qui petit vnum iudicem super petitorio, & alium super possessorio, non debet audiri. j. eod. c. licet possint alias diuisim tractari per se. j. eod. pastoralis. argumen. j. eod. causa. in clemen. Secundo docet an petitorium & possessorium simul debeant diffiniri. & docet q̃ sic. ex quo de eis simul est actum, licet in sententia præmittẽda sit quęstio possessionis, & in executione quæstio proprietatis. j. eod. cum dilectus. Ita quòd spoliatus probans spolium & non proprietatem, si vtrumq; intentat obtinet in possessorio, & succumbit in proprietate. j. eod. cum ecclesia. & c. cũ super. licet possit hoc casu primo terminari possessorium. j. c. ij. Tertio docet an iudicio pendente vel finito super vno possit recurri ad aliud, & in hoc instruit, quòd pendente petitorio, ante quæstionem causę poterit haberi recursus ad possessorium recuperandæ possessionis, vel adipiscendæ, sed post quæstionem non, nisi ex perspicuis indicijs possit de facili constare de spoliatiõe rei, & cum spoliator maliciosè substraxit spoliato facultatem probandi dominiũ. j. eod. pastoralis. & hic iunge casum dictę clementinæ causa. in fin. succumbens tamẽ in possessorio recurrere potest ad petitorium. j. eodem cum olim. Quarto instruit quantum est possessionis commodũ, & instruit quòd magnum ideò possessio iuris conferendi sufficit prouisio. j. eod. cum olim. Sed ex possessionis probatiõe nõ cõsequitur quis dominium. j. eod. cap. finali. extra propriã materiam docet quòd habetur infra eod. cap. fina. in fin. & j. eod. ca. finali.

3 ¶ Circa primam partẽ rubricę quærit primo Paulus † quid est possessio, & respõdet quòd possessio est rei corporalis detentio corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente.
4 Exponit ibi: *rei corporalis.* † quia incorporalia non possidentur, sed quasi, de electione querelam. infra eod. cum ecclesia. de foro competenti conquestus. licet pro incorporalibus cõpetat interdictum. notat Innocen. in cap. querelam. & Specu. titu. de restitutio. spoliator. § nunc videamus Paul. ff. de acquiren. rer. domi. l. seruus. § incorporales. ff. de seru. l. quotiens *detent.* o. propter lecta & notata. ff. de acquirenda possessione. l. prima. *corporis*. quia nõ acquiritur nisi corpore. saluis lectis & notatis de consuetudine capitulo secundo. licet solo animo perdatur. quòd dic vt legitur. ff. de acquirenda possess. l. tertia § in amittenda. & l. quẽadmodum. & talis possessio possit dici naturalis: quia à iure gentium introducta. insti. de rerum diui. § singulorum. & alias approbatione. ff. de iustit. & iure. l. ius autem ciuile. C. de iure vete. enucle. l. prima § sed neq; in fine. Alios tamẽ fatetur Paulus dicere quòd sunt duæ possessiones vt dic notari de fide instru. inter dilectos. & per Dynum de regu. iur. sine possessio. li. vj. *iuris adminiculo*. ideò dicitur, quòd quędam habet plurimum iuris. de præbend. cum nostris. de quo vide. C. de acquiren. poss. l. licet in

licet in

cet. in glo. & in Cyn. vbi vide in prima quæst. qualiter diffi-
niatur possessio, & in secunda qualiter diuidatur, & in tertia
qualiter acquiratur, & in quarta qualiter perdatur. de secun-
da tamen ibi se expedit remittendo ad Dynum vbi supra. &
de quarta remittit ad glo. ff. de acquiren. possessio. l. prima §.
5 primo. Dicit autem hic Paulus, † quòd possessio quæritur ex
propria apprehensione tantum, vt in ijs quæ in nullius bonis
sunt. ff. de acquiren. possessio. l. prima in principi. & l. tertia.
Alios plures casus speciales transcurrendo recitat hic Paulus,
quos causa breuitatis omitto. & recitat notata Hostieo. in §.
& qualiter. & §. sequenti & ita posses recitare hic totã summã.
¶ Item quærit, quid sit proprietas. & dicit † quòd est rei do-
6 miniũ multis modis quæsitum, videlicet naturali, gentium
& ciuili. de quibus per Hostien. sub rubricella de proprietate.
§. primo. Et iungere potes. quòd ibi notatur in §. sequentibus.
de quibus hic aliqua reffert Paulus. & de confessoria & nega
toria remittit ad notata Hostien. in summa de libell. oblati.
& ad Specula. per ij. subrubricella de proprietate. dixi. s. de
iudici. capitu. examinata.

¶ SVMMARIVM

1 possessionem in iuribus incorporalibus cadere.
2 Possessio quare momentanea dicatur.
3 Momentum quid.

¶ CAP. I

SVsceptis. Et fortè petebat hic actor, quòd absens cõdẽnaretur in vtroq; iudicio, & propter causam proprietatis vni, & causam possessiõis alteri committeret. Hostien. & fortè primo petijt primum, & repulsus, secundum Abbatem.

1 ¶ † Quæritur vtrũ in iuribus incorporalibus cadat posses-
sio? Innocentius dicit quòd iura propriè nõ dicũtur poside-
ri neq; quasi posideri, nisi ab ijs qui in veritate ea habẽt, vt sunt
iura Episcopalia, vel ius eligendi, aut iudicandi seruitutes, &
huiusmodi probat, quia si non sunt, nec posideri possunt ab
ijs qui ea non habent. probat & aliter, quia possessio vel qua
si non cadit in iure nisi ratione exercerij. Sed propriè dicitur
quasi posideri ratione actus, vt in possessione eligendi, iudi-
candi, & eundi. iura Episcopalia excercendi, aquam ducen-
di, aliquem esse dicimus cum vsus fuerit illo iure. possessio
enim requirit actum aliquem vel exercititum. & si alibi inue
nis scriptum in iure quòd aliquis sit in possessione iuris. Expo-
ne. i. in possessione excercendi tale ius, vel illa quæ pertinent
ad illud ius Reffert tamen Innocentius quòd alij dicũt & for
tè melius secundum eum, quòd proprius dicitur, ꝙ aliquis est
in possessione iuris eligendi vel eundi quàm quòd aliquis sit
in possessione excercendi hęc iura, bene enim potest quis ha-
bere possessionem alicuius iuris, licet nõ habeat ius illud, quia
licet ipse non habeat illud ius alius habet, vel etiam si nullus
habet, est tamen in re habitus, sine actu secundum Innocen. &
placet Hostien. & Nouellæ, illa tamen possessio non est vera
possessio, sed est quasi possessio. ff. de seruitu. l. quotiens. ij. ff.
de vsucapio. l. sequitur §. si viam. de acquiren. re. domini. l. ser
uus § incorporales. vnde expulso de huiusmodi quasi posses-
sione competit vtile interdictum. vt. ff. de vi. & vi arma. l. iij.
§. vnde vi. & l. si plures § deiectum. argumen. s. de electioni-
bus quęrelam. &. j. eod. titu. capitu. cum ecclesia. & in prædi.
c. quotiens. & notat Bartholus in §. si viam allegato. vbi vide
qualiter in præscriptionibus istorum iurium nõ vsquequaq;
vendicant sibi locum regula possessor malę fidei. & regula si
ne possessione. de regul. iur. lib. vj. de quibus intendo dicere in
proprijs locis.

¶ SECVNDO quæritur occasione præmissorum, pone
quòd aliquis nobilis habens iurisdictionem in castro per vim
de castro deijcitur, & ideò ea non vtitur, nunquid eam perdit
& expulsori venti quæritur? dic quòd si iurisdictio cohæret
territorio quicũq; vtatur iurisdictio retinetur. ff. quemadmo
dum seruit. amitta. l. qui fundi. sed si competebat personę
in loco, tunc deiecta de loco eam perdidit non vtendo. vt §.
si viam. & §. deiectum. allegatis. non tamen quæritur ei qui
per vim, vel sine titulo ea vsus est, sed reuertitur ad eum
cui competit de iure communi. vt. l. illicitas § qui vniuersas.
ff. de offi. præsi. Sed tamen deijciens deiecto tenetur ad inter-
esse tanquam pro re perempta. ff. de vi. & vi arma. l. si de fun-
do. secundum Bartholum in §. si viam.

¶ TERTIO quæritur iuxta primam glosam Bernardi
2 † quare possessio appellatur in iure momentũ. Vide quid di
cit glo. Tancredus verò Go. & Host. dicũt ꝙ possessio dicitur
momẽtum aptitudine, & nõ actu. sicut lex Aquilia dicit pœ-
nalis, quia apta est ad pœnã, quæ tamẽ non semper pœnalis
3 est insti. ad. l. Aquil. § ips aũt. secundũ Host. † momentũ au-
tem propriè loquendo dicitur decima pars puncti. punctus
verò quarta pars horæ. hora verò. xxiiij. pars diei. amplius
autem durat possessio. Quandoq; verò sumitur momentum
pro vigore seu efficacia. xj. distin. cap. consuetudinis. j. de of-
fici. ordina. capitu. ordinarij. in fine. lib. vj.

¶ Quærit Collectarius nunquid homo vel natura operatur
in momento? videtur quòd sic. vt hic. facit. notata supra titu.
proximo. capitu. fina. ij quæstione vj. si de possessione. faci.
lecta & notata de electi. quia propter in verbo mox. de mutu.
petiti. capit. secundo. in verbo inconuinenti. de locato capit.
potuit § primo. in verbo celeri In contrarium facit de pe. di.
secunda § ex contrario. motus enim & operatio naturę fiunt
in tempore, & in loco. & per consequens est ibi dare prius &
posterius, vt dicit patere in collectis suis de cele. missa. cum
Marthe. & hęc est veritas secundum eum. Dicit tamen quòd
nos dicimus aliqua fieri in momento vel in instanti, pro eo
quia statim fiunt. vt notatur. s. de ordin. cogniti. capitu. cum
dilectus. super verbo eadẽ sententia Inducit tamen argumen.
contra in ijs quæ notan. j. quæstio. prima detrahe. & quòd
de momento & hora le & no. de conse. distinct. quarta. quo-
modo. in fine. Subdit etiam quòd Curia non confirmat sen-
tentiam super possessione latam, quia momentanea est. dicit
etiam quòd commissa causa simpliciter censetur commissa
causa possessori. Sed commissa causa possessori non censetur
commissa causa proprietatis, sed bene econtra secundum eũ.
inducit notata Bernar. j. capitu. proximo. vbi videas in glo.
secunda. & in suppletionibus per Nouellam ibi datis, & capi.
cùm olim. & capi. cùm super. & notat Innoceo. de sequestra.
fructuum capitu. in glo. fina. ¶ De momento autem propriè
sumpto habes textum. ff. de condi. insti. l. fina. vbi videtur pro
bari, quòd diuisionem non recipiat, & per consequens quòd
non sit pars temporis, nec pars horę. de hoc tamen plenissimè
vide per Gauffridum de salinis. ff. de annu. le. l. in singulos.
& de conditio. & demon. l. hoc genus.

¶ QVARTO quæritur quomodo intelligitur quòd hic
dicitur, causas possessionis & proprietatis debere sub eodem
iudice terminari. Dicũt quidã, vt si impetraui contra te iudicẽ
voũ super possessiõe, tu vis aliũ impetrare super proprietate
nõ potes, siue pẽdeat, siue iã finitũ sit primũ negotium. & no
tatur iste casus. C. de iudici. l. nulli. sed nõ videtur bonus: quia
in eo nihil operatur causarũ cõiunctio seu continentia, super
qua fundantur ista iura, prout expressum est in. l. nulli. quia
idem esset in penitus separatis propter naturam recẽuentiũis.
vt. C. quomodo & quando iudex. l. Papinianus. & authen. &
consequenter. Nec est etiam verũ nisi respectu eiusdem tẽpo
ris ꝙ hic dicitur, nã finita causa possessorij corã vno iudice, po
test causa patitorij corã alio iudice ventilari, cum non reperia
tur prohibitũ. vt scripsit Pe. de bel pert. in pręd. l. nulli. Alij
casum ponunt in eodẽ impetrante diuersis temporibus. quẽ ca
sum Pe. improbat per rationẽ. s. proximã. Pe. autem ponit ca
sum in eodem impetrãte contra eundem, pro eodẽ tempore
sup possessorio, & petitorio, diuersos iudices. reprobat enim opi
nionem antiquorum, quę habet possessorium & petitorium
simul intẽtari nõ posse. de quo plenissimè per Cynũ. C. de of
fici. ordi. l. ordinarij in. uj. q. & per alios. ff. de iudici. l. si de vi.
¶ Pone ergo incepi agere contra te in vna causa coram vno

18 *Taciti & expreßi eadem virtus.*
19 *In possessorio duos actus sufficere.*
20 *Legem debere esse,& de bono, & de difficili.*
21 *Duos actus in consuetudine oportere.*
22 *Sententia conformis libello esse debet.*
23 *Electio eligendi fructus.*
24 *Attendi magis in proprietate quàm quòd in possessione solet.*
25 *Ius eligendi in cathedrali ecclesia à laicis præscribi non posse.*
26 *Consuetudinem à præscriptione titulo & tempore differre.*
27 *Oblationes diuini officij & sacramentorum caussa præstari.*
28 *Is iniuste poßidere non dicitur, qui voluntate eius qui dare pôt, habet.*
29 *Vniuersalis oratio tantum operari, quantum omnium singularium rerum in ipsa contentarum expreßio operaretur.*
30 *Affirmatiua duobus testibus probata fidei magis, quàm quòd negatiua centum testibus adserta dare solet.*
31 *Articulus quid.*
32 *Articulus non in genere sed in specie dandus.*
33 *Articulus consuetudinis super facto non iure dare debet.*
34 *Articulũ nihil aliud sanè præter id quàm quòd testis deponere poteſt habere expedit.*
35 *Actus consuetudinem inducentes in cõsuetudinis articulis veniunt exprimendi, si de temporis cuius memoria esse poßit præscriptiõe memoria habeatur.*
36 *Confeßoriæ locum eße vbi de iuribus incorporalibus agitur.*
37 *Seruitutem realem absq; titulo acquiri poße.*
38 *Poßeßor malæfidei fructus suos minimè facere.*
39 *Poßeßionis acquisitio corporalem apprehensionem requirit.*

¶ CAP. III.



VM ecclesia Sutrina.aduerte,hęc decre. est famosissima, & habet materiam cotidianam,& vtilem, ideò studiosè ponderari debet.
¶ PRIMO opponitur ibi, in versi. verum
1 clerici.ibi: *consueuerunt interesse.* † Quia consuetudo est ius nõ
scriptum. insti. de iure naturali. § ex nõ scripto. j. di. c. cõsuetu
2 do. Igitur non debet deduci in libello. † Quia iura non sunt
in libell oedenda. vt notatur C. de eden .l. edita. & est ratio,
quia iudex probari non debet. ff. de probat. l. ab ea parte. Refert Nouella. ꝫ. de consuet. c. quanto. in commento in fi. quarti membri. doctores tenere nedum posse fieri, imo necesse esse
agentem ex cõsuetudine illam deducere in libello: quia plurimũ habet facti. de consti. omni. iu. li. vj licet secus de iure scripto, vt in contrario. facit, quia consuetudo probatur. C. quæ
sit longa consuetu. l. j. de consnetu. cùm dilectus. ad finem de
offi. Archidi. capit. fi. ff. de legi. l. cum de consuetudine. in au
3 thenti. de vsur. nautic. per totum. † Igitur eam proponi &
declarari oportet. argumẽ. ff. de iur. & facti ignorantia. l. secũda. & hoc verum nisi esset notoria. vt in Anglia, quòd succedat maior natu. argumen. ff. de actio. empti. l. prima. in fine.
&. l. emptorem. in principi. secundum Iaco. de ra. sed Petrus
de bella pertica dicit quòd licet posit deduci in libello, vt
4 hîc. probatur tamen non esse necesse, † quia consuetudo non
est medium immediatum ad conclusionem, sed dominium.
sufficit autem medium agendi proximum, & immediatum
exprimere in libello, secundum eum. quia agenti rei vendicatione sufficit dicere ad se dominium spectare, nec est necesse exprimere quòd ex causa emptionis &c. ff de rei vendicatione. l. in rem. ꝫ. de re iudicata capitu. Abbate. lib. vj. dummodo bene exprimatur res quæ petitur. ꝫ. de libelli oblat. ca.
significantibus. Quòd satis putarem verum, vbi de dominio,
vel de iure in rem reali actione ageretur, dummodo libellus
ex alio capite non repelleretur, vt puta, tanquam iuri cõmuni contrarius, & nullo iure speciali iustificatus. Sed si ageretur
actione personali immediatè à consuetudine dependente, putarem necesse esse tunc consuetudinem exprimi in libello. per
capitulum dilecti. ꝫ. de libelli obl. & propter hoc scripsit Nouella in præd. commento in membro quinto circa principiũ,
quòd licet positio iuris scripti sit superflua, nec teneatur pars
respondere ad illam, vt notatur per Ioan. Andr. ꝫ. de cõfess.
capitu. secundo. libro sexto l. in glo. puta tamen. positio consuetudinis non est superflua, & tenetur pars respondere ad illam, quia facti est, imo litera. l. ab ea parte facit pro hoc. & cõcordat etiam quòd notatur in prædi. l. prima. & Hostien. in
summa de consuetudine. § quis debeat. & § sequenti.
¶ SECVNDO opponitur. quia videtur quòd nõ sufficiat sic generaliter, & confusè consuetudinem in libello allegare, imo quòd necesse sit declarare actus, mores, & vsus, per quos dicitur consuetudo introducta: quia illa videntur proponenda, quæ probanda sunt, vt patet ex ijs quæ dixi in oppositione pręcedendi, quia aliter nesciret iudex super quo deberet probationes recipere, nec testes producti super quo deberent deponere, modo constat quòd huiusmodi actibus habent probationes fieri, vt hîc patet: quia hîc probati fuerunt actus tres de tribus electionibus. successiuè in ecclesia celebratis, sed non fuit probatum completum Episcopus, cum tamen ista duo de iure fuissent necessaria ad probandum, & ideò succubuit pars agentis, vt hîc probatur in fine decre. Cõfirmatur primo per omnia iura quæ volunt, quòd libellus debeat esse clarus, de quibus satis dixi in prædicto capitu. significantibus. in secunda, & tertia oppositionibus. & in prima quæstione. modo allegatio consuetudinis non deducto. modo suæ introductionis videtur esse nimis confusa atq; generalis. cùm diuersi & multiplices possint esse modi præscriptionem inducendi. Secundo confirmatur, quia in consuetudine duo principaliter attenduntur secundum omnes, videlicet factum quod consistit in obseruantia temporis lege diffinitis, quæ quidẽ obseruantia consistit in vsibus, moribus, & actibus gestis, & continuatis, item ius quod post consumationem huiusmodi obseruantiæ & tẽporis lege diffiniti ex tali pacto resultat. de quibus duobus, constat vnum posse necesse esse probari, videlicet primum, quia in facto consistit. & aliud non esse probandum, nec posse probari, quia de perse cõsideratũ minimè iure dicitur, nec habet aliquid facti, nisi respectu primi, hoc est respectu modi suæ introductionis. prout ista clarissimè colliguntur ex dictis scribentium vbiq; de ista materia, & præsertim Cy. C. quæ sit longa consuetu. l. secunda. articulo. iiij. in quæstione quæ incipit. Sed quæritur quid deponent. & Nouellæ in quinto membro allegato. ver. quare dicunt, & ver. dicas quòd pars. & etiam per totum vsq; ad finem quinti membri, & per Hostien. in summa de cõsue. § primo. & § qualiter probari cum § sequenti. & § quis debeat. & § sequenti. Ad propositum ergo applicando, dico
5 † quòd causa debet suam limitare naturam secũdum depositionem effectus ad quem tendit. ff. si certum petatur. l. nõ omnis. ꝫ. tit. secundo. capiti. secundo. & illi attribui in quo magis participat. ff. de stat. ho. l. quæritur. & illius sequi naturam gratia cuius fit. ff. de colla. bo. l. dedit dotem. ff. pro donato. l. vltima. de iure doti. l. perfectitia. cum similibus. modo ita est quòd propositio fit propter probationem, licet vtrunq; fiat propter sñiam reportandam, igitur potissimè debet fieri de eo quod probari oportet, & multo magis quam de eo quod probari necesse non est. Tertio confirmatur, quia cum declarantur actus præsumitur negotium totum fictitium. iuxta ea quæ notat Innocen. de præscript. capitu. si diligenti. in fine. & Ioan. de Borbonio de præscript. capitu. Episcopum. libr. sexto. & quia aliter tolleretur legitima defensio parti circa impugnationem illorum actuum, quòd sustineri non debet vt videtur iuxta lecta & notata. C. de contrahen. & committen. stipul. l. optimã. in fi. ¶ Quarto, quia non sufficiunt actus indifferentes, neq; promiscui, vt patet ex ijs que pulchre scripsi, post Innocentium & Hosti. ꝫ. de restituti. spoliato. capit. ex parte. in quarta oppositione § octauo quæro. & ita sunt exprimendi illi qui sufficiũt. ar. eius quod notat Io. An. de excep. pia. in verbo speciem. & in no. de appell. super eo. Solutio, audiui quandoq; in consilijs palatij, per vnã glosam æquitatem circa hoc, sic distingui, quia aut loquimur de declaratiõe fiẽda

in aliqua parte processus, aut querimus specialiter de libello,
aut querimus de positionibus, aut querimus specialiter de ar
ticulis. primo casu sit necessaria declaratio, vt in contrarijs.
¶ Secundo casu non necessaria declaratio, puta in libello, vt
hic probatur, dummodo fiat posteà in articulis. iuxta ea quæ
dicentur infra ná de iure iuris canonici æquitate, quæ subtili-
tates non admittit, nõ curatur quomodo id fiat, dummodo
fiat. vt. s. de iudici. capitu. dilecti. & quòd scripsi post Inno-
cen. e. ti. capit. examinata. in secunda oppositione. versi. plus
dicit Innocen. & circa secundam partem tractatus quarti. in
ij. quæstione.
¶ Tertio casu dicitur etiam quòd declaratio, non est neces-
saria in positiõe. per id quòd scripsi in fine præcedentis oppo
6 sitionis, versi. & propter hoc. & est ratio, † quia positio non
fit, nisi ad hoc, vt super illa respondeat aduersarius si scit, vel
tinendis, quasi indistinctè conuolant ad laicalia vota, & efficiuntur maximi ecclesię inimici, & sic confunditur per eos ecclesia ipsa, ipsique desistunt vlterius à studendo, illi verò qui nundum inceperunt studere, non curant incipere, nec parentes vel amici, eos mittere ad studendum propter sumptus maximos, & spem beneficij optinendi, vt præfertur, & sic defficientibus literatis qui hodie viuunt, qui satis pauci sunt in respectu non video quomodo possint literati haberi, & sic timeo quòd pro magna parte defficiat scientia literarum. Timeo etiam valde ne scandala, quæ ex præmissis continuo oriuntur generent maius scandalum irreparabile nobis, dum cæteri dicent se non posse amplius tollerare se intermiscente dyabolo, & Deo propter excessus nostros etiam permittente, & qoòd ista in facto schismatis nimium agrauent partem nostram, & iam videmus Episcopos, & presbiteros contemni à laycis, bona Ecclesiarum occupari ab eis, libertates Ecclesiarum vbique infringi, & iurisdictionem Ecclesiasticorum, quasi totam ad consistorium regale deuolui. heu nobis miseris. quomodo tempore schismatis, & ecclesia quasi Papæ naufragiū fluctuante, hęc inimicus noster operatus est in nobis, & quomodo delirantes oculos claudimus, ne nostrum incertum videamus. Confidimus in deo, sed eum non placamus. volumus peccatum dimitti, sed abblata non restituimus. petimus veniam, sed non corrigimur, Petre non defficiet fides tua. non dicit, non defficiet pompa tua, quæ tunc non erat permisit Deus Ecclesiam Græcam diuidi, etiam in fide vix quarta pars christianitatis in vnitate fidei remanente, permisit à nobis qui quartam partem reliquarum, non facimus reliqua diuidi, per præsens schisma, vt quid igitur de cetero tantum confidimus incorrecti. supplicatio omnibus qui hæc legent quòd mihi pereat sicut & iob. qui dolore nimio prægrauatus quasi aliena loquebatur.

7 SECVNDO Quæritur iuxta materiā oppositiōis, † nunquid si spolietur Ecclesia aliquibus rebus prælatus antequam illarum rerum possessionem adipiscatur habeat interdictum vnde vi. pro rebus illis videtur quòd sic: quia prælati siue dispensatores habita confirmatione statum possūt administrare, & saltem nomine Ecclesiæ actiones intentare, ad instar tutoris dati pupillo, & curatoris dati adulto. respondet Inno. distinguendo, quia aut quæris an nomine Ecclesię, & dico quòd sic, aut quęris an nomine suo, & dico quòd non, & per hoc tollit contrarium de pręd. l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. & idem videtur secundum osti. de bonis datis Ecclesię, licet nō corporaliter traditis, si ab alio fuerunt occupata, de consuet. c. ij. sed hoc verum si ex consuetudine, vel aliàs illorū possessio in Ecclesiam translata fuerit, vt ibi dicitur, aliter Ecclesia non posset dici de eis spoliata. nec haberet interdictum, nec per consequens eius prælatus nomine ipsius. prædicta tamen etiā quo ad primum membrum videtur Inno. velle restringere ad electum confirmatum siue ad prælatum qui episcopatus siue prælaturę possessionem habuit, & illa extitit spoliatus. de illo verò qui possessionem non habuit infra dicam. sed pone quòd pręlatus habuit possessionem, non tamen fortè plenam nec liberam qualiter restituetur? Respondet Inno. dicens hoc bene fatemur, quòd si aliquis Episcopus peteret restitutionē nomine episcopatus quo esset spoliatus sicut hic faciebat bene restitueretur ad statum quo spoliatus esset, vt si libere administrabat ad liberam administrationem restitueretur, & si min⁹ libere administrabat ad minus liberam restitutionem restitueretur. ar. ɉ. ti. j. c. finali. & ɉ. de appel. ca. bonæ. Sed & hoc casu proprio nomine ageret. & proprio nomine restitueretur ad statum pristinom, & administrationem episcopatus, vt hic, & ɉ. ti. j. ca. olim ij. & ca. finali. & cap. bonæ. allegatis. secundum
8 Hosti. Subdit etiam Inno. † quòd cum Episcopus restituitur ad episcopatum, seu eius administrationem vnde fuerat spoliatus omnis causa sibi restituenda est, & per consequens res quę simul cum episcopatu ablatæ sunt restituentur. ff. de vi, & vi armata. leg. j. § interdictum. & § eum qui. & § qui vi. & § si fundum.

¶ Sed oppones primo, quia hoc interdictum, vnde vi non datur, nisi illi qui habuit possessionem, & fuit spoliatus, infra ti. j. cum ad sedem. modo licet Ecclesia ad quam talis prælatus fuit confirmatus possederit res prędictas. ipse tamen eas non possedit igitur non videtur hoc interdictum sibi competere ad res illas, Respondet Innno. quòd imo dabitur sibi hoc interdictum ad res illas, vel vt secundum eum loquar verius sub interdicto veniēt huiusmodi res. probat sic, quia cum spoliatus petit restitutionē per huiusmodi interdictum, veniunt etiam in restitutione res depositę, commodatæ, vel pignoratæ, si quoquo modo tales habuerit, vt. ff. de vi. & vi. ar. l. j. in princ. & § quòd autem ait. eo quòd illarum custodiam habebat. ratio rationis est, quia licet pro illis rebus non daretur principaliter interdictum si eis tantum spoliaretur, seu per se fuissent occupata & de ipsis principaliter ageretur, cum etiā talia scilicet deposita, cōmodata, siue pignorata, neque ciuiliter neque naturaliter possedisse huiusmodi spoliatus. vt. ff. de vi. & vi. ar. l. j. § deijcitur. & § interdictum autem. tamen ratione accessorij veniunt in restitutione cum eo, de quo principaliter restitutio est fienda. ad propositum applicando eodem modo hic repperies, principaliter enim competit hic huiusmodi electio, confirmatio de episcopatu, seu eius administratione spoliato vtilè interdictum vnde vi, vel iudicis officium pro statu suo recuperando, & competit sibi nomine proprio vt dictum est. ad res autē ablatas competit sibi accessoriè. scilicet quia accedunt episcopatui ad quem restituitus est. ff. vnde vi, l. j. § illud. & § rectissimè. & § ex die. & l. merito. e. ti. Et sic etiam nomine proprio, videtur posse petere ratione accessorij restitutionem dictarum rerum. contra ea quę scripsi supra in § secundo queritur. versu. respondet Innocen. distinguendo. sed dicam infra.

¶ SECVNDO oppones quia interdictum vnde vi. tantū competit ad interesse. vt. ff. de vi & vi. ar. l. interdicto, Hic autem non videtur interesse prælati nomine suo: sed Ecclesiæ tantum de ablatione dictarum rerum, igitur Inanis erit restitutio Inn. rādet quòd interdictum vel officium iudicis, sēper competit ad rem ablatam, vel eius æstimationem etiam si nihil intersit eius qui ea spoliatus est, vt probatur. ff. de vi & vi. ar. l. j. § quod autem. Cum ad ea quæ ibi dicuntur non agatur ratione interesse.

¶ Et enim quantum ad rem locatam, si vis sibi facta fuit non sua interest sed locantis. ff. locat. leg. Si merces § vis maior. & l. sequenti, & tamen nihilominus ęstimatio rei locatæ venit in interdicto, vt colligitur in dicto § quod autē. verū insuper scilicet vltra rei ęstimationem, tenetur spoliator ad interesse, & sic loquitur. l. interdicto. pro cōtraria allegata. vel aliter potest ad oppositiōem respōderi quòd pręlati interest quòd res ecclesię ablatæ restituantur, primo quia habet earum depositionem. xij. q. ij. Episcopus. Secundo quia ratione accessorij tenetur ad omnes fructus, damna, & expensas. ɉ. ti. primo graui & de. app. bonę. Et quia de huiusmodi fructibus sustentari debet, vt patet in eo quod le. & no. ɉ. de pecu. cap. finali. vnde cōpetit ei interdictum sicut, & vsufructuario. ff. de vi & vi. ar. l. ij § vnde vi interdictum. & l. Si plures § deiectum. Sed nūquid in casu supra proximo petet prælatus rerum restitutionē suo nomine, videtur distinguendum an possederit eas, & eis fuerit spoliatus, & tunc agat nomine proprio. quia certum est quòd nomine proprio, petit restitutionem pręlaturę vt dixi supra
9 & tamen † accessorium debet sequi naturam, sui principalis. ɉ. de offici. deleg. cap. si super. lib. vj.

¶ Sed contra primum menbrum proximę distinctionis opponitur. Quia prælatus res Ecclesiæ non possidet nomine proprio, sed nomine ecclesię tantum, igitur verè quòd nomine proprio nunquam possit earum restitutionem petere, sed nomine ecclesiæ tantum. Sed responderi potest, quòd licet prælatus non habeat proprietatem rerum ecclesiæ, vt dixi supra. & per consequens eas nomine proprio ciuiliter possidere non possit. ff. de acquiren. rer. domin. l. acquiritur. in fin. tamē ratione vsusfructus quem dum viuit habet in illis eas censetur natu-

tur naturaliter poſsidere. vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. naturali
ter. in principio, & per conſequens ratiõe huius naturalis po-
ſeſsionis debet ſibi competere etiam nomine proprio vnle
interdictum. vt. ff. de vi & vi. arma. l. prima. §. vnde vi in-
terdictum. de hoc tamen dicetur latius. ĩ. titulo primo. in
literis. vbi Inno. Hoſti. & Nouel. remittunt. Sed quæres quid
de electo confirmato ſeu alio prælato, nundum poſſeſsionẽ
ecclesiæ aſſequuto, & ſic neq; de eccleſia neq; de rebus eccle-
ſiæ ſpoliato qui reperiens re aliqua per aliquem ſpoliatã vult
agere nomine eccleſię ad illius reſtitutionem. Quæritur nun
quid poſsit, videtur quòd non. per prędicta, quia neq; pnſſe
dit eccleſiam neq; poſſedit rem, nec eſt de aliquo ſpoliatus.
10 ¶ In contrariũ facit, † quia per confirmationem tranſlata
eſt in eum libera adminiſtrandi facultas. de elec. cap. tranſmiſ
ſa. & c. ſuffraganeis. quæcunq; adminiſtratio conſiſtit, etiam
in agendo. ĩ. da procura. capit. qui generaliter. in principio.
libr. ſexto. Conſtat autem eccleſiæ quæ poſſedit, & ſpoliata
eſt interdictum ad reſtitutiõem competere, igitur illud eius
nnmine poterit ille etiam ſi non poſſederit intentare. & fac.
quòd dicam in oppoſitiõe ſequenti per quòd videtur verius
quòd proximè dixi. De prælato autem eccleſiam poſsidẽte
eſt indubitatum, quòd etiam ſi nõ poſſederit res quibus fuit
eccleſia ſpoliata, agere poteſt nomine eccleſiæ ad reſtitutio-
nem ipſarum, vt dicam. ĩ. tit. primo. in literis. Subdit autem
Inno. quòd ſiue dicas Chriſtum, ſiue eccleſiam generalem, ſi-
ue ſpecialem, ſiue epiſcopum, ſiue alium prælatum, ſiue Papã
Chriſti vicarium, res eccleſiæ poſsidere dicas, nihilominus ſe
cundum modum prædictum in his omnibus caſibus procedẽ
dum videlicet, prælatum poſſe interdictum, & actiones alias
nomine eccleſiæ intentare. ſecũdum Hoſtien. De hærede au
tem ſeculari. dicit Innocen. quòd ſi poſtquã adiuit hæredita
tem ſpolietur fundo, caſtro, vel alia re hereditaria poteſt age
re interdicto recuperãdę poſſeſsiõis ad rẽ, q̃a ſpoliatus eſt, nõ
tñ põt agere ĩterdicto vnde vi ad rẽ occupatã recuperandã, ni
ſi priuſquam occuparetur per ſe vel per alium eiuſdẽ rei po
11 ſeſsionẽ habuiſſet, vt prædic. cũ heredes. † ratio quia qui hoc
interdictum intentat duo probare habet que iſte ꝓbare non
poteſt, ſcilicet poſſeſsionem, & ſpoliationem. ff. de vi. & vi. ar.
l. j. & quòd legitur & notatur. ĩ. titulo primo. ex tranſmiſſa.
primo reſponſo. & c. ex parte. § primo. & per premiſſa habes
materiam tertię glo. Inno. planiſsimè declaratam, que aliàs iu
uenibus obſcura nimium videretur. remittit Nouel. ad no-
tata ſua. ſ. capit. proximo. ſuper verbo faciendis. vltra mediũ
verſu huic etiam opinioni. & ĩ. de priuile. c. cum olim. pro
pter. in glo. prima. curſorem. circa medium.
¶ SECVNDO principaliter opponitur, quia licet iſtæ
ſubdyaconus fuiſſet electus, & etiam confirmatus, tamen nõ
apparet vt dixi quòd fuerit inſtallatus. Igitur poſſeſsio, quã
auctoritate prnpria recepit, fuit vitioſa. nec enim per conſe-
quens iuuare debuit. ar. ĩ. de prebend. cap. eum qui. libro. vj.
& ſic videtur quòd iniuſtè fuerit reſtitutus. Aduerte in mate
ria huius oppoſitionis, vertitur illa difficultas vtrum ele-
ctus & confirmatus in epiſcopũ per ſolam electionis confir
mationem etiam abſq; aliqua inſtallatione poſsit adminiſtra
re & videtur quòd ſic, vt ſupra de electione cap. noſti. & cap.
qualiter. & c. tranſmiſſa. In contrarium videtur quia ſic fru-
ſtra fieret inſtallatio contra capitulum vt noſtrum. de offic.
Archidiaco. Item quia ſic fruſtra eſſet cõceſſum Papæ, quòd
ſi non poſsit intronizari poſsit adminiſtrare. xxiij. diſtincti.
in nomine domini. Item quia quòd plus eſt expreſſum ha-
bes, quòd etiam ſi ſint conſecrati, nundum tamen confirma
ti. non debent ſe intromittere de rebus eccleſię. xxiij. diſtinct.
ſi quis ordinatus. & capitulo ſequenti. dicunt quidem quòd
ſi conſuetudo habeat non poſſe adminiſtrare ante inſtallatio
nem, ſeruanda eſt. fingit enim conſuetudo illum eſſe nactum
poſſeſsionem, qui nactus non eſt. ſ. de conſuetudi. capit. ſecũ
do. & ideò ſic poteſt fingere conſuetudo confirmatum ante
inſtallationem non habere iura confirmationis. aliàs dicunt
inſtallationem ad ſolam ſolennitatem pertinere. plus etiam
dicunt quidam, quòd vbi eſt conſuetudo inſtallandi per ali
quem ei ſeruanda eſt. vt in prædicta decretali vt noſtrum.
Sed nihilominus ante inſtallationem adminiſtrabit niſi con
ſuetudo cõtraria appareret quia ſi haberet cõſuetudo quòd
ante inſtallationem adminiſtrare non poſſet, anteà non admi
niſtraret, vt conſuetudo aliquid operetur. Et placet Innocẽ.
qui dicit hoc caſu conſuetudinem præualere neque, contra-
dicit ſecũdum eum capitulo in nomine domini. non enim
ibi colligitur argumentum à contrario ſenſu, quia ibi etiam
adminiſtrare poſſunt, ſine inſtallatione facta in vrbe, & dicit
ſe vidiſſe quòd Papa adminiſtrauit anteqoam vrbem ingre-
deretur, & tamen vrbem libere intrare poterat. Nec obſtat ca
pitul. ſi quis ordinatus. & capitul. ſequens. quia ibi contende
batur eos non eſſe epiſcopos. & per obreptionem obtinuiſſe
conſecrationem infra de dolo. capitul. cum olim. vel non ne
gatur ibi quin eccleſiæ ad quam conſecratus eſt bona admi-
niſtret Sed ſatis ſcripſi in capitulo tranſmiſſa. allegato. in pri
nppoſitione. & in prima quæſtione. & tribus queſtionibus
& de hoc etiam habes plenè per Paulum in clementina
vt ij qui de ętate & qualitate. in gloſa. vel per eos. verſu. ſed
13 nunquid confirmatus. vbi Paulus tenet † quòd de iure ante
inſtallationem adminiſtrare poteſt. quia iura inductionem
in poſſeſsionem hic de neceſsitate non requirunt. cum ius ac-
quiratur ex titulo, non ex poſſeſsione ſeu eius traditione. de
regul. iur. capitulo primo. libro ſexto. de hoc etiam aliquid
per Innocentium infra titulo primo. in literis. ante finem ma
gne gloſe. verſu poſſeſsio autem. & in dicta opinione Paul.
eſt hic Collecta. & Innocen. in capitu. tranſmiſſa. nec obſtat
capitulũ cum qui. quia non cenſetur per violentiam poſſeſ-
ſionem ingredi confirmatus propter ſententiam confirma-
tionis. & eadem ratione nec temeritate, nec auctoritate pro-
pria occupare videtur. non obſtat quòd ille pro quo lata eſt
ſententia ſuper fundo non poteſt illum auctoritate propria
occupare vt notat Innocentius, de conceſ. prabend. cum no
14 ſtris. † quia per electionem acquiritur plenum ius electo. no
tatur. lxiij. diſtinctio. quanto. & maximè confirmatione ſe-
cuta. notat Archidiaconus de eo qui mittitur in poſſeſsionẽ.
capitulo vnico. & omnes. de electio. quam ſit. & capitulo ge-
nerali. in fine. & Cardinal. eodem titulo. vt quis duas. eod.
libro. & Hoſtien. ſupra vt lite non conteſt. quoniam. & no-
tatur melius per doctores in clementi. ĩ. de iureiur. in verbo
declarauimus. vnde fortè per confirmationem non requiri-
tur niſi exercitium. vt notatur in dicto capit. quanto. argu. ſ.
de reſcrip. paſtoralis. j. niſi poteſtas adminiſtrandi. licet Ioan
nes contra. xxij. quęſtione. ij. ſi quis deſponſatam. & Dyn. de
regul. iur. capit. beneficium. & Archidiaco. in capit. eum qui.
allegato. Facit pro prima opinionie, quia ſpeciale eſt in con-
firmatis, & prouiſis à Papa in extrauag. iniũctè. & ſic in cõtra
rium eſt ius commune. facit pro hac parte nota. Ioan. And.
15 xxiij. diſtinct. in nomine domini. vbi notat † quòd electus ſ.
& confirmatus debet haberi pro poſſeſſore. remittit Collec.
ad collecta ſua in prędict. capit. ex tranſmiſſa. ſuper quo nul
lo modo videre omittas quæ ſcriſi poſt Hoſtien. ĩ. titul. pri-
mo. in literis. circa ſecũdam quæſtionem principalem verſu.
Septimo quęres. verſu ipſe enim. Hoſtien. & hęc dicit Colle-
cta. eſſe vera, vbi epiſcopus confirmat, & quòd vbi alius quã
epiſcopus confirmaſſet, tunc ſecus. allegat de clericis peregri
nis. c. tuæ. Et notat Hoſti. de conceſ. præben. c. potuit. & Ar
chi. e. tit. c. ſi capitulo. lib. vj. ſuper verbo collatio. & ꝙ notat
Inno. ĩ. titul. primo. dicens, ꝙ inſtitutio epiſcopi quoad hoc
vim confirmatiõis habet. cuius contrarium notat Ar. vbi ſu-
pra & pro notatis Archi. inducit Collect. notata Inn. & Ho.
cum. iij. & dicit per illa poſſe ſuſtineri opi. Archi. in ſimpli-
ci beneficio, & vbi eſſet conſuetudo, quòd deberet ſequi in-
ſtitutio per certã perſonam facienda. alias ſecus ſecundũ Inn.
vt dicit. & ꝙ opinio Archi. ſit tenenda in ſimplici beneficio
tenet etiam Marti. de ſalua quòd imponit hoc etiam Inno-
cen. vt nuper audiui ab eo viua voce.
¶ Sed non poſſum videre rationẽ diuerſitatis, & videtur hoc

contradicere his quæ scripsi in prædicto.c.transmissa in.ij.
16 q.facit quia ratio propter quã tenemus contra Ar.est, † quia
in bñficijs ius nõ quæri ex possessionis traditione, sed ex titu
lo.vt dixi supra post Pau.quę ratio etiam in simplicibus bene
ficijs vendicat sibi locum.

¶ Aduerte tamen ad id quod dixi supra post Collectariũ
ex electionib⁹ ius quæri, ex confirmatione exercitium.quia
imo videtur q per cõfirmationẽ ius quæratur electo, sicut per
institutionẽ. Inducit Collectarius in argumentũ de offi. del.
c.dilectus.& q per confirmationem datur potestas agendi
& administrandi.de electionibus transmissa.&.c.nosti.& sic
actio vel saltim conditio canõis ibi acquiritur, & tamẽ actio
est ius prosequendi,&c.Institu.de acti.in principio. Igitur vi
detur q ius conferatur electo per confirmationem. hoc etiã
videtur glo Ber.hic in principio velle, vbi dicit per cõfirma
tionẽ non acquiri ius electo si electio non sit canonica, ergo
17 secus si canonica.fa.† quia confirmatio facta cum cãæ cogni
tione ius tribuit de cõfirma.vtil.c.ij.Item quia post confir-
tionem non potest renunciare sicut ante.de transla c.inter.à
cõtrario.de elect.ir.si electio.li.vj Sed his omnibus respondet
Collectarius dicens,q omnia respiciunt exercitium, & pote
statem agendi,& firmitatem iuris quæsiti. Tu vero teneas in
18 dubitanter † q per electionem, nec ius plenum, nec ius in re
quæritur electo, sed solum per confirmationem.cuius dedu-
ctionem requiras in his quæ scripsi.s.de transla.de cætero.ad
finem tertiæ principalis quæstionis.& de arbit.cap.ex parte.
oppo.ij.vers.tertio quia electores.Collect.etiã prosequẽs ma
teriam huius secundę oppositionis principalis, dicit posse di-
ci, q iste subdyacon⁹ erat possessione adeptus, vel si non fue
rat possessionem adeptus, habebat liberã ptãtem possessionẽ
nanciscendi, seu cõsequendi,& administrandi, in vim confir-
mationis,& q isto statu suo,& libera potestate fuit spoliatus,
& debet ad ista restitui per.c.Pisanis.alias autẽ dicit q pòs-
sessionem rerum, dignitatis, ante appresionem tanquã spolia-
tus petere nomine suo nõ põt, sed nomine ecclesię bene, quia
penes eum, rerum ecclesiasticarũ,& dominiũ & possessio re
manet semper: quia nũ moritur sicut tutor, vel curator, &c.
& q iste est totalis effectus glo.ij. Inn Sed ista non põderes,
quia dubia sunt,& forte reprehensione digna,& magis obscu
ra q̃ sint dicta Inno. saltim declarata, vt scripsi in oppositione
proximè pręcedẽti.Subdit etiã ipse Collect.prosequẽdo di-
ctam glo.secundã Inno.q depositarius vel cõmodatarius, li
cet cõtra deponentẽ vel cõmodantẽ non habeant interdictũ,
habent tñ contra alium. sicut dicitur,& nota. per Inn. de prę
done.j̃.tit.j.c.ij.secundũ eum.Inducit notata Inno.j̃.ñ.j. in
literis.super verbo prędo.& Specula.de petitorio & posses-
sorio.§ j.ver.sed nũquid depositarius.& pro hoc facit.c. rein
tegranda.secundum eũ,& affirmat ipse q ista est veritas.Sub
dit etiã q notata hic per Inno.in glo.ij.non obstant:quia lo-
quitur cum prælatus non est in possessiõe pręlaturæ sa.quæ
not per Ber.tit.ij.c.sępe contingit ad finẽ Sed istud dictum
19 est valde periculosum, nec prima facie mihi placet, † qa ista
remedia possessoria non dantur nisi possessoribus, saltem ni-
si principaliter, vt dixi supra in prima oppositiõe.tales autẽ
reuera non possident, vt patet ex his quæ leguntur & notã-
tur.C.de præscrip.xxx.vel.xl annor.l.ij.& .l.antepenul.§ fi-
na.&.ff.vti pos.l.iiij.§ creditores.&.ff. vnde vi.l. fina.de hoc
tamen dicã.j̃.tit.j.c.sępe contingit.alleg.

¶ TERTIO principaliter opponitur eo modo quo op-
ponit his Bernar.circa principiũ gl.ij. ibi: *quid ergo prodest.* &
hic summa prædictã glo. quæ est, vtilis:& ad id quòd hic di-
citur de verbali institutione.inducit Goffred.simile.j̃.de ac-
cusa.ad petitionem.& ponderes omnino aliquas particula-
res suppletiones Nouellę ad glosam istam,& prælertim cir-
ca intellectum legis si instituta.hic allegatę. Collectarius au-
tem circa materiam glo.& oppo.prædictarum aliqua cura-
uit hic interserere.Quærit enim.primo. nunquid superioris
auctoritas excuset circa fructus? & puto quòd reducat se ad
casum huius decretal.videlicet ad vitiosè electum nihilomi

nus confirmatum,& dicit q sic, in perceptis, sed non in perci
piendis.remittit ad lecta & notata per Hostien.& Bernar. de
offi.deleg.cum causa.vbi glo.secundum Archid continet ve
ritatem.nunquid ergo confirmatio facta sine solennitate ex
cusat electum.reffert Collectarius Ioan. An.tenere quòd sic
de elect.c.fina.§.in glo dicebamus. & in Nouel. super dicta
glo.lib.vj.allegat tamen in contrarium ibi notata per Archi
diaconum & Nouellam dicentem, quòd excusat à poena, sed
non ab alijs.quòd verum dici potest secundum eum, vbi aper
tè sit contra iura.& dicit in hoc Nouellam finaliter remane
20 re.hoc tamen teneas secundum eum pro constanti † quòd
si quis minus canonicè adipiscatur beneficium per fraudem
vel surreptionem, dum tamen de hoc cõstet dãnatur ad resti
tutionem omnium perceptorum, de iure patro.cũ dilectus.
secundum Hostien.hic.secus si bona fide dato quòd titulus
non valeat secundum Innocen.de elect.nihil.circa medium.
21 † De his verò quæ percipi potuerunt vidi dubitari in cancel
laria.nam cũ lite pendente cum quodam impetrante in for-
ma pauperum ordinarius beneficium de quo agebatur con
tulisset,& impetrans appellasset is qui collationem ordinarij
habuit condẽnatus fuit in perceptis fructibus, & qui percipi
potuerunt, quasi omnes de cancellaria hoc casu dicebant sen
tentiam non valere, cum non debeat condemnari in ijs quæ
percipi potuerunt, nisi violentus, prout legitur & nota
tur in prędict.c.cum dilectus.aliqui tamen per in ibi præsen
tes dicebant, quòd auditores palatij contrarium tenebant, &
seruabant.& credit Collectarius q bene in casu proposito, qa
non minus est priuilegiata litispendentia quam spoliatio. vt
patet ex his quę ipse colligit vt lite pendente.c.j. dicam in.c.
cum dilectus. allegato. Subdit etiam Collectarius quòd si
totus clerus electo confirmato se apponeret, non liceret si-
bi res ecclesiæ occupare, li.et secus si aliqui eidem obediret.in
ducens lecta & notata.xcij.dist.c.si quis.&.c.sequenti.& per
Archidi.de præben.c. is qui.& est ratio, quia sine violentia
hoc non faceret quòd non licet.de pręben.cum qui.li.vj.Sed
ad propositionem redeundo, videamus ad quem effectũ de-
creuit hic Papa talem subdyaconum restituendum.Secundo
videamus vtrum fuerit vel esse debuerit restitutus:facit ma
gnum dubium in proposito id quòd in eadem sententia Pa-
pa & decreuit eum restituendum,& eius electionem irrita-
uit,& sic notoriè ex tunc constituit de non iure eius. Quomo
do ergo ex tũc fuerit de iure restituendus? nõ videtur.quia id es
set contra lecta & notata.j̃.de eo qui mittitur in possessionẽ
c.j.lib.vj.s.de fil presby.c.cõstitus.&.c.quoniam.j̃.de instu.
c.ij.& de re.iu.c.j.& contra id q notat Inn.& Hosti.in dicto
c.constitutus.& de diuor.c.significasti. Et videtur de plano
22 quòd non fuerit restituendus, † quia sententia petitorij im-
pedit executionem sententiæ possessorij.j̃.c.cum dilect⁹.igi
tur delusoriè decreuit Papa illum restituendum cuius restitu
tionem incontinenti prohibuit, contra iura.ff.de iudi.l.si prę
tor.ff.ne quis in loco publico.l penul.in fine.ff.de orig.iur.l.
ij.§ post originem.imo quòd vehementius admirandum vi
detur ipse Papa in eadem sententia sibi fuisse contrarius quo
ad mentem, quia in prima parte sententiæ decreuit subdyaco
num restituendum,& in secunda parte sententię eius electio
nem irritauit,& sic eum nõ esse restituendum in effectu decre
uit.per dictum capitulum cum dilectus.& sic non debuit va
lere sententia.ff.de reg.iur.l.vbi repugnantia:& .l.ius nostrũ.
cum similibus. Glosa primo nititur soluere dicens quòd sic
fertur sententia primo in possessorio solum, vt satisfaciat iuri
& petitioni actoris.per.l.de quare.& sic loquitur capitulum
proximè præcedens.Sed hæc solutio mihi non placet, quia
iura quæ lites ordinarunt non fuerunt edita propter se, sed
propter partes litigantes & expeditiõem earum, vt supra in
prohemio huius voluminis circa princip.&.ff.de oper.no.
nunciatio.l.prima.j.§ & post operis.in.fi.ibi:quid enim aliud
&c.Si ergo partes expeditæ sint in totum,& lis ipsa finita per
sententiam petitorij, ad quid satisfit iuri in.uit & fru-
stratorie per sententiam possessorij non apparet, maximè

cum iura

cum iura non considerent principaliter nisi effectum. ĩ. de cleri. non resident. c. ex actoris. q sue petitioni satisfiat solum verbaliter certe nihil, nec esset nisi quædam derisio atq; delusio. Secundo soluit gl. dicẽs, q pòt prodesse sñia possessorij, quo ad fructus pceptos, & qui pcipi potuerunt à tẽpore deiectionis vsq; ad tẽpus litis sup ꝓprietate cõtestatę. Reddit rõnem q. &, si haberet super proprietate spoliatur, eo tñ q ius sibi dixit occupãdo & spoliãdo tenet ad fructus. Sed nõ placet mihi ista solutio, nec etiã videtur finaliter placere gl. qa in fine dicit q fructus illi sunt restituẽdi ecclesiæ, vnde illos pcipit, nã etiã bonę fidei possessor à tempore quo cõstat iudicialiter maximè ipsum nullũ ius habere in proprietate non facit fructus suos, quia à modo nõ pòt bonã fidẽ habere. malefidei autem possessor fructus suos nõ facit. vt. C. de rei ven. l. si fundũ. & si tempore bonę fidei eos recepisset, & detecta veritate sup non iure possessoris in proprietate adhuc extarent illos retinere non posset, sed eos restituere teneretur. vt. e. ti. l. certũ. Igitur postq̃ notoriè constat de non iure spoliati in proprietate, & q fructus si eos haberet teneret restituere, & absq; peccato eos retinere nõ posset sibi nullomõ restituẽdi sunt, p iura quæ ad principalẽ oppositionẽ allegaui. & ꝓbat bene. l. dolo facit. ff. de dol. excep. qa vbi notoriè cõstat q teneret restituere, in omni possessorio vẽdicet sibi locũ. vt ibi not. in gl. Pręterea quia vbi eadẽ ratio ibi, & idẽ ius esse debet. de transla. epis. c. ij. sed ratio ꝓpter q̃ ipeditur executio sñiæ possessorij quo ad rẽ principalẽ. s. quoad restitutionẽ possessionis, videlicet qa ꝓprietas qñ de illa notoriè cõstat trahit ad se possessionẽ, & ipedit effectu ipsius. vt. ĩ. e. c. cũ dilect. etiã quoad accessoriũ. s. quo ad fructus vedicat sibi locũ. Igitur etiã impediet huiusmodi executionẽ quoad fructus. & sic adhuc remanet oppositio totaliter insoluta. Hostien. autẽ videtur cõsentire cũ glo. q solo verbo hic fiat restitutio sicut in c. pcedenti vbi etiã hoc notatur, sed si non subesset alius effectus delusoria, imo derisoria esset huiusmodi restitutio. vnde multũ miror de glosatoribus nostris q nullus eorũ ad hoc attigerit. & specialiter de Inno. qui semper cõsueuit pcutere ad intellectũ decret. & magis de Dño Ray. de Far. qui hanc decretalẽ repetijt & ꝓprias difficultates eius omittens hic aggregauit materias peregrinas.

¶ Ego autẽ dico, q Papa debuit ferre sñiam q̃ tulit in possessorio, & q sñia sua in possessorio fuit vtilis, imo necessaria. pro quo sciendũ, q qñ res petita perit lite pẽdẽte sup ea sine culpa ipsius possessoris. si nihilominus interest petitoris etiã propter sola accessoria litis vtilis, imo necessaria est sentẽtia. vt. ff. de rei vendi. l. vtiq;. & ff. iud. sol. l. si seruus. & ff. de re iud. l. S hõ. sibi enim tunc ratione quasi cõtractus in litis cõtestatione initi retrotrahitur sñia ad tempus litis contest. ff. de rei vendi. l. si post acceptũ. & e. ti. C. l. more. iuncta. l. iij. § quidã scribit. ff. de pecu. ar. ff. de dam. infect. l. dãni § Sabinos. Ad propositũ hic pendẽte iudicio possessorio perit res petita sine culpa aduersarij, videlicet totum ius possessorij per detectionem veritatis in petitorio vt hic dicitur. & ĩ. c. proximo. & ĩ. c. cũ dilectus. & nihilominus multum interest actoris q declararetur ipsum fuisse iniustè per alium spoliatũ & per eũ restituendum, & sic duxisse iustã litẽ in possessorio propter expẽsas litis, interesse, & dãna, quæ consequi debet actor ab aduersario, licet vterq; eorũ super ꝓprietate. i. sup suæ electiõis, confirmatione succũbat. & etiã interest, quia apparebit per hoc quòd in lite illa nõ fuit calũniatus, sed habuisse bonã cãm q valde interest boni viri, pro cõseruatiõe famę suę. xj. q. j. c. nolo, & ideò dicit hic restituendũ decreuimus iustitia mediãte. & licet nõ hic fiat mẽtio de expẽsis credi non debet, q ꝓpter illas omiserit cũ de iure omitti nõ debeãt. ĩ. de dolo & cõtu. c. finẽ. Sed quia illud nõ videt facere ad istũ titulũ cũ omissum fuit. Prætereà possibile erat q rõne expensarũ necessariarũ circa res prælaturæ per spoliatũ factarũ poterat sibi competere ius retentiõis in fructibus. & ideò intererat sua, illos sibi restitui vt ab ipso repeterẽtur per platũ. ar. ff. quorũ lega. l. j. § j. & § Si quis ex mortis. & iste esset bonus intellectus, & bene applauderet glosæ & etiã textui, in verbo restituendũ. quia supplere tur subaudi eo mõ quo de iure fieri potest. s. quoad fructus & expensas, non q fructus sibi appropriaret, sed vt per manus suas prælatus recuperet, & tunc sibi deducat quæ deducẽda sunt. interest enim sua magis pignori incũbere q̃ in psonã agere. insti. de interdict. § cõmodũ. si quid autẽ aliud occurrat. dicã in. c. cũ dilectus. Iuxta q quæramus cũ glo. nunquid spoliator pòt se alimẽtare de fructibus, & eos de quibus alimentatus fuerit spoliato deducere? glo. arguit q sic: quia alimentorũ cã non piudicat veritati. s. qa iudex ꝓnunciat illũ alimẽtandũ vt talẽ non tñ ꝓpter hoc probatur esse talis. vt. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. si iudex. & per hãc. l. dicit Vincen. q si subdiaconus hic fuisset ad plenũ restitutus pasceret in prælatura donec eijceretur. in docit etiam. l. si instituta. & c. Sed ibi non mirũ si pendente appellatione hoc fiat cũ filius pro se habeat præsumptionẽ naturæ, q nõ fuerit ingratus, & pręsumptionẽ sñię pro se latæ. nec hæc sufficiunt nisi cõcurreret inopia. finaliter glo. determinat cõtrarium secundũ Io. facit quia statim habet restituere spoliator. facit qa statim recessurus nõ sortitur forũ. ff. de iudi. l. heres absens. in fin. ĩ. de verbo. significat. c. nam & ego. & quia vt dicit glo. nullum inde commodum habere debet dicit Vincen. q nec tũc posset creare canonicos maximè post sñiam cõtra se latã, qa statim inde eiecturus est, & quia sñia lata contra eũ statim debet habere effectũ. ff. de pœnis. l. in seruorũ. § j. & l. qui vltimo. Sed hic nõ video dubiũ quia illud de iure certũ est, q malæ fidei possessor nullos fructus facit suos. vt l. si fundũ. & l. certũ. allegata. Secundo quęrere posses q hic dicitur q hic tam petitoriũ q̃ possessoriũ deductum fuerat. Sed respõdere potes vt in glo. penul. hic notatur secundũ Io. Gof. & Vin. vel dic & planius, q solus subdiaconus spoliatus possessoriũ intentauit petẽs se restitui ad statum possessiõis, quẽ prius habuit. sed vterque suum petitoriũ intentauit hinc inde suo modo. petijt enim hinc inde vterq; suã electionẽ cõfirmari, & electionem alterius infirmari; qa & ambo fuerant electi. Tertio quęrere posses de illa regula de qua re &c. in quibus casibus fallat. Sed dicere habes, vt hic notatur in glo. vltima. secundũ Io. Tan. Vin. & Phi. Item fallit in cã criminali in multis casibus, quos habes vbi sena. vel cla. l. quotiens. & in priuilegio sedis Apostolicæ. de iudic. c. cũ venissent. secundũ Io. & Vincen. & vbi est demandata ꝓnunciatio solum de voluntate partiũ. de rescri. c. ex parte. ij. & c. cum contigat. Item cũ ꝓpter appellationẽ recusatiõem, vel reuocationẽ pronunciare non pòt minor iudex, qui cognouit. ĩ. de app. cũ dilectus. & c. secondo requiris. & c. intimasti. e. ti. & vt lit. pendẽte. c. ecclesia. ij. & in casu secundũ Goffre. ĩ. de appel. c. cõstitutus. ij. Item etiã fallit. ff. de offi. procõsul. l. solent. alia vide per dominũ Ber. Capri. in prædict. l. de qua re. in prin. vbi plenè tractat qualiter sup incidenti qõne sit pronũciãdũ. Dominus Raymũ. de Far. hanc decretalem repetẽs diuisit materiam per notabilia circa aliqua opponendo, & quærendo, & de alijs solũ modo remittẽdo. Et quia quasi omnes materiæ quas tãgit valde peregrinę sunt me expediã quã plurimũ remittendo. Primo ergo notat electum posse suã electionẽ ꝓsequi, imo & ad hoc astringi & teneri. de rescript. cũ dilecta. de consuetudine cum dilectus. de elect. dudũ. & c. cupientes. & c. q̃ sit § vltimo. e. titu. lib. vj. qa cum eo iam matrimoniũ initiatũ est. de elect. cum inter. Ideo potest petere consũmationẽ. de transla. c. licet, sicut in carnali. ĩ. de rap. cum causa ne ecclesię diu maneant viduatæ. c. di. quoniam. eo quòd antea nihil potest. ĩ. de pręben. cum iã dudum. Sed non electo ambire non licet. de accusa. sup his. de transla. c. ij. j. q. vj. c. sicut. C. de epis. & cler. l. si quẽquã. Iuxta q q̃rit nũquid possit de cõsuetudine ĩtroduci q electus ante cõfirmationẽ administret? Sed de hoc dicã in ꝓprio loco videlicet de elect. c. nihil. vel saltẽ. ĩ. de pręben. c. eũ qui. lib. vj. Item occasiõe pdictę qõis adducit aliã qõnẽ valde peregrinã pone quidã impetrauit in quadã collegiata ecclesia dignitatẽ ꝓximo vacaturã, q̃ duceret acceptandã ad cuiuscũq;, seu quorumcũq; collationẽ, vel ꝓuisionẽ, aut q̃uis aliã dispositionem pertinẽtẽ, cõmuniter, vel diuisim. Quęritur nũquid dignitatẽ

ad electioné capituli pertinété poterit acceptare? verú qa pro
prus materia cadit. j. de pben. c. in illis § cú auté li. vj. ibi dicá.
24 Secundo notat † q iudex ecclesiasticus cótra laicos dat cleri
cis restitutioné, de fo. cópe. cú sit. in fin. nec ob. eo. tit. c. si cleri
cus. & c. ex tenore. per notata Inno. vtrobiq; & c. licet. e. ti. &
qualiter literæ impetratæ contra laicos ante negligentiá iudi-
cis secularis valeát, dicit tenendú q nó, cú Inno. remittés ad no
tata illius in. c. licet. & c. ex tenore allegatis. & de offic. deleg.
significátibus. Occasióe cuius qrit de tali qóne pone, Papa fe-
cit gratiá Alano decanatu ecclesiæ Sácti Auiam Aurelianeń.
sub expectatione pcedentæ, q. j. mensem. & c. duceret acceptá
dá. vacauitq; pbenda quam ipse. A. j. mésem nó acceptauit,
nec sibi de ea prouidere petijt, nec aliquá pstationé de hoc
fecit. posteà vacat alia, q ipse acceptat, & etiá secundus in data
eam acceptat, & vult ipsum Alanú in data primú propter ne
gligentiá primę excludere ab ista secúda. per. c. si clericus. alle-
gatú ibi dicá. Secúdo quærit occasióe pcedétis qónis pone a
impetrauit gratiá in forma cle. cú ei qué § secus. de cóses. præ-
ben. ad collationé episcopi Aurelianen. & postmodú. b. im-
trauit gratiá sub eadé forma de canonicatu sub expectatione
præbédę ecclesię sancti Pet. puellarú Aurelianen. ad collatio-
oem eiusdé epi pertinente, posteà vacat pbenda q quilibet ac
ceptat, quæritur cui istorú pdicta pbenda debeat? sed de hoc
25 dicá. j. de pben. c. ij. quáuis. lib. vj. Tertio notat † q possesso-
rium & petitoriú simul possunt intentari in eodé libello. de
quo. s. c. proximo. & j. e. cú dilectus. q nó est dubitádum in
possessorio recuparádæ & adipiscendæ. vt videtur. j. c. pximo.
Sed interdicto retinédæ est maius dubiú. de quo remittit ad
notata. glo. ff. de acquiré. poss. l. naturaliter § nihil. & ad leges
quæ sunt in margine pximæ decret. post gl. sed núquid si pro
bat q nó intelligo. cui⁹ occasióe primo qrit núquid restitués
& rei vendicatoriú possint simul in eodé libello intétari, remittit ad
notata instituta de acti. § rursus. & Innocé. s. de in integrum
resti. cú ex lris. Secundo quærit vtrú sucúbés in petitorio pos
sit posteà agere possessorio, remittit ad glo. ergo si aliqnid. j.
c. pximo. & Inn. j. e. cú dilectus. & ad alios de excep. rei iudi.
an & eadé § fina. & j. ti. j. c. audita. & reputás hęc qónem dif
ficilé respódet, q si succubui, eo q nó pbaui pprietaté, vel qa
pronúciatú est rem nó esse meá nó obstat exceptio. sed si suc-
cubui qa pnunciatú est rem esse tuá, obstat exceptio. ff. de ex
cep. rei iudi. l. si inter me & te. ff. de iureiur. l. si possessori. ex-
pressum videt. j. ti. j. c. j. qa si pbatio dńij excludit spoliatú à re
stitutióe ergo fortius à peteda. Ité ad hoc. j. ti. j. literas. in fi, vi
de. j. c. pximo. Sed cótra secundá parté primi mébri huius di
stinctióis, videt hic casus. dicá. j. e. cú dilectus. Tertio quærit
nunquid agens possessorio & petitorio simul, & petens tátú
possessoriú, debeat in pprietate succúbere. sa. q sic. s. c. pximo
dicit hic vidédú Inn. & s. de post. pla. c. bonę. in. ver. gl. Quar
to quęrit nunquid agés interdicto vnde vi sup re aliqua &
succumbés, posit se posteà per modú exceptióis de illa spolia
tióe iuuare? inducit pro & cótra nota Bernar. & Inno. s. ti. ij.
26 c. ij. & c. fi. tenet q non. dixi vtrobiq; & c. e. ti. c. j. Notat. iiij. † q
vbi est electio minus canonica, cófirmatio subsequés nó tue-
tur electum, quo minus debeat remoueri. Super quo dicit op
ponédú & quærédú. iuxta notata p Inn. s. de elect. q sicut. &
c. cú dilectus. vbi plenè per Compost. grauatur tń scdm Gof
fre. códitio excipientis post cófirmationem, qa ad extraor-
dinariá pœná astringit. j. de accu. super his. Quinto notat, q
pót restitutioné petere ille penes qué nó est res quæ petit re-
mansura. s. de renú. sup hoc. j. ti. j. ité cú quis. & c. ex cóquæ-
stióe. ad. c. ex literis. e. ti. solue vt ibi. Quęrit núquid electus có
firmatus ante corporalé apprehésioné posit restitutioné pete
re, & qualiter? circa q dicit vidéda hic notata per Inn. & pdic.
c. in literis. gl. ij. Secúdo quærit nunquid electus qui se admi-
nistratióni ingereret posset restitutionem petere tenet q sic.
j. ti. j. in literis. q nó, quia cóstat de nó iure. j. ti. j. ad decimas
& de pscrip. c. j. & j. titu. j. ex transmissa. iuncto. c. Sicut ergo.
xxj. q. ij. & vt lit. constitu. qm. Tertio qrit quæ sit hic ró du-
bitádi, & decidédi, & dicit, q ró dubitádi est, qa non videba-
tur restituendus, cú fortè nódú possessioné habuisset. vt pdic.
l. cú heredes. Ité qa nó erat electio canonica. de re. iur. c. j. lib.
vj. Ratio decidédi vt satisfiat iuri. Sed nec prima ratio dubi-
tádi, nec ista decidédi pcedunt. vt patet ex his quæ dixi. s. q
non recapitulo grá breuitatis. Quarto qrit núquid agéti pos
sessorio obstet exceptio dńij respondet q sic, in possessorijs
adipiscédę. sed nó in possessorijs recuperádę qa fauédú est illi
qui semel possedit, & in odium spoliantis, dicit vidédá gl. Ber
j. tit. j. literas. glo. istorú opinio. & c. in literis. non examino
dicta sua. qa dicá in locis pprijs.

¶ *SVMMARIVM*

1 *Quando ex facto in libello narrato plures actiones competunt vnam eligere actor compellitur.*
2 *Conclusio principalis causa appellationi obesse si partium consensus abfuerit iuris est.*
3 *Dolum violentis probationibus etiam probari posse.*
4 *Actori obtinenti in petitorio incumbit vt per ipsum possessio restituatur in corporalibus.*
5 *Petitorium prætextu interdicti retinendæ suspendi minimè posse.*
6 *Possessoriorum iudiciorum tria sunt genera. Adipiscendæ scilicet, retinendæ, & recuperandæ possessionis, quæ & interdicta dicitur*
7 *Adipiscendæ possessionis tria remedia, quorum bonorum, quorum legatorum, & saluianum.*
8 *Interdictum quorum bonorum heredi & bonorum possessori cópetit.*
9 *Interdictum quorum bonorum in eum qui pro hærede, vel pro possessore possidet ad bonorum vniuersitaté nó ad res ipsas singulas datur*
10 *Bonorum possessor iuris nomen.*
11 *Quid discriminis sit inter petitionem hæreditatis & interdictum quorum bonorum.*
12 *Vtile interdictum quorum bonorum pro iuribus dari adsuetum.*
13 *Veluti hæres per hæreditatis aditionem bonorum possessionem non adquirit, sic nec bonorum possessor per decretum, vel possessionis bonorum agnitionem.*
14 *Interdictum quorum legatorum cui & in quem detur.*
15 *Interdictum quorum legatorum ab interdicto quorum bonorum eo differre putant, quòd quorum bonorum contra possidentem pro hærede vel pro possessore detur, quorum verò legatorum contra titulo possidentem.*
16 *Interdictum saluianum cui & in quem competit.*
17 *Saluianum interdictum & actio hypothecaria probatione differunt.*
18 *Interdicti retinendæ possessionis tria remedia. vnde vi scilicet, quod vi aut clam, & vi bonorum raptorum.*
19 *Interdictum vnde vi pro rei immobilis à qua deiectus est recuperatione competit.*
20 *Interdicto vi bonorum raptorum pro rei mobilis recuperatione quæ à nobis ablata est locus est.*
21 *Retinendæ possessionis duo remedia, vti possidetis, & vtrobi.*
22 *De petitorio ad possessorium adipiscendæ vel recuperandæ possessionis recurri potest, ante conclusionem & renunciationem.*
23 *Interdictum adipiscendæ & recuperandæ vna cum reiuendicatione intentari possunt.*
24 *In interdicto retinendæ cum petitorio cumulationi locum non esse.*
25 *Ignorantia probabili subueniendum.*
26 *Possessoriorú iudiciorú robur est vt dominij vendicationem præcedát.*
27 *Vtrum petitorium & possessorium simul & in eodem libello intentari possunt.*
28 *Pignus & dominium circa idem non concurrere.*
29 *Petitorium & interdictum retinendæ cumulari posse, simulque intentari Henricus tenet. & nu. 31.*
30 *Petitorij & possessorij cumulationi si à, & super diuersis intentatur locum esse.*
32 *Item si à parte non excipiatur.*
33 *Causa possessorij momentanea dicitur.*
34 *Petitorij & possessorij actore originario petitorium intentante & possessorium reo per modum reconuentionis cumulationi locum esse, Si reus exciperet sciens.*
35 *Qualiter in cumulatione petitorij & possessorij sit pronunciandum.*
36 *Interrogatus nó respódés quod respódere posset nihil habere præsumi*
37 *Post petitorij conclusionem possessorio locum non esse ad suspensiuos effectum*

effectum.& numero.ſeq.

39 *Adipiſcendæ poſſeſſionis verſi.niſi iudex.c.paſtoralis. de cauſ.poſ. & propriet.minimè ſubiacere.*

40 *Quæ raro contingunt minus curantur, quàm quæ frequentius.*

41 *Expenſæ litis victoriæ cauſæ reſeruantur.*

42 *Interdicto vti poſſidetis agens, petitorium intentare poteſt.*

43 *Spoliationis exceptionem ei qui vti poſſidetis interdictum intentauit opponi non poſſe.*

CAP. V.

PAſtoralis Officij.iſta decr.fuit p Pa.de Lazaris repetita, & licet ſint plures decretales in hoc volumine ſic incipientes, iſta tamen non eſt pars earũ, ſed duodecim fuerunt olim. Prima de reſcrip. Secunda de offi.deleg. Tertia de offi.ordi. Quarta de iudicijs. Quinta de fide inſtrumen. Sexta de except. Septima de appellationibus. Octaua de his quę fiunt à prælatis. Nona de dona. Decima de decimis. Vndecima de iure patro. Duodecima de priuileg. & oẽs iſtæ epiſcopo Elyen. diriguntur. Decimatertia de ſacra. non iteran, Decimaqnarta de cler.egro. Decimaquinta de re iudi.in cle. Et hoc dicit in ſumma ſecundum Nouel. qui agit de proprietate ante concluſionẽ cãæ poſſeſſorio adipiſcendę, vel recuperandæ agere põt poſt concluſionẽ, & ante ſententiã hoc non põt, niſi iuſta cã ſubſit. Sunt duæ partes principales. in prima cõſultatio. in ſecunda reſponſio. Secunda duas partes principales habet. quia reſponſio duo membra diſtinguit, quarũ prima tria facit. quia reſpondet, probat, proteſtatur. & ſecunda etiam tria facit, quia reſpondet, cãm reddit, & caſum excipit. ſed & caſum excipit, exceptũ exemplificat, & generalẽ doctrinã ꝓbet. & fuit facta ad cõſultationẽ epi Nouionen. Exponã literã, vt ſequar in hac parte morẽ Pauli hanc decretalem repetentis. ¶ Expone literã *& infra*, in antiqua dicitur debitũ ſollicita mente proſequeris cum iuſtitiæ zelo ſuccenſus, ſuper dubijs iuris articulis per apoſtolicæ ſedis oraculum à qua pendet tuæ iuriſdictictionis auctoritas reſponſum humiliter appetis, & deuotè expectas ne fortè noua opinionũ varietas, & iure expoſitio varia nouitate diſtincta, non iure effectum pariat, ſed iuſtitiæ deffectũ potius inducat. *aliquando.* ad ea quæ ſæpe cõtingũt datur reſponſio hic. ſed & ad ea quæ rarò. de reſcrip. c. ſtatutũ. § acceſſorẽ. li. vj. de hoc. de deſponſa. impuber. c. literis. qui. idem in muliere. de elect. c. generali. li. vj. vide Paul. de reb. ec. nõ alien. c. ſi quis. Idem in diuerſitate. vt ſcripſit Pau. in prædict. c. ſi quis. & in cle. j. de elect. *aſſerit.* generaliter cõcludendo fortè, vt ſibi iuſtitia fieret. ſ. ti. ij. c. ij. Et tunc bene ſequitur inter ipſa. & c. *ſuum.* Ideò dicit quia interdum directè non dat niſi cõtra poſſeſſorẽ ſpoliantẽ, mandantem. vel ratũ habentẽ. j. ti. j. cũ ad ſedẽ. in cãm. ſupple. & petijt ſibi iuſtitiã exhiberi, vel rẽ reſtitui. *auſpicia.* Sicut enim olim in aſpectu auium præcipuè conſiſtebant auguria. xxv. q iiij. c. j. poſt prin. verſ. augures ſunt. ſic augurio. j. rei dubiæ ſe cõmittit qui iudiciũ inchoat, cuius dubius eſt euentus. ſecundum Abba. ff. de pecul. quod debetur. *requiſitus.* ſ. à iudice qua actiõe agere velit, ſic requiritur reus. ſ. de iudi. c. j. & interdũ actor, ſeu criminũ delator. j. de accuſa. c. licet. § j. & fuit hîc requiſitus, quia libellus ſe habebat ad vtrũq; ſ. petitoriũ, & poſ-
l. si ex falsis. super quo vide q tetigi. s. e. cū super. in dictis Ray.
§ tertio notat. ver. scdo quærit. In contrariū primo facit, quòd
pēdente appellatiōe nil innouari debet. Itē facit hæc decre. q
snīa petitorij, trahit ad se snīam possessorij. igit & suspēsio su-
spensionē. Sic accusatus de maiori & minori crīe & condēna
tus de vtroq; si appellet super maiori non fit interim executio
super

super minori.ff.nil nouari pendente appellatione.l.vn.§.vltimo.canonizata.ij.q.vj.si quis ex pluribus.sa.s.eod.cũ vbi sola verbalis pronunciatio fit in possessorio. ¶ Dicunt quidam scilicet Cyn ꝙ si illud possessorium fuit recuperandæ nõ impeditur executio: quia per quæstionem dominij non impeditur.s.titu.ij.c.finali.Idem dicunt in possessorio adipiscendę, vel retinẽdæ,nisi appellãs habeat probatiões paratas.per regulam dolo facit.& videtur hic placere Collec.allegat.C.de cõpensa.l.si ex ea causa.nam secundum eũ exceptio dolo facit. non habet locũ,vbi agitur interdicto recuperandæ possessionis secundũ Cyn.in.l.incerti. & quia secundũ canones in causa possessorij appellatur.super quo remitit ad.c.cũ ad sedẽ.j.nt.primo. & super eo quòd dictũ de probatione incõtinẽti admittenda,remitrit ad notata.s.eo.cũ super. Et si dicatur quòd hæc exceptio est peremptoria.& sic post sententiã opponi non potest.C.senten.rescin.non posses.l peremptorias. de quo scirpsi.s.tit.ij.c.ij.in.vj. oppositione. nunquid ergo exceptio? Ipsi respõdẽt ꝙ speciale est in ista,sicut in exceptione compensationis.C.de transact.l.si ex causa. Ad contraria respondent,ꝙ & si sint inter se diuersa,tamen interdum petitorium ita concernit possessorium,ꝙ si illud mandaretur executioni si appellans in petitorio obtineret,per hoc impediretur executio petitorij,& tunc appellatio petitorij suspẽderet executionẽ possessorij,secundũ eos.& ideò super minori crimine impeditur executio,cum est appellatum super maiori. quia per id si fieret impedireẽ executio super maiori, puta si deportaretur,nõ posset decapitari,& sic prædict.§.intelligũt. quod tamen dictum est de possessorijs retinendæ ꝙ impediatur executio vbi offeruntur probationes paratæ,videtur impropriè dictum:quia ibi cessat practica.tum quia ibi nihil petitur ab alio.tum quia executio non fit in illis,sicut nec in sentẽtia absolutoria,nisi forte quãdo vterq; diceret se posidere, sed vnus docetur de titulo iustiori:quia tunc alter remoueretur de possessione quam haberet.j.de proba.licet.& hoc casu potest saluari,ꝙ notat Dyn.j.de reg.iur.c.dolo petit.libr.j. licet ibi Nouel.illud reprobet.

¶ Ioannes Cal.de.credit per prima iura executionem fiendã, vbi factum non resistit executioni per id ꝙ nullo modo dixi.probat,quia per huiusmodi executionẽ non impeditur effectus sententiæ ferendæ in causa appellatiõis, sicut per appellationem interpositam in causa recõuentionis nõ impeditur processus,in causa conuentiõis,vel econuerso,vt notat Vin. in prędicto.c.super eo. Et Inno.de elect.cũ nobis olim.& per hoc est responsum ad prædi.§.vltimum.non ob.ista decretal.quia loquitur in casu in quo potest fieri executio super petitorio.nec ob.cum ecclesia.&.c.sequens.quia in illis super vtroq; simul fuit pronunciatum, nec fuit appellatum.& etiã loquitur ista decret.& optimè fa.quæ scripsi.de arbit.c. cũ tẽpore.oppo.ij.§ prædicta.facit ad quæstionem, & in consilijs meis.consilio.xlij.

¶ QVINTO quærit,pone reus contra quẽ actũ fuit possessorio, & petitorio succubuit in vtroq;,& appellauit à sententia petitorij,sed interim mandata fuit sententia possessorij executioni, & possessio tradita actori,posteà iudex appellationis confirmat sententiã petitorij, quis erit effectus talis sententię,videtur ꝙ nullus:quia sentẽtia huiusmodi,non põt ad se trahere executionẽ,cũ reus nõ posideat, neq; dolo desierit posidere,ideo nil tenetur restituere.ff.de rei vẽdi.l.si autẽ.§.j. Goffre & Host.dicunt,ꝙ effectus erit declaratio dominij, & compensatio expensarum.ff.de rei vẽdica.l.ex diuerso. C.de appel.l.eos.impossibilitas autẽ restitutionis faciendæ ex facti conditione,impedit nouam restitutionem.& ideò cessat iuris dispositio.iuj.di.erit autem.simile ꝙ notatur de elect.si fortè.lib.vj.in glo.si ergo.

¶ SEXTO quæritur,pone pro actore lata est sententia in possessorio,& pro reo in petitorio,nunquid mãdabitur executioni in possessorio, quia casus conuersus per se patet. quidam dicunt simpliciter ꝙ non.per regulam dolo facit.& hoc videtur approbare Specu.de petitorio & possessorio.§.j. ver.quid si pro vno.Sed in contrarium facit.s.c.proxi.&.j. de testi.c.significarũt.Io.Cald.distinguit,quia aut ideò est sententia lata pro reo in petitorio,quia reus probauit rẽ esse suã, & tunc non fiet exequutio per regulam dolo facit. aut quia non probauit rem esse suam, & tunc fiet exequutio in possessorio pro actore.& hoc est quòd scripsi.s.e.c.pastoralis.in expositione literæ super verbo pendente. Nec obstat quòd reus absoluatur in petitorio.quia ex quo pro ipso actore lata est sententia in possessorio quoad hoc factus est potior. ad hoc
17 si vsusfructus petatur.l.vtifrui. primo responso. † Item non sequitur si non probaui rem ad me pertinere, quòd ad te pertineat.j.de rescript.olim.ff.de iureiur. Sed & si possessori. primo responso,Et huic questioni bene adaptatur quęstio,quã ponit Specu.de petitorio & possessorio.§.j.versi.quid si is,& de sent.excõ.§.j.ver.sed pone.Nec obstat.s.eo.cum Ecclesia. vbi fit restitutio,licet de iure alterius cõstet in petitorio:quia solo verbo fit ibi restitutio ,vt ibi notatur. Nec obstat ꝙ ibi cassatur electio,quia illud propter antiquam possessionẽ absque restitutione in actu aliquo possessorio. Nec etiam ob.s. eod.cum super.in eo quòd fit ibi restitutio verbalis tantum, licet de iure aduersarij nõ fuisset probatum in petitorio, quia voluerunt dicere quidam, quòd actor probat in possessorio tantum,& reus nihil docet de iure suo,non fertur sententia super petitorio:quia de eo non liquet.vt notat Innocen.de elec. bonæ.ij.Sed non placet per regulam actore nõ probante,&c. & per regulã de qua re,&c.Dic ergo secundum Cal.ꝙ.c.cum super.loquitur in beneficialibus,in quibus requiritur canonica institutio.j.de insti.c.ij.de reg.iur..c.j.libro sexto. Et ideò si illa non probatur ex quo petitorio est actum, licet probetur spoliatio non mandabitur exequutioni in possessorio. Facit quòd notat Innocenti .s.capit. proximo. Et est simile.j. de eo qui mittitur in possessio.c.eum qui.libro sexto. Sed salua pace ratio est in.c.cum super,Quia nedum ibi non constabat de iure actoris & rei.imo de vtriusque non iure cõstabat, & ideò fuit pronunciata vtraque electio irrita.& per cõsequẽs non potuit fieri restitutio,nec per eum recipi,nec retineri possessio absque peccato,vt scripsi in dicto.§ sed ad oppositiõem. nec obstat.j.titulo primo in literis.quia ibi agebatur possessorio tantũ.Sed in.c.cũ super.spoliat⁹ agebat vtroq;,& de vtroq; fuit ibi cognitũ,& super vtroq; pronũciatũ. vnde ibi constitit eũ ius non habere.põt ergo dici secundũ Cald.quòd aut ex ijs quæ acta fuit,patet de spoliatione,sed non constat actorem ius habere,vel non habere in petitorio,& tunc licet reus absoluatur fiet exequutio in possessorio,scilicet restitutio,non solum verbalis,sed etiam actualis. Aut constat eum ius non habere,& tunc sola verbalis fiet restitutio non actualis,vt hic,& in.c.cum super.

¶ SEPTIMO quæritur,qualis debet esse exitus istarum causarum,de quo satis scripsi.s.tit.ij.capitu.fi.in.xj.quæstiõe. Sed hoc facio hic propter dicta Cald.habenda.Ioan.Cald. hic distinguit,quia aut simul vtroque agitur,aut diuisim. primo possessorio.& posteà petitorio,aut ecõtrario. Primo casu scilicet,cum simul est actũ petitorio & possessorio,tũc si liquet de vtroque pro actore,reus cundẽnabitur in vtroq;.per.l.de qua re.& erit vtilis sentẽtia possessorij,propter expẽsas.j.de poenis calũniam.si verò liquet de vtroq; pro reo super vtroq; absoluitur.per regulã actore non probante, &c. Si autẽ liquet pro actore de petitorio,& pro reo de possessorio,pronunciabitur in vtroq;.sed pręualebit sententia petitorij,vt hic.&.s.e. ecclesia.& valebit sentẽtia possessorij propter expẽsas.si verò liquet de petitorio pro reo,& de possessrio pro actore,etiã ꝓnunciabitur in vtroq; eadẽ ratione.vt.c.cũ ecclesia.&.c. significarũt. Et si reus probauit proprietatẽ esse suã trahit ad se possessionẽ,vt hic.& in.c.cũ ecclesia.si nõ probauit,sed constat ex actis de nõ iure actoris,fit restitutio verbalis,& nõ actualis,ex quo de vtroq; est actũ.vt in.c.cũ.super.Sed si reus absoluitur in petitorio ex eo solo.qa actor nõ ꝓbauit rẽ esse suã,tũc possessio restituet actori,sed re⁹ euadet condẽnationẽ expensarũ factarũ ꝓpter cãm petitorij,scdm eũ.sed veri⁹ credo ꝙ cõpẽsabunt

expensę petitorij cum expensis possessorij, in eo in quo cōcur rent, eo quòd in petitorio victor est reus, & actor victus, & econtra in possessorio, per regulam victus victori, &c. nisi aliqua iusta causa vnum & non alterum excusaret. iuxta notata. ĩ. de dolo. c. fina. si autem liquet de altero tantum, vt puta de possessorio pro actore condemnetur reus secūdum naturam possessorij, vt in recuperandæ, ad restitutionem possessionis & fructuum. ĩ. tit. j. grauis. sed si pro reo, absoluatur. Si autem de petitorio tantum constet pro actore, res sibi adiudicetur. vt. ff. de publiciana. l. pe. & vlt. si verò pro reo absoluatur. ĩ. e. c. fi. Secundo principali casu quando diuisim actum est primo possessorio, & posteà petitorio, tūc in possessorio si constet pro actore optinebit, & consequetur restitutiōem possessionis, & fructuum. vt. c. grauis. & c. significarunt. nec poterit posteà agere petitorio ipse actor: quia possessor. ff. vti pos. l. j. §. interdictū autē. de iudi. c. examinata. & prędic. §. ille quoq;. Sed succubuit poterit agere posteà petitorio. s̃. de elect. quærelam. ĩ. c. proximo. ff. de execut. re iudi. l. & an eadem. §. final. Et eadem ratione reus succumbens in possessorio posteà petitorio agere poterit, eo quoq; probante dominium res sibi adiudicabitur, & prævalebit proprietas. vt hic, &. ĩ. de cappel. monac. c. ij. nisi aduersarius exciperet contra eum de l. si quis in tantam. vbi locum habet iteratio probando possessionem & spoliationem, sed si reus non probaret dominiū alter absolueretur, quia tūc reus factus esset actor. per regulam actore non probante, &c. cum autem actor primo succubuit, planum est q̃ reo nō datur actio in petitorio, quia apud eum remanet possessio, vt dixi supra in alio casu. vide tamen quę super ijs latius scripsi. ĩ. eo. c. causa. in clemē. in. vj. q. principali. § queritur hic primo. Tertio casu principali cum primo actum fuit petitorio, si actor probauit consequetur rē, nec aget possessorio posteà, nisi ꝓpter fruct⁹ perceptos, & qui à tēpore deiectiōis ꝑcipi potuerūt. vt in. c. grauis. &. ff. de vi & vi ar. l. j. §. ex die. sed si succubuit in petitorio qa nō ꝓbauit, nihilominus posteà aget possessorio recuperādæ, vt ꝑdic. l. naturaliter. § nihil. & etiā adipiscēdæ, vel retinēdæ, qa nō constat per hoc de iure rei. & sic cessat ratio. l. si is à quo. §. j. ff. vt in pos. lega. ea. sed si succubuit, qa reus ꝓbauit sibi onus probationis assumens, tunc non proderit sibi agere possessorio etiā recuperandę, nisi etiam propter fructus, quia possessionem non consequetur: & sic potest intelligi dictum Inno. q̃ dixi in fine tex. imo hoc casu si ageret possessorio adipiscendæ, vel retinende sibi constaret res iudicata. per regulam dolo facit & per. l. si is à quo. primo responso. & facit ĩ. de proba. licet. Si vero is qui fuit reus, vellet agere possessorio in casu in quo succubuit practica defficit si adhuc possidet, & si possessionē per sentētiam restituit, nō causat hoc possessoriū ipsi reo, quia iustè possidet actor, qui auctore prætore possidet. ff. de acquiren. pos. l. iustè. Sed etiam si optinuit quo ad possessorium adipiscēdę, etiā defficit practica, & idē quoad possessorium recuperandę: quia possessio est apud eū, sed bene ageret possessorio retinendę si turbaretur. econtra in actore qui primo optinuit, & possessionem habuit, quo ad possessorium adipiscēdæ, vel recuperandæ, cum etiam cessat practica, cū iam possideat, vt iam recuperauerit, nisi propter fructus. vt predictum est secundum eum.

¶ OCTAVO quæritur secundum Collect. nunquid sententia lata super petitorio obstat agere volenti interdicto? refert Collect. Inno. notare hic, & clarius de pręscrip. veniens. &. ĩ. ti. j. ex conquæstione. & per Bernar. s̃. c. proximo. super verbo causa non decisa. & melius. ĩ. titu. j. c. secūdo. quòd obstat exceptio. & idem tenet glo. ff. de interdict. l. prima. § quidam. & Inno. en. de rescrip. veniēs. etiam secundum Innocē. hic, siue ante, siue post litem contestatam quo ad possessoriū recuperande facta fuerit spoliatio, sed secus secundum eum si post sententiam. & Hostien. & Nouel. idem recitant. Dynus verò in regula qui ad agendum. & in clemen. j. eod. dicunt idem in possessorio adipiscendæ & retinendæ, licet in recuperandæ dicant secus. quòd dicit verum Collectarius, si si ne possessione nuda proprietas in iudicium est deducta, vt ibi notat Hostien. secundum Innocen. & dummodo spoliatio præcesserit sententiam petitorij: quia si sequeretur tunc secus. Item secus si reus esset absolutus ex eo solo, quia spoliatus proprietatem probare non potuisset. secundum notata infra capitulo proximo. Sic dicit posse intelligi notata Innocē. de rescrip. dilectus. 2. circa medium. vbi notat indistinctè, quòd sententia lata super proprietate, nō obstat agenti possessorio. Reffert etiam Collectarius Dyn. idem tenere infra de regul. iur. qui ad agendum. & quòd Petrus de bellapertica allegabat pro casu. ff. de exceptio. re. iudi. l. si. Et hanc sententiam credit Collectarius veram vbi spoliatus qui optinuit in proprietate vult agere possessorio non ex natura interdicti, sed conditiōe l. si quis in tantam. sed hoc casu secundum Hostien. oportebit probare violentiam de nouo. & credit Collectarius quod ille cui causa commissa fuerit de hoc cognoscere non posset, cum cesset eius potestas. inducens ad hoc notata Innocen. de sequestrati. capitulo primo. circa principium. dicit etiā quòd vbi sententia præcederet spoliationem, quæ non fieret auctoritate iudicis non obstaret exceptio rei iudicatæ. vt infra titulo proximo. accepta. Sed vbi sequeretur secus. vt infra titulo primo. capitulo primo. quia videtur renunciare ex quo non excepit. Dicit etiam quòd indistinctè non obstaret, vbi tempore sententiæ petitorij, si post spoliaretur possideret. infra titulo primo in literis nisi auctoritate iudicis hoc fieret. notatur. xxiij. distin. in nomine domini. Sic potest intelligi secundum eum quòd notant Innocen. & Bernardus, de sequestratio. c. j. vbi notant quòd succumbens in proprietate non potest agere de possessione. Sed ista verba Collectarij non sapiunt mihi.

¶ Quid dicendum ergo? certè ex ijs quæ scripsi in quæstione supra proxima paucis additis potest plenam distinctionem elicere formando quatuor questiones principales. Prima quæstio est, vtrum absolutoria lata in petitorio pariat exceptionē rei iudicatæ in possessorio. Secūda quæstio est, vtrū absolutoria lata in possessorio pariat exceptionē rei iudicatę in petitorio. Tertia quæstio est, vtrum sententia condemnatoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudicatę in possessorio. Quarta quæstio est, vtrum sententia condemnatoria lata in possessorio pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio.

15 ¶ Ad primem quæstionem cum quęritur, † vtrum absolutoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudicatę in possessorio. dicit Bartholus in prędicto. § nihil. quòd si possessoriū habet causam proprietatis tunc parit, &c. vt. ff. de interdict. l. secunda. § quædam. & quòd ibi notatur. & placet hoc Bartholo in. § nihil. Sed hoc cessante quo ad interdictum recuperandæ dicit exceptionē non obstare, eo quòd ante omnia spoliatus debet restitui. vt. l. si quis à se fundum. quòd etiam notat Dynus in capitulo qui ad agendum. & hoc verum teneas regulariter, videlicet cum fertur absolutoria simplex duntaxat per illam regulam actore non probante, &c. Fallit enim in casu videlicet vbi reus vltra procedens onus probationis assumens probasset se habere ius in petitorio, vel actorem spoliatū nullū ius habere. hoc enī sic facto notorio per probationes admissas ipsi spoliato volenti posteà petere possessionem obstaret exceptio dolo facit. per ea quę scripsi post Calderi. in duabus quęstionibus proximè præcedentibus, & supra eo. cum super. in tertia oppositione. § sed ad oppositionem. & supra capitulo proximo. in expositione literali super verbo pendente. & in decima quęstione. § ego autem. & in vndecima quæstione tertia. § sed oppones. Quantum verò ad interdictum adipiscende fatetur Bartholus, quòd etiam non obstat exceptio si lata fuit absolutoria ex eo solo, quia actor non probauit: quia nihil commune, &c. secus tamen dicit si reus probauit se dominum, quasi velit innuere quòd aliud sit quātum ad hoc in interdicto recuperandę, quàm adipiscendæ, quòd non placet per proximè dicta, & hoc verum si de iure rei excipiatur, & incontinenti probetur contra agentem possessorio per sententiam, & acta petitorij, secundum Barth.

vbi supra

26 vbi supra. quòd puto bene dictum, † quia exceptio requirit propositionem & probationem. ff. de excep. l. ij. Idem tamen puto si excipitur de non iure actoris in petitorio, de quo per acta petitorij constet notoriè. per ea quæ scripsi in remissionibus ante dictis. sed oppones de hoc, q exceptio proprietatis possessorio recuperandę opponi non potest. vt. j. titu. j. in literis. quia illud verũ de exceptiõe probãda etiam si pbatio incontinẽti offerret. Secus tñ de exceptiõe iã pbata, vt notatur in dicta. l. dolo facit. q̃a tũc cõstat q dolo facit & per cõsequens q propter dolũ repellendus est vt. ff. de excep. doli. per totum titulum. Quantum verò ad interdictum retinendę dicit Bar. vbi supra, q si constat de iusta possessione eius qui interdictum intentat sibi non obstat exceptio dominij, nec rei iudicatæ. vt in dicto § nihil. secundum primam lecturam. & notatur. ff. de acquiren. possess. l. si de eo. in fine. aut nõ perfectè constat sed probationes vtriusq; sunt pares, tunc agẽtem faceret succumbere sententia super petitorio lata. vt notat Cyn. C. vti pos. l. j. in prima. q. Sed non capio ista verba: nam si actum est petitorio contra reum supponitur q reus possidebat. quomodo ergo actor poterit agere vti pos. nõ video, nisi postea de nouo possessionem acquirat, & tunc bene faterer, q si reus tunc eũ turbaret, & ille ageret interdicto vti pos. nõ posset reus excipere de absolutoria petitorij eo q dominus: quia dominus vim non debet inferre possessori. ff. de vi & vi. ar. l. vim facit. quia illud esset sibi ius dicere. C. de iude. l. nullus. hac enim ratione dicebat Rayne. Dynum malè dixisse in regula qui ad agendum. cum dicit huiusmodi absolutoriam obstare in interdicto retinendę, & sic non procedit glo. idem dicens in. l. si de vi. Saluo etiam q si vterq; allegaret & probaret super possessione, & æqualiter præferretur reus tanquam iustiorem possessionem habens, si de dominio docuisset in petitorio, vel doceret tunc, & tunc procederent notata Cyn. & Bartho. in locis prædictis, & sic intellige quæ scripsi de hoc in quæst. pręcedenti. Si verò reus qui optinuit absolutoriam ageret possessorio retinendę, planum est quòd sua absolutoria suam possessionem iustificans ipsum iuuaret. in interdictis verò recuperandę & adipiscendę hic cessat practica, cum possessor sit.

27 ¶ Ad secundam quęstionẽ cũ quæritur, † vtrum absolutoria lata in possessorio pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio. Respõdet Bar. vbi supra q sic, si possessorium habet causam dominij. vt prædict. § quędam. Sed indistinctè puto cõtrarium per. l. & an & eadem. § si nec obstat. § quædam quia licet dicat q in interdictis causam proprietatis habentibus agentem oporteat de proprietate docere, non tamen dicit q oporteat docere plenè, sicut petens seruitutem ad aliquem fundum, tanquam suum, debet probare de proprietate illius nõ tamen plenè. & ideò si succumbit & agat posteà de proprietate illius, nõ obstat sibi exceptio. ff. de excep. l. si ãte. & optimè facit quæ scripsi. s. ti. ij. c. ij. in iij. q. principali. & q in interdicto tali non sit necesse plenè de proprietate probare patet, quia ibi de proprietate principaliter non agitur, nec propter se vt ostendetur. j. tit. primo. ad decimas lib. vj.

28 ¶ Ad tertiã qõnem cũ quæri. † vtrum cõdemnatoria pariat exceptionem rei iudicatę in possessorio, & puto q sic. patet in possessorio retinendę cum per sententiam petitorij tenetur reus possessionem restituere, t vt hic. patet in possessorio recuparandæ & adipiscendæ, quia vtrique obstat exceptio dominij iam probata, vt dixi. saluo q legitur & notatur, de interdict. quorũ lega. l. j. § j. etiam si de nouo spoliaretur per rationem supra proximam, quæ tunc etiam viget.

29 ¶ † Ad quartã respoode vt ad secundam. De prędictis etiã omnino vide in clemen. causa. j. e. in. viij. q. principali. Quęrit etiam Bar. in dicto. § nihil. de alijs. xvij. quęstionibus quę sequuntur. Primo, vtrum renuncians petitorio per hoc trãsferat dominium in aduersarium. Secundo, vtrum transiens de petitorio ad possessorium debeat cõdemnari in expensis. ¶ Tertio, vtrum videatur renunciare petitorio de illo transiens ad possessorium. ¶ Quarto, vtrum transiens de possessorio ad petitoriũ videatur renũciare possessorio. ¶ Quinto qualiter potest quis ignorare se possidere. Sexto de proponente petitorium simpliciter, an videatur proponere respectu possessionis naturalis & ciuilis. Septimo qualiter vnus & idem potest proponere primo petitorium & secundo possessorium. Octauo qualiter vnus & idem primo potest proponere possessorium & secundo petitorium. Nono qualiter vnus & idem simul & semel proponere potest vtrunque. Decimo qualiter vnus petitorium, & alius secundo possessoriũ proponere potest. Vndecimo qualiter vnus primo possessorium, & alter secundo petitorium proponere potest, Duodecimo quomodo simul & eodem tempore vnus potest proponere petitoriũ, & alius possessoriũ. Decimo tertio qualiter simul vterq; vtrũq; simul proponere potest. Decimo quarto vtrum in casibus in quibus dicta iudicia non concurrũt, sit necesse q opponatur exceptio, & si non opponatur an iudicia sint nulla, vel saltim reus veniat absoluendus. Decimo quinto nunquid in possessorio necessaria sit litis contestatio, Decimo sexto vtrum petitorium & possessorium in casu cõcursus sint eadem sententia terminanda. Decimo septimo, vtrum interdicta exhibitoria debeãt præcedere petitoria iudicia, de quibus aliqua dixi. s. eo. c. & s. e. ti. in tribus capitulis præcedentibus. & s. titu. ij. & finali. reliqua verò dicam in cle. causa. j. eodẽ. ¶ Collectarius autem hic infert notata Cyni, vbi de causa. sta. l. vni. in quæstionibus primis Item quærit quid est dominiũ, & quid est possessio ponens aliqua de illis quæ scripsi, & de quibus remisi supra eodem in rubrica. & s. c. proximo. in prima quęstione principali circa principium & dicitur q commu-
20 niter tenetur opinio Azo. quę habet, † q non est nisi vna possessio differens per accidentia, dicens id magis subtile quã vtile, & possessionem non esse de iure ciuili quia ante illud erant dominia. i. di. ius gentium. vj. di. in fine. Dicit etiam non quæri possessionem per aspectum, nisi adsit voluntas tradentis, nec quæri per baculum, vel festucam, licet quæratur per traditionem clauium, remittens ad Hostien. in summa huius ti. & ad collecta sua. j. tit. j. in literis. & de furtis c. finali. Item petitorio & possessorio recuperandę per spoliatum contra spoliatorem simul intentatis, & proprietate probata per neutrum, dicit Bernar. notare. s. c. proximo. super verbo causa. i. õde. na. spoliatum succumbere, & proprietatem penes violentum remanere. & idem notari per Innocen. s. c. proximo. super verbo iniquitat. & de post. prel. c. boną. ij. quòd intelligit, nisi & violentus deduxisset in iudicium proprietatem, & nõ probasset, hoc casu tenens regulam quòd restituatur spoliatus vt in iuribus istis, & videtur expressum. j. tit. proximo. c. j. in fine. Et vide optimè per Inno. in prędicto capitulo boną. circa principium tertiæ collumnæ. sed tene indubitanter, quòd probata spoliatione optinet spoliatus possessionis restitutionem cum fructibus. nisi spoliator de proprietatè docuisset. per ea quæ dixi in præcedentibus. Subdit se non audere adhęrere sententię Nouellæ positæ supra titulo. ij. capitulo finali. quæ habet obligatum sacramento non posse de spoliatione excipere de qua dixi. s. titu. ij. capitulo. ij. in octaua oppositione ver plus dicit. ratio sua est, quia priuilegium spoliati est fauorabile & generale, nec recipit exceptionẽ nisi alterius spoliationis. s. titulo. ij. capitulo. si. placet primum si constet de iuramento per probationes iam receptas, quia tunc constat quòd non potest sic petere quin deieret, & peccet aliter non. per ea quæ scripsi supra iij. q. viij. principali. § ad primam quęstionem. ver. & hoc verum teneas. & in remissionibus ibi datis. Quærit etiam nunquid deducenti vtrunque, & solum ad possessoriũ concludenti potest quæstio proprietatis opponi. videtur quòd non, vt modus agendi ex conclusione sumatur, iuxta quam fertur sententia. vt prędicto capitulo licet H ly. & videtur expressum secundum enim. de probatio. licet. & de electione quęrelam. ipse tenet contrarium per capi. cum Ecclesia. s. eo. & de fili. presbi. constitutus. & de elect. cum ana dicens ad contraria, quòd non videtur agere quantum ad hoc quòd non optineat in proprietate. aliàs secus.

¶ Fac. pro eo, quia postquā deduxit proprietatem ad se pertinere potest reus deducere contrarium per regulam, non licet actori, &c. Sed ego credo contrarium: quia vltra intentioné agentis quæ colligitur ex fine, hoc est ex modo petitionis natura actionis nō porrigitur. vt. s. ti. ij. c. ij. Prætereà verum est dicere absolutè ꝙ iste non egit petitorio, sed solo possessorio, Ideò stabit priuilegium ipsius possessorij, de quo supra. ti. ij. c. fina. Facit optimè, quia narratio fit propter petitionem, non econtra. s. de libel. obla. c. iij. j. de re. iudi. Abbate. li. vj. modo quando vnum propter alterum, illud alterum solum inspicitur & fingitur vtrobiq; totum vnum. ff. de iur. doti. l. profectitia. de conditio. & demonstr. l. filio. & pro donato. l. vltima. & prima quæstio. iij. si quis obiecerit. cum similibus. Præterea quia præsumendum est ad solam possessorij iustificationem hoc deductum, igitur ad causam petitorij nō est id trahendum. patet antecedens: quia nō est verisimile quòd voluerit in dubio hoc in suum præiudicium deduxisse. ff. de tes. mili. l. si miles. patet consequentia propter contrariam intentionem agentis. ff. si certum petatur.

¶ SVMMARIVM.

1 *Confirmatione administrandi ius confirmato queri, etiam si ab eo qui eligendi facultatem non habet cōfirmatio facta fuerit.*

2 *Confirmationi clandestine factæ opposita exceptiōe effectus impeditur.*

3 *Ab actibus qui extra iudicium fiunt appellare nō esse necesse.*

4 *Collatio Episcopi infra tempus cuiuscunq; patroni ipso iure nulla est. & maximè laici. & nume. 10.*

5 *Quæ auctoritatis sunt non suo tempore minimè valent.*

6 *Præsentatio, vel electio post alterius præsentationem, vel electionem de iure validam nundumq; cassatam facta, ipso iure nulla est.*

7 *Dispositio præter agentis intentionem effectum non producit.*

8 *Collatio iure deuoluto facta vbi tamen deuolutioni locus non erat non valet.*

9 *Non entis nullæ sunt partes.*

11 *Collatio facta contempto patrono clerico ipso iure nulla non est, sed annullanda vt nonnulli voluerunt.*

12 *Collationem beneficij præsentatiui per Episcopum simpliciter factam quouis patrono sprcto ab initio ipso iure nullam esse hæresis Bellemeræ est.*

13 *De ecclesijs & ecclesiasticis beneficijs disponendi tres modi.*

14 *Antequam quis possit dici plenum ius in beneficijs electiuis & præsentatiuis habere, electio & confirmatio requiruntur, item præsentatio & institutio.*

15 *Concessio potestatis facta ab homine in vna specie ad aliam separatam extendi non debet.*

16 *Collatio beneficij verborum formam non requirit, sed consensu ipso solo perficitur.*

17 *Collatio beneficij de sui natura suspensionem nō recipit.*

18 *Consensus fictus, & tacitus non expressus, præcedentem dispositionem quæ ipso iure nulla est, nec viuificat, nec viuificare potest.*

19 *Permutationi in beneficijs præsentatiuis patrono contempto locus est.*

20 *Iurisdictioné iudicis sola suspitionis propositione minimè suspendere.*

¶ CAP. VII



Vm olim. *Quæstio.* si consideraretur recusatio iudicum, & cōsultatio, ac respōsio Papæ posset collocari hæc decreta. sub titulo de offic. dele. & sic fuit factū in quarta compilatione. Item si consideretur origo negocij ex electione præcedens, potest collocari sub titulo de electione. Item si fuisset consideratus finis, & petitorium pronunciationis beneficij adiudicationem respiciens, potuisset collocari sub titulo de præben. verum quia tam proxima & immediata decisionis ipsius decre. principalius inspicienda. ff. de cond. ob turp. causam. l. pe. apparet quod debuit collocari sub isto titulo. Causa enī huiusmodi fuit commodum possessionis, vel quasi iuris eligendi, quæ possessio vel quasi probata fuit extitisse apud Episcopum eligenté, vt patet hîc in versu quia attestationes in principio. Sufficit enim ei cui dignitas est collocata, si probat ꝙ conferens collationis tempore, ius conferendi possederit, vt hic. vel aliter facit ad titulum quo ad primam parté de causa possessiōis, quia ratione ipsius adiudicatur Archidiaconatus, & quo ad parté secūdam de causa proprietatis, quia illius quæstio succumbenti in causa possessionis hîc reseruatur in fine, & sic malè videtur dixisse. Innocentius hîc in fine suæ secundę glo, dicit ꝙ hęc decreta. nihil facit ad titulum. super quo hîc vide Bernard. in fi. penultimæ glo. & commenda menti totam illam glosam. ex quibus patet ratio dubitandi in hac decretali & decidendi, & fortè in hoc vertebatur quæstio seu contentio consultationis istius decretalis, quia in Archidyaconum per Episcopum electus petebat suam electionem confirmari, vel petebat Archidyaconatum ad quem fuerat sic electus cum eum non possideret, vel quasi. vel petebat sibi obediri, aut responderi tanq̃ Archidyacono, ꝙ idé est sicut Archidyaconatum petere, vt credit Innocen. aduersus quem contendebant Archipresbyt. & canonici allegantes electionem per Episcopum de eo factā non valere, eo ꝙ ad ipsos solos spectat electio, vel collatio ex aliquo speciali iure, vel fortè dicentes eam cassandam, quia de iure communi ad ipsos simul cum Episcopo huiusmodi electo, vel collatio pertinebat secundū Franciscum. & omnino vide quæ scripsi. j. e. c. in vj oppositiōe.

¶ PRIMO opponitur, quia videtur ꝙ non fuerit necesse inquirere an ad Episcopū electio Archidyaconi pertineret, quia Episcopus eligendo illum in Archidyaconum sibi Ar
1 chidyaconatū cōtulerat, & conferendo confirmauerat, † nā per confirmationem acquiritur ius administrandi confirmato etiam si confirmatio sit facta ab eo qui eligendi potestaté nō habet. vt probatur in eo quòd legitur & notatur. s. e. cùm super. videtur ergo quòd non debuerit inquiri in hoc casu, an Episcopus fuerit in possessione eligendi, sed quòd statum debuerit Papa præcipere quòd ex quo confirmatus erat pro Archidyacono haberetur. vt patet in eo quòd legitur & notatur. j. de appella. constitutus. ij. § fi. Confirmatur, quia Archidyaconus iste potest implorare officium iudicis ad hoc vt in Archidyaconum admittatur, vel vt restituatur. s. de offici. indi. c. ij. quod officiū cōpetit non solū cōtra eū qui spoliat, sed & cōtra eū qui nō soluit debitū. vt notatur. s. de electio. querelā. archipresby. verò & canonici nō soluebāt ei debitū ex quo ipsi nō recipiebāt in Archidyaconū, vt debebāt. Respōdet Innoc. dicēs ꝙ si cōfirmatio fiat tā solēniter & maturè, ꝙ aduersarius habeat ante cōfirmationé, & tépus, & potestatem excipiendi de cetero nō potest quominus confirmatio suum effectum habeat, nec de peccato in electiōe habito, neq; de personę vitio aliquid excipiendo proponere licet in modum accusationis, vel denūciationis admitti posset. vt. j. de appell. constitutis. ij. nisi adhuc restaret consecratio vel ordinatio facienda, tunc enim in modum exceptiōis repelli potest consecrari, vel ordinari petens, & sic suppleri quod in confirmatione fuit omissum. s. de electi. cùm dilectus j. de accusa. super ijs. sed & quandoq; in ijs per supplicatiōem vel restitutionem in integrum subuenitur. vt notatur. s. de offic. dele. pastoralis. § finali. Sed quando cōfirmatio fuit facta præcipitanter, sic quòd ante cōfirmatiōem aduersarius qui se opponit excipiendi congruum tempus non habuit, sicut fit in eo qui eligendo confirmat, tunc valet quidé cōfirmatio siue collatio. tamé nihilominus potest per aduersarium dici, hoc est excipi cōtra electionem, & confirmationem, seu collationem de initio eius, imo & etiam cōtra personam, etiam de eius initio si tamen diffamata sit, & tunc electionis, confirmationis. seu collationis huiusmodi impedietur effectus secūdum Innocen. videlicet quousq; illud quod obijcitur examinatū fuerit, & etiam diffinitiuum, vt hîc secundum Hostien. & Nouellam. allegat Innocen. j. de accusa. accedens. allegat Hosti. ar. bonum. xxiij. qui Episcopus. xcij. dist. si quis ordinatus. & capitulis sequentibus. & melius in authen. quomodo oportet Episcopos. § oportet autem in ipso ordinatiōis tempore. & § sequenti. collatione prima. & de santissi. Episco. § si qua autem electum. collunna. ij. collatio. ix. j. qui matrimo. accusa. possunt c. finali. & est ratio secundum Innocen. & Hostien. quia illi

quia illi qui collationem seu confirmationẽ ignorauit & ad opponendum ibi tempus conueniens nõ habuit, & qui in nulla culpa seu negligentia deprehẽditur, non potest aliquid imputari, imo debet ei per ius seu iuris ministerium potius subueniri. ar. ff. de accusa. l. si cui. § pri. & in iuribus allegatis. ĩ. & in eo ꝙ legitur & notatur. ĩ. de re iudi. c. penul. & de cleri. excommu. c. apostolicæ. Nec obstat. s. e. c. cũ super quia ibi cõfirmatus petebat restitutionẽ pro eo quòd fuerat spoliatus, hîc autem licet habuerit ius ex confirmatione, quia tamẽ nõ fuerat corporalem possessiõem adeptus, nec petebat, nec petere poterat restitutionem. ff. de acqui. pos. cũ hęredes. secundũ Inno. ĩ. titu. j. ex parte § j. vers. j. Item ibi petebatur restitutio episcopatus vbi aliquid peculiare occurrit, vt patet ex ijs quæ ibi notantur, secundum Hostié. Item non obstat etiam quòd dicitur, ꝙ pro iuribus denegatis competit restitutio. s. de electio. quærelam. quia illud intelligẽdum est de iuribus quę petens prius possederat, at hîc nũquã possederat, & ideò cum nomine suo, & non ecclesiæ ageret, nec interdictum, nec officium iudicis competebat. vt. ff. de vi & vi ar. l. j. § interdictum autem hoc nulli competit. & l. ij. § vnde vi interdictũ. secundum Inno. Conclude ergo secundum Hosti. ꝙ vbi opponens ante confirmationem non habuit tempus congruũ opponendi, nec potest sibi aliquid imputari, tunc etiam post confirmationem auditur, vt ex pręmissis patet. Ex quibus se-
2 cundum Inno. inferas † ꝙ si clandestina fiat confirmatio seu collatio per exceptiõem oppositam eius impeditur effectus. ĩ. vt eccle. bene. vt nostrum. & de appel. vt nostrũ. & idem secundum eum si fiat aliquo pręcurrente acceleratè, vt in exceptione aduersarius supplantetur. ar. ĩ. de dolo & contu. cum olim Daniel. & ĩ. de app. oblatæ § j. vers. si verò nõ sit. Et idẽ si dicatur confirmationem omnino nullam esse. vt notatur in prædict. c. cum olim Daniel. Et idem si fiat in absentia illorum qui non contradicunt, & contradicere possunt. sed tunc quia absentes erant non potuerunt. ar. ĩ. qui matrimo. accus. possunt. c. finali. & de accusa. c. accedens. Nec enim potest imputari absenti & ignoranti, si non opposuit se confirmationi. tamen Inno. hunc casum non admittit, quia licet in hoc casu. s. quando absens fuit posteà veniens posset agere & denunciare. vt. ĩ. qui matrimo. accusa. possunt. c. finali. non tamẽ excipere. nec obstat. ĩ. de accusa. accedens. quia ibi non admittit aduersario propter absentiam suam, sed propter infamiã confirmati. Sed nunquid videtur etiam excipiens si dicat eũ qui simul elegit & confirmauit, non habuisse ius eligẽdi? respondet Inno. ꝙ sic, vt hic. dicit tamen ꝙ secus diceret, si alius elegisset, & alius confirmasset, & is qui se nunc confirmato opponit habuisset ante confirmationem tempus congruum ad excipiendum, talis enim modus exceptionis non audiretur, vt est dictum. quia quantumcunq; electionẽ solam nullam, & non confirmationem dicat, non impeditur effectus confirmatiõis vt dictum est, quia exceptio minus canonicè electionis non suspendi effectum confirmationis. vt prædict. c. constitutis. § finali. licet appellatio, vel in integrum restitutio bene impediret. & sic loquitur. l. vltima. C. si ex falsis instru. sed oppones aduersus primum dictum, quia videtur imputãdũ esse opponere volentibus si tempus congruum non habebãt cur non appellarunt quamcito sciuerunt. ij. q. vj. biduum. § si aduersus. respondet Inno. quòd imo non eis imputandum, & quòd illud quod dicitur in § si aduersus. locum habet tan-
3 tum. in iudicijs, † quia extra iudicium si quid fiat, non est necesse appellare. vt notatur. ĩ. de ijs quæ fiunt à maio. parte capitul. capitulo primo. licet fateatur appellari posse. vt. ĩ. de appella. ad audientiam. & c. constitutis ij. & c. bonæ. & in multis alijs capitulis secũdum Inno. dummodo infra. x. dies à tempore scientię. ĩ. de appel. concertationi. li. vj. secundum Nouel. Subdit tamen Innocen. ꝙ licet prædicta non possint per modum exceptionis impedire effectum confirmationis possunt tamen in modum actionis, videlicet post confirmationem in modum denunciationis, vel accusationis agendo dictum effectum impedire, vt remoueatur, vel cassetur quod factum est. vt prædict. c. constitutis. Item & alijs modis, vt notatur. s. de elect. dudum. secundum Inno. Hostien. autem dicit, quòd & si subtilia sint, & satis probabilia & rationabilia huiusmodi dicta Innocen. tamẽ quædam decretalis videtur illa destruere, quæ videtur aperte dicere, ꝙ etiam in casu isto vbi scilicet Archiepiscopus conferendo confirmauit, & is qui post cõfirmationem se opponit ante confirmationẽ tempus congruum ad excipiendum non habuit, tamen non auditur excipiendo, sed tantummodo accusando vel denunciando. vt. ĩ. de conces. præben. post electionem § finali ad finẽ. Sed potest secundum eum responderi, quòd ille qui ibi excipiebat etiam in modum exceptionis fuit sufficiẽter auditus, sed quia nihil probauit rationabile ideò contrariam sentẽtiã reportauit, per quam etiam declaratur ꝙ vlterius in modũ exceptionis nullatenus audiatur. vt euidẽter ibi exprimitur, & sic non infirmat quæ pręd icta sunt. Et adde ꝙ ibi notatur, & in prædict. c. accedens. & de præsump. c. finali. & prędict. c. constitutis. § fi. Nouel. hoc solum addit ꝙ predicta in quantum de confirmatione tractãt, videntur hodie superflua, per decretalem vltimam. de elect. lib. vj. de materia etiam remittit ad ea quę ipse scripsit de elect. quod sicut. post gl. Sed illa fuerunt dicta Compost. ¶ Collectarius verò dicit ꝙ adhuc obstat prædict. c. accedens. quia ibi loquitur de simplici prouisione vbi electio & confirmatio nõ cõcurrunt, & quæ fuit facta in absentia opponentis, qui tamen post excipiens non auditur. vnde credit esse dicẽdum. ꝙ tali cõfirmato seu prouisio, qui fuit ante possessionis adeptionem confirmatus, vel prouisus, de crimine nõ potest excipi, sed bene de impotẽtia prouisoris, vel de alia nullitate. vt. ĩ. de electione si confirmationem. lib. vj. ad ꝙ vide secundum eum Inn. de pręsump. dudum. de transact. de cætern. & Archidia. de lit. contest. c. exceptionis. super verbo contingentis. lib. vj. Saluo ꝙ forsan si paratas probationes haberet audiretur. & idem forsan de qualibet alia exceptione cuius probationes paratæ essent. de re iudic. cum olim. secundum Cardina. in prædict. c. exceptionis. Itẽ opponit contra prædicta de regu. iur. cui damus. per quam videretur exceptionem multo fortius dandam. Respondet regulam intelligi quando circa idem, & ad idem tendunt actio & exceptio. In proposito verò actio tẽdit ad vindictã, sed exceptio competit ratione interesse. ad ꝙ vide Inno. ĩ. de excess. præla. inter dilectos. in prima collum. Mar. de salua dicebat per prædicta ꝙ contra gratiam impetrantis apostolici, nunquam potest opponi crimen in modum exceptionis, quia hoc redderet gratiam nullam ipso iure. per notata Bernard. s. de rescript. ad audientiam. ij. & aliorum. ĩ. de præbend. si motu. li. vj. sic enim posset opponi cõtra cõfirmatũ ꝙ est falsum, vt patet ex dictis nec etiã põt opponi ad ĩpediẽdã possessionis traditionem, nisi eũ crimine opponeretur infamia. vt prædict. c. accedens. & hoc etiã tenuit Copostel. in pręd. c. ꝙ sicut. in collatione ordinarij. & idẽ videtur notare Inn. ĩ. de concess. prębend. c. proposuit. in prima glo. magna ver. sed si vellet. & ver. sed hoc non placet. vbi vult Inn. dicere ꝙ crimina in personam obijciũtur non in gratiam. de hoc autẽ qualiter in electos confirmatos vel prouisos, potest obijci, remittit ad not. plenissimè per Cõpost. in pdict. c. ꝙ sicut. & de hoc etiã remittit ad notata p Inn. ĩ. de dolo & cõtu. cũ olim. & de excep. pl. c. inter dilectos. Ego autẽ de hac materia propono dicere in. c. accedens. vbi magis proprie cadit quã hic.

¶ SECVNDO principaliter opponitur, quia ex ista decret. & ex dictis Inn. & Host. in pcedenti oppositiõe, videtur insurgere ista conclusio videlicet, quòd si episcopus eligẽdo contulit Archidiaconatum contemptis Archipresbytero, & canonicis suis ad quos saltem de iure communi spectat dare saltem consensum, vel consilium in electione, seu collatione prædicta. ĩ. de ijs quæ fiunt à præla. c. nouit. & c. sequentibus. valet nihilominus ipso iure electio, siue collatio, licet postmodum agere valeant de contemptu contra quòd opponitur, quia collatio, vel institutio de beneficio præsentatiuo infra tempus præsentandi facta contempto patrono, ipso iure

sa.ibi:nec obest,&c.cum dicit nec enim interest,an patronus ab initio consentiat,vel ex post facto,quoad hoc vt sine consensu suo ordinata non videatur ecclesia q cōfirmat:quia tūc cessat causa impediens.s.deffectus consensus patroni,& superuenit cōfirmās.s.ipse consensus. iuxta notata Dyn.in regula non firmatur.sed respondebatur quòd illud quòd dicit Hostien.solum respicit impedimentum contradictionis patroni:quia si cōsentijt, etiam ex post facto non potest à modo cōqueri,sine consensu suo ecclesiā fuisse ordinatā,non autē respicit deffectum ipsius collationis respectu conferentis tēpore illo potestate carētis.de quo infra dicam.nec obstat quòd cessauit causa impediens,& superuenit cōfirmans,nam solus consensus patroni non est causa cōfirmans, sed requiritur superioris auctoritas vt.c.cum dilectus.de offi.leg.quæ si ab initio nulliter fuit interposita,necessario videtur reiterata.

¶ QVINTO inducit ꝓ casu.c.cū Bartholdꝰ.ĩ.de re iud. vbi dicit tex:secūdū eū q collatio epi facta ad p̄sentationē nō veri patroni vero patrono cōtēpto, & aliū presentante cassatur.Ex quo infert duo.Primum q valuit ab initio ipso iure, quia quod nullum est non cassatur.Secundum est q si verus patronus non præsentasset, nec de contemptu egisset,firma mansisset.Sed respondetur,q ille non est casus dictę decreta. quia ibi non loquitur de collatione quæ ad episcopum non pertinet,sed de institutione ad eum pertinente. Item ibi non irritatur institutio,sed sententia lata pro instituto, imo clarè intelligēdū aperte ibi innuitur nullam fuisse institutionē ipso iure:quia ibi pronunciatur in effectu secundā præsentatiōem veri patroni fuisse canonicam, & propterea secundo præsentato ibi adiudicatur ecclesia,q tamē non esset de iure verum, si ipso iure institutio valuisset ĩ,quia p̄sentatio vel electio facta post institutionem alterius de iure validam, & nundum cassatam ipso iure est nulla.vt patet ex ijs quæ leg. & not. de elect,considerauimus.de excess.præla.inter dilectos. & maximè quia,si tenuit institutio,sublata fuit iuris vaccatio, & sic secunda præsentatio facta foret de beneficio non vaccante. contra.c.primum.& secundum.ĩ.de conces.præben.ar. optimum.ĩ.de iur.pa.c. illud. & sic casus quem ille inducebat pro se,videtur vrgere fortiter contra eum.

¶ SEXTO inducit decret.suggestum.ĩ.de decimis. vbi videtur sufficere cōsensus patroni posteà subsecutus. Sad respōdebatur,q ibi non loquitur de presentatiōe,collatione,vel institutione in titulo,sed de donatione quarumdā ecclesiarum patronaliū facta alteri ecclesię, quæ nullo modo pertinet ad patronum,sed simpliciter pertinet ad episcopū,licet consensus patroni sit necessarius, & ideò sufficit q interueniat ex post facto.vt prædict.c.cum vos.hic autem præsentatio pertinet ad patronum,& collatio non pertinet ad episcopū, sed sola institutio,quæ etiam ad eū pertinere non pōt nisi præsentatiōne præcedente,propter naturā correlatiuorū,& etiā collatio beneficij,vt beneficij nō ita recipit suspensionē.siue donatio ecclesiæ,vt proprietatis.patet ex notatis Ioan.An.in regula non firmatur.& videbitis in prædic.c.suggestum.

¶ SEPTIMO inducit notata Io.An.de rebus eccle. non alien.c.dudum.verbo.tractatus.vbi tenet q nō est necesse q in tractatu alienationis canonici simul cōsentiāt. Sed respōdebatur primo,q illa opinio est dubia,nec approbatur per omnes.Secundo quòd Ioan.An.non se refert ad diuersitatē temporis totalis,sed ad successum loquutionis infra tempus idē. illa enim quę inuicem continuantur, circa vnius actus expeditionem censentur simul fieri.C.de testa.l.hac consultissima. C.de pact.l.petens.ff.si certum petatur.l.lecta.§.dicebam.

¶ OCTAVO inducebat notata Inn.in p̄dicto.c. Bartoldus.in fi.iij.gl.dicens ibi esse expressum,q si episcopus aliquē instituat sine patrono cassabitur factum episcopi.sed respondebatur q refert se ad cassationem facti,& ad casum illius decret.de quo prædixi.Inducebat etiam ius patroni esse debile, & quasi ex gratia dependere,& totam dispositionē totius ad episcopum pertinere. per notata Hosti.de iure patro. quoniam.Sed respondebatur,q debile dicitur ius patroni,respectu iuris episcopi,quòd fortius est respectu effectus fortioris quem producit.& dicebatur etiam q Host.in.c.quoniam.loquitur de patrono laico, & nos de clerico. sed alio respectu ius patroni est maius:quia liberius.

¶ NONO inducebat.xvij.q.vij.c.decernimus. in fine. ibi: & ad verecundiam sui,alios in eorum loco,quos ipsi fundatores condignos elegerint ordinari.Ex hoc enim videtur q bene tenet ab initio,sed patrono alium præsentāte irrita erit. s.per sententiam. Sed respondebatur q ille intellectus,qui dicitur fuisse Hugut.,est contra litterā ibi: & ordinationē suam irritam nouerit.dicitur enim q in fine ibi,& ad verecūdiam, &c.Respondet textus tacitè quęstioni, qua queri poterat an Papa,propter honorem episcopi deberet mandare,q rata haberetur ordinatio eius,ad quam ibi respondet textus, dicens quòd non,imo econtra quòd ad verecundiam.&c.

¶ DECIMO inducebat.c.illud.in fine.ĩ.de iure pa.aliqui volunt dicere q loquitur in patrono laico,nos verò in clerico. Alij exponunt irritandam.s.de facto in quantum de facto processit,vel irritandam.i.irritam nunciandam,vt supra de elect.cū post petitam.in fi.cum notatis per Nouel.ibi. & c.quia propter.e.tit.vt vitetur correctio.c.decernimus.allegati.arg.C.de inoffi.doti.l.vn.ĩ.de elect.cū expediat. nec obstat quod ibi dicit de rigore iuris,quia illud respicit permissionem seu concessionem ecclesiæ.de hoc iure patronatus factam laico,vt ibi notat Hosti.per.c.iij e.tit.sed eo concesso à iure iustum est quòd non frustretur effectu. ff. de flu. l. penult.c.si Papa.de priuil.cum similibus.& regula docet. & regula indultum.lib.vj.

¶ VNDECIMO probat.quia si impediret efficacia collationis à principio,aut hoc procederet ex persona per quam vaccauit & hoc non,quia illa desijt habere ius:aut ex persona patroni,& hoc nō, quia per lapsum temporis est exclusus,cū vt supponitur nō pręsentauerit ante,nec post,nec egerit, nec hodie agat de contemptu.Sed respondebatur q imo ex persona episcopi procedebat propter deffectum potestatis,& ex persona patroni,ꝓpter ius q habebat tēpore collationis,licet forsan posteà per lapsū tēporis illud ꝑdiderit, sicut collatio ordinarij facta infra mensē expectātis est ipso iure nulla,propter ius expectātis q tūc pēdet,licet expectās nō acceptauerit, nec acceptet posteà sed per lapsū tēporis excludatˀ, vt cle.cū ei quē.§.secus.de cōcess.p̄bē.Itē ex natura ipsiꝰ collatiōis quæ suspensionem non recipit.ĩ.de elect.c.in electionibus.lib.vj. cum ibi notatis.& ideo ab initio nulla posteà non recōualescit,sed noua collatione opus est,sicut in casu quem posui de collatione ordinarij facta.ĩ. mensem expectantis. scripsit Nouel.in prædicto.c.statutum. ar.de elect.auditis.& in regula non firmatur.nam licet per sequentem consensum patroni cesset causa impediens,nisi fiat noua collatio non superuenit causa confirmans,& sic rectè ad propositum veniunt nota Dyn.in regula non firmatur.pro parte contraria allegata. Inducebat q consensus ab initio deficiens,seu eius deffectus per sequentē cōsensum tacitum purgabatur.sed illud non sufficit ad purgandum deffectum collationis vitiosæ.per ea quę proximè dixi.

¶ DVODECIMO probat quia,si deffectus cōsensus adhuc remaneret non purgatus,aut eius purgatio collationem non purgaret,istud esset peccatum in forma,non in materia, videlicet ipsius collationis, modo ad excipiendum nō admittitur,nisi illi solum quorum interest.vt notat Inno.de accusa.super ijs.sed respōdebatur q iste qui impetrauit ecclesiam si non esset alteri ius quæsitum qui est principalis competitor,& totam suam intentionem fundat super vaccatiōe ecclesiæ,tempore suæ collationis,& deffectu ordinarię collatiōis in hoc prætendit notabile interesse.ar.ĩ. de elec.c.fin.lib.vj. cum ibi notatis.

¶ DECIMOTERTIO respondet ad.c.ex parte.ĩ. de concess.præbē.vbi collatio tanquam de deuoluto facta cessante deuolutione,non valet.dicens,quòd hoc ibi inducit deffectus vaccationis.quę hic supponitur. Sed dicebatur decretalē

initio nullus esset actus alienationis,& sic loquitur capi.cum vos. Item quia ad capitulum ecclesiæ cathedralis quód repræsentatur in maiori canonicorũ parte spectat electio. Ideò facta à maiori parte contempta minori valet electio ipso iure ab initio,licet sit necessarius consensus partis minoris.ne ad eius reclamatiõem valeat infirmari. & ideò subsequi potest. vt in.c.ꝙ sicut & sic procedunt notata Innocen.de consuetudi.c.cum consuetudinis.in glo.ij.de reb.eccle.non alie.c. dudum.lib.vj.in glo.magna.versi. & nota ꝙ aliud est.& de accusat.si constiterit.in gl.ij.& quòd notatur de iure patro.super verbo inhibentes.in cle. Fallit vbi consensus requisitio est de substantia formæ, vt in dicto.c.dudum.&.xij.q.ij.sine exceptione.& patet ex ijs quæ leg.& not.s.de elect.cum in veteri.& de arbit.cum olim. In secundo vero casu,patet exemplum in pluribus delegatis,simul delegatis,simul datis,quorũ vnus sine alio potest.s.de offi.deleg.c.vn.delegatorum.cum similibus.patet magis ád propositum in alienatiõe rei minoris immobilis, quam facit tutor, vel curator vna cum iudice,quia consensum,& auctoritatem interponit,cuius consensus & auctoritas ad complemẽtum actus requiritur. vnde si alienet tutor,vel curator,nec consensus & auctoritas iudicis in actu interueniant,totum nullum est. C. de prędi.minor.sine decre.non alien.in rubro & in nigro. Idem de minore cõtrahẽte,vbi requiritur in contractu curatoris auctoritas. qua omissa totum nullum est. C. si aduersus vendi l.si curatorem. Et est ratio,quia quando plures causæ requiruntur ad expeditionem & consũmationem actus,si alteri defficit,totum ruit. ff.de transact.l cum ij.§ si prætor.& maximè si defficit causa antecedens & disponens,sicut patris vel domini.in additiõe filij,vel serui.ff.de acquiré.hære.l.si quis mihi bona.§ iussum. & est ratio,quia secundum Phil.agens nó agit in materia bene disposita,& idcirco si non valet electio præcedens,non potest valere confirmatio sequens.vt.s.e.cum super.& ibi notatur.

13 Secundum fundamentum est,† ꝙ nos habemus tres modos disponendi de ecclesijs,& ecclesiasticis beneficijs. Primus modus est in beneficijs electiuis per electioné & cõfirmationé.& de isto.s.de elect.per totũ. Fallit vbi nõ est ad quã cõfirmatio ptinere posit.qa tunc licet cadat ibi electio nó cadit, ibi confirmatio.sed habet electio vim prouisiõis.vt.s de electio.c.licet de euitanda.& sic potest intelligi ista decretal.videlicet,cum electio beneficij inferioris,pertinet ad episcopũ in diœcesi sua:quia non est in diœcesi superior episcopo.qui factum eius examinare posit,ideo habet vim collationis,vt hic. Secundus modus est in beneficijs pręsentatiuis,& per pręsentationem,& institutiõem.& iste differt à primo,quia electio communiter fit à pluribus,præsentatio vero communiter fit ab vno,sed in alijs conuenit:nam sicut per electionem, nõ quærit plenũ ius, sed per cõfirmationé,vt patet ex ijs quę leguntur & notantur.j.de elect.c.si electio.lib.vj.& supra de translatio.c.secundo.& per Inno. supra de transact.c.de cætero.sic per præsentationem nõ quæritur plenum ius præsentato,sed per institutionem.vt notat Innocen. de offi.le.dilectus. Item quia sicut confirmator habet examinare factum electiõis,& propter hoc ad se euocare illos quorum interest, s.de elect.c.venerabilem.&.c.cum nobis olim.& eo.c.quoniam.libr.vj.sic etiam instituens habet examinare factũ præsentationis,& vocare illos quorum interest,vt notat Io.An. in.c.quoniam.allegato.in glo.secunda.& super ea Nouel.licet fatear quòd hoc vltimum dubium est,& in pluribus partibus de consuetudine non seruatur. Tertius modus est in beneficijs collatiuis,per collationem seu prouisioné,& per istũ modum tantum ius confertur prouiso, & per prouisionem quantum ius confertur in beneficio electiuo, vel pręsentatiuo electo,vel præsentato per electionem & confirmatiõem, seu per præsentationem & institutiõem, prout hic legitur & notatur,per Innocen.& Hosti. Sed in hoc differt ab eis, quia in illis requiritur vocatio, in hac verò non. vt notatur infra de præsump.dudum.& de concess.præbẽ.proposuit. Ex quibus infertur,ꝙ licet in beneficijs collatiuis sufficiat vnus

14 actus ad acquirendum plenũ ius,† tamen in electiuis & præsentatiuis ad plenum ius aspirandum requirũtur necessario duo actus, videlicet electio & confirmatio,pręsentatio & institutio,sic quòd in beneficijs collatiuis tota dispositio beneficij,seu per quam in beneficio plenum ius acquiritur prælato, in actu vnico puta prouisiõis consummatur.sed in electiuis & præsentatiuis,vt dispositio prælato plenũ ius tribuens consummetur necessarij sunt duo actus ad diuersos pertinentes, quorum vnus alium necessario antecedit, videlicet in electiuis electio spectans ad electores,puta ad collegium.xvj.q.si. c.congregatio.s.de electione.c.j.quę necessario habet præcedere,& confirmatio pertinẽs ad superiorem quæ necessario habet sequi.vt.c.cũ nobis.& c.venerabilem.&.c.quoniã.allegatis.ar.de transla.c.licet. & modo consimili in beneficio pręsentatiuo. Primus actus necessario habens pręcedere ad patronum laicum,vel clericum pertinens,est præsentatio. Secundus verò actus necessario sequens ad superiorem petinẽs, est institutio. Fallit vbi in electiuo ius eligentiũ.aut in pręsentatiuo ius patroni deuoluitur ad superiorem,quia tunc cum totum in vna persona cõcurrat sufficit vnus actus.vt patet ex ijs quę leguntur & notantur.s.de electio.c.ne pro defectu. in fine. Ex quibus formare potes vnam grossam rationem, faciendo de primu fundamento maiorem,& de secundo minorem. Qui enim diceret ordinationem ecclesiæ cathedralis infra tempus eligendi,factam per Archidiaconum contempto capitulo,vel ordinationem dignitatis collegiatę electiuę infra tempus eligendi factam per episcopum cõtépto collegio pro eo de iure valere,quòd ad eos pertinet cõfirmare. certe existimo quòd nullus per rationem præcedentem.cur autẽ aliud in beneficio pſentatiuo diceretur? certè nõ apparet, cum eadem sit ratio vtrobiq;.ar.s.de transla.c.ij.§ sicut autẽ. Confirmaẽ,quia licet in bñficio collatiuo quoad tertiũ modũ disponẽdi, videlicet quoad ꝑuidẽdi eps fundet intentionẽ suã de iure cõmuni, tñ in bñficio electiuo,vel pſentatiuo, ante deuolutioné episcopus non fundat intentionem suam, de iure communi,quoad potestatem prouidendi,sed solum quoad potestatem confirmandi electum,vel instituendi pręsentatum per eos ad quos pertinet,nec ad eũ spectat alia potestas igitur si vsus fuerit potestate conferendi ad eum non spectãti non valet quòd facit propter carentiam potestatis. j.de iure patro.quod autem.cum similibus.patet consequen

15 tia æquiparando concessionem iuris,& hominis,† nam concessio potestatis facta ab homine in vna specie ad aliam separatam extendi non debet. C. de procura.l.maritus.& in proposito textus expressus in pdic.c.cum in illis.§ cũ autẽ.antecedens verò ex eo patet,quia in beneficio electiuo ius commune fundat intentionem collegij in potestate eligendi.vt.c.cõgregatio.&.c.primo.de electiõe allegatis.& in beneficio præsentatiuo,quo ad potestatem pręsentandi.fundat ius cõmune intentiõem patroni fundatoris.vt prędict.c.decreuimus. &.c.dilectus.&.c.cum dilectus.allegatis.& prohibitione perpetua, prohibet episcopis ne ordineut ecclesias contemptus patronis infra tempus quo pręsentare possunt.vt in eisdem iuribus,& in prędict.c.illud.cum similibus. Igitur si contra fecerint totum est ipso iure infectũ. C.de legibus.l.non dubiũ. j.de reg.iur.c.quę contra.lib.vj.cum vtroq; notatur. Circa tertiam difficultatem duæ quęstiões occurrunt. Prima de cõsensu patroni adhibito infra tempus in quo pręsentare,& cõtradicere posset. Secunda de habito post tempus sibi lapsum. Item secunda quęstio duas continet,vna de illo patrono qui infra tépus pſentauit, & fuit ab ipso epo repulsus sine causa alia de illo qui nõ pſentauit infra tẽpus,vel si præsentauit fuit ab epo ex rationabili cã repuls⁹,& sic sunt in effectu tres quæstiões. De tertia & vltima quæst. nõ discepto, quia non apparet mihi quòd habeat dubiũ:quia si exclusus est per negligentiam suam,ordinationi episcopi a modo non potest resistere, nec ei contradicere,cum sua non intersit,& per consequens, nec ad eum pertinet approbare,vt dixi supra. Sed solum videtur dubium remanere in prima quęstiõe & secũda.& adhuc

dico,quòd licet approbare & ratificare posit patroni cõsen
sus subsecutus ordinatiõem episcopi præcedentẽ,quãtum ad
effectum istum,vt à modo contra eam reclamare nõ posit,
& sic procedant notata Hostien.in summa de iure patro.§ fi
nali.tamen quantum ad istum effectum non sufficit sola ra-
tificatio patroni nisi superueniat de nouo factum episcopi,
& est ratio:quia in institutione seu collatione beneficij præ-
sentatiui factum episcopi se habet in modum causæ confir-
mantis.i.efficientis & producentis.factum verò patroni si cõ
tradicit,vel tacet,& non consentit,se habet in modum causæ
impedimentum tollentis.nam ius patronatus videtur quædã
seruitus in dispositione beneficij impediens episcopi liberta-
tem.vt patet ex ijs quę leguntur & notãtur & quæ scripsi de
iudi.c.examinata.Igitur si post collationem episcopi ipso iu
nullam succedit solus consensus patroni,per hoc cessat cau-
sa impediens:sed non propter hoc superuenit causa confir-
mans,& idcirco nõ potest induci validatio actus.vt patet ex
notatis Dyn.in prædicta regula non firmatur.vt dixi.s.in.§.
xj.Circa quartam difficultatem.si solus consensus episcopi
subsequeretur,& patronus esset in casu in quo posset contra-
dicere,& agere de cõtemptu,quòd colligere potes ex ijs quæ
scripsi in difficultate proximè precedenti,tunc videretur sa-
tis clarum,quòd non sufficeret ad validandum suam colla-
tionem ipso iure nullam.nam ratio inficiens collationẽ infi-
ceret confirmationem.vt patet ex ijs quę scripsit Archidia.
de præben.c.si motu lib.vj.in glo.ij.procedit ergo difficul-
tas solum in duobus casibus.Primus,si patronus est in sta-
tu,quòd consensus eius non sit necessarius,puta quia non pos
sit contradicere vt quia neglexit præsentare infra tempus quod
iam lapsum est.Secundus casus est si sit in casu in quo necessa
rius sit eius consensus,puta quia pręsentauit infra tempus ido
neum,qui sine causa repulsus fuit,vel quia est adhuc infra tẽ
pus si consentiat ordinationi episcopi ipso contempto per
prius factæ.& in istis ambobus casibus possum pro nũc,licet
sub dubio,fortè ponere tres conclusiones.Prima est,quòd si
consensus episcopi subsecutus sit verbis expressus,ille sufficit
pro causa confirmante,& quòd sublata causa impediente per
consensum patroni cõcurrentẽ,vt in casu secundo,vel illius ex
clusiõem,vt in primo casu,primo inducitur cõfirmatio prio
rem collationem inefficacem viuificans,atq; corroborans,nõ
dico ex tunc,sed ex nunc.Secunda conclusio est,quòd idem
esset,si huiusmodi consensus episcopi esset factus manifestè
expressus,licet non verbis.Tertia conclusio est,quòd secus es
set si ille consensus episcopi non esset verbis,nec factis mani-
festè expressus.sed solum fictus & tacitus.Prima conclusio,
19 fundatur in duobus principaliter.primum est,† quòd colla-
tio beneficij non habet formam verborum,sed solo consen-
su perficitur,& sufficit qualitercunq; cõsensus huiusmodi ex
primatur.collatio enim vim donationis habet.Donatio ve-
rò,est vnus contractus iurisgentium,qui solo consensu perfi
citur.institu.de dona.§.perficiuntur.&.ff.de actio.& obliga.
l.consensu.cum enim in omnibus dispositionibus consensus
pręcederetur,vtpote per quẽ oritur,& sine quo nullæ dispo-
sitiões perficiuntur.ff.de actio.& oblig.l.obligatiõum substã
tia.in fine.&.c.intelligentia.&.c.in ijs.alleg.c.propterea.e.tit.
vltra consensum non est ponenda forma aliqua substantialis
vel necessaria,nisi reperiatur aliquo iure positiuo inducta,qa
ius gentium vel naturæ has formas vltra consensum natura-
lem non posuit,neq; nouit.vt est videre in omnibus contra
ctibus iuris gentium,quorum nullus ab illo iure formam tra
xit,& tamen licet ius positiuum in electione formam statue
rit.de elect.quia propter.& etiam in confirmatione.eo.tit.c.
quoniam.lib.vj.tamen non reperio quòd aliquam statuerit
in collatione,& ideo illam non requiram,vt sic accedat tex-
tus in authenti.de trien.& semis.§ consideremus.coll.tertia.
vbi dicitur quòd erubescimus dum sine lege loquimur.Se-
17 cundum est,† quòd collatio beneficij de natura sua suspen-
sionem non recipit,vt notatur in.c.in electionibus.allegato.
& quòd licet lex inanimata vel animata,qui est princeps pos
sit introducere fictionem,Inferior tamen à principe hoc non
potest.quia hoc est quodammodo contra naturã.supra quã
nõ est in natura,nisi naturę prĩceps.nec in arte quę naturã in
sequitur,nisi princeps artis.pro quo pro nunc sufficiant nota
ta Inno.j.de fide instrumen.cũ Pe.tabellio.Ex primo enim
sequitur prima pars conclusionis,quia ex quo episcopus ver
bo exprimit,quòd nunc vult suam præcedentem collatioñẽ
valere ipse videt velle,& exprimere quòd nũc vult,quòd
tunc ab eo prouisus beneficium ex nunc canonicè teneat &
possideat,& per consequens ex nunc videtur eis conferre vel
le,quia cum nunc conferre posit,videtur velle quòd sua vo-
luntas operetur effectum omnẽ eo modo meliori quo pót
ne frustretur effectu,vt in beneficijs lata fiat interpretatio cõ
tra donantem,vt j.de dona.c.per tuas.&.c.cum dilecti.in fi
ne.de verbo.sig.c.Abbate.de decimis.ex parte.ij.ff.de cõsti.
princip.l.iij.& est bonus textus ad propositum.de supplen.
negligen.prælato.c.literas.cum glo.sua & probat optime.c.
vnicum.de despon.impub.allegatum.Ex secundo verò in-
fertur secunda pars primæ conclusionis,quia si ex tunc vale
ret,vel collatio suspensionis reciperet,vel episcopus per hoc
induceret fictionem,nec etiam supposito quòd suspẽsionem
reciperet hoc casu reperitur hoc expressum,& si reperiretur
hoc casu expressum,non tamen induceret naturam suspẽsio
nis quòd valeret ex tunc,sed quia huius prosecutio non est
multum necessaria.illam omitto.Secunda verò conclusio in
fertur ex primo fundamento,nam in ijs quæ formam verbo
rum non requirunt,sed ex solo consensu dependent,expres-
sio cõsensus ita potest fieri factis sicut verbis.vt.ff.de legibus.
l.de quibus.§.inueterata.versi.nam quid interest.j.de cõces.
pręben.c.cum ei quem.§.fi.in fine.in cle.& hoc maximè vbi
verba licet tempore inhabili pręcesserunt.vt probat optimè
capitul.vnicum prædictum.de despon.impu.lib.vj.Fallit
tamen iudicio meo hoc dictum in tribus casibus.Primus vbi
constaret,vel de certo præsumeretur,quòd episcopus totum
id quòd ipse faceret de facto,ad solã eius collationem primã
absq; animo nouæ collationis reducere vellet,& illi soli pri-
mæ collationi inniti dumtaxat,illaq; quę facit ad illius
primæ collationis executionem solum facere,quia tũc vltra
intentionem agentis facta talia extendi non possent.s.ti.ij.c.
ij.cũ similibus.Secũdo fallit vbi talis episcopus sic faciẽs defe
ctum primæ collationis ignoraret.quia nemo tollit defectũ
quem ignorat.ar.ff.de excusa.tut.l.idem Vlpianus.§.primo.
à contrario.de re iudi.l.quidem.à contrario.C.de necel.ser-
uis.l.penul.ff.de inoffi.test.l.mater decedens.de transact.l.cũ
Aquiliana.&.l.tres fratres.de iu.om.iudi.l.si per errorẽ.Ter
tio fallit dum tempore factorum huiusmodi materia fortè
non est disposita ex parte prouisi,quia actus actiuorum sũt
in patiente bene disposito secundum Philosophum secũdo
de anima,& quarto metha.& idem de quolibet impedimen
to alio canonico ex identitate rationis.& idem fortius si pri-
mum impedimentum adhuc durat.ar.C.de ijs quę vi me.cau
sa fiunt.l.ij.Et per primum & secundum respondetur cõtra
Bartholomeum intrusum ad actus sequentes nominatiõem
ipsius,quia illos celebrantes innitebantur primæ nominatiõi
infectæ,& quia primum impedimentũ adhuc durabat.Ter-
18 tia conclusio,† quia consensus fictus,& tacitus non expres-
sus non sufficit ad viuificandum dispositionem præcedentẽ,
quæ ipso iure est nulla.vt in dict.c.vni.licet bene quãdoque
sufficeret ad firmandum dispositionem,quæ alias ipso iure
valeret,licet potuisset per dissensum & reclamationem infir
mari.vt.c.quòd ad consultationem.&.c.quòd sicut.allegatis.
De pronunciatione autem beneficij præsentatiui facta contẽ
pto patrono dixi etiam semel in rota anno primo quo fui au
ditor in principio eam non valere.mouebatur per præmissa,
quia collatio nulla esset facta contempto patrono,vt patet ex
dictis,quæ tamen in permutatione necessaria est.Item quia
debet patronus in renunciatione vocari.vt notatur.s.de re-
nun.c.admonet.&.c.quòd in dubijs.& cle.cum illuso.eo.ti.
& sic si aliter fiat contemptus huiusmodi culpam arguit.cul
pa autem

pa autem huiusmodi æquitatem. c. licet. de rer. permuta. lib.
vj. & cle. ne concessione. eod. tit. excludit. vt colligi videtur
ex notatis Nouel. in. c. licet. super glo. quid si in penul. sup
pletione. maximè quia illa æquitas exorbitans est, nec habet
locum, nisi in concessione iuris vtentibus, & secundum for-
mam iuris permutantibus. Debet enim æquitas exorbitãs in
fauorem certarũ personarum inducta sic interpretari, ꝙ alij
non noceat, nisi quantũ minus nocere potest. ar. ꝭ. de rescri.
c. quãuis. lib. vj. vt videlicet in præsentatiuo beneficio permu
tando præsentatio requiritur, saltem vt iuri satisfiat. simile de
renũc. h. s. e. c. cũ ecclesia. imo vt satisfiat interesse patroni, vt
contineat suam possessionẽ præsentandi, & vt possit permuta
tioni se opponere pro suo interesse. saluo ꝙ si patronus voca
tus venire contempneret, vel veniens permutationi consen-
sum daret, aut iniustã cõtradictionẽ faceret, permutatio pro
cedere posset. quia si non venit, vel iniustè cõtradicit eius cõ
tumacia vel iniusta cõtradictio actum impedire nõ debet. vt
prædict. c. quia propter. §. j. & c. ꝭ. de ijs quæ fiunt à ma. part. ca.
c. j. si tamen omnino præsentare vellet, & nullam iustã causam
contra cõpermutantẽ haberet, necesse esset ꝙ illum represen
taret, secus si iustam causam haberet, quia tunc vel renuntian
tem ad beneficiũ renunciatũ redeuntẽ, si culpa careret, neces-
sario repræsentare deberet, vel saltẽ cũ patientia sustinere, ꝙ si
ne difficultate reduceretur ad illud. ꝙ verius puto. per. c. si be
neficio. de præbẽ. lib. vj. Sed si allegaret & probaret, aut alias
constaret de tali oppositiõe propter quã permutatio nõ pos
set cõpleri, & in qua argueretur notabilis culpa ipsius renun-
ciantis, tunc libere posset alium quẽ vellet præsentare. quia
tunc cessaret regressus, & æquitas illorũ iuriũ propter culpã.
ar. c. si beneficia. allegati. Facit quia maius esset præiudiciũ pa-
trono si valeret, licet irritanda esset. quia tunc ante irritationẽ
alium præsentare nõ posset, & tñ de patroni præiudicio nõ co
gitauit decret. quæsitũ. de re. permu. sed maior pars cõsilij te
29 nuit contrarium. s. † permutationẽ ipso iure valere. pro eo ꝙ
permutatio tota quoad renunciationes, & collationes prohi
bita prius per concilium Turoneñ. ꝭ. de præben. maioribus.
hodie remissa est ad arbitriũ solius epi. ꝭ. de re. permuta. quæ-
situm. & huic dicto hodie magis assentio. & hoc fundo & cõ
cordo cũ ijs quæ antea dicta sunt, per ea quæ scripsi. s. e. oppo
sitione. iij. § ego autem. circa prin. nam extra casum permuta
tionis cooperatur patronus præsentando, sed in permutatiõe
non: quia ibi non est necessaria patroni præsentatio cum to-
tũ sit cõmissum episcopo, licet eius cõsensus requiri debeat.
¶ Qualiter ergo soluetur ad oppositionẽ principalẽ, dici põt
quòd quicquid de iure cõmoni, aut de iure hîc cõtendentiũ
in proprietate, solus epus erat hic in possessiõe eligendi, nec
hîc discutitur an eius electio fuerit canonica, sed solum an ele
ctus per eum sit restituẽdus, ideò opposito ad hoc percutiẽs
quòd electio nõ fuerit canonica, nõ procedit, imo textus ibi:
sine reclamatione aliqua canonicorum. dat clarè ad intelligendum,
quòd episcopus solus elegerat. cũ enim ipsi Archipresbyter
& canonici scirent ꝙ episcopus suo iure intendebat Arcadia
conatum cõferre, & nõ reclamabãt. videbãtur cõsentire quo
ad hoc saltẽ, vt epus adeptus sit plenã possessionẽ conferẽdi.
ar. vij. q. j. Põtifices. & . s. e. cũ ecclesia. plus dicit hîc Inn. in gl.
ij. ꝙ si reclamassent in iudicio ita ꝙ lis pẽderet super possesso-
rio, & nundũ fuisset aliqua electio facta per epum quæ per su
periorẽ fuisset approbata, vel cõfirmata, nec alias habuisset ali
quẽ effectũ nũ esset data aliqua sñia pro Archidiacono, imo
fuisset finis litis super possessorio expectatus secundũ Nouel.
per ea quæ habentur de in integrum restitu. c. ij ad finem.
¶ TERTIO opponitur cõtra versum, *& quia canonici*. qa
videtur ꝙ hæc litera superfluat cõtra præmissa in prohemio,
30 & maximè † quia sola suspitiõis propositio iurisdictiõem iu-
dicis non suspẽdit. vt dicet. ꝭ. de app. cũ speciali. nisi fuerit ap
pellatum. sed tũc attestatiões receptæ post appellationẽ non
valerent. Inno. sentiens hanc oppositionẽ & volẽs ad eã taci-
tè respondere primo dicit, ꝙ canonici, & Archipresbyter cõ-
stituti corã Papa, & videntes Papã motũ ex attestationibus
receptis ad ferendũ sententiã pro Archidiacono cõtra ipsas
attestatiões exceperunt, ꝙ non valebãt: quia receptæ erãt à iu-
dicibus recusatis propter suspicionẽ, quibus Papa respondit
attestationes propter hoc non minus valere, nec propter hoc
secũdũ eas minus iudicandũ esse. quia nõ valuit recusatio eo
rum cũ essent electi de cõsensu vtriusq; partis, & sic nõ super
fluit, sed facit ad propositũ ista litera. & dicit Collect. ꝙ erat
notorium alias arbitri cognouissent. inducens notata Inn. de
appel. cũ speciali. & Archid. e. tit. legitima. lib. vj. & pro ratio
ne quã textus assignat remittit ad notata. ꝭ. de re. iur. ꝙ semel.
lib. vj. Secundo propter id ꝙ dixi de appellatiõe, subdit Inn.
quòd nõ debes facere vim, siue canonici & Archipresbyter
propter exceptionẽ suspitiõis nõ admissam recesserint appel
lantes, siue non, à præsentia istorum iudicũ: quia, & si recesse-
rint appellantes etiã tunc valent attestatiões cũ ab ijs qui erãt
executores, & modũ executiõis nõ excedebant nõ liceret ap
pellare. vt. ij. q. vj. à iudice. & eodẽ modo multo min⁹ possent
infringere attestationes ex sola suspitiõis propositione, si non
appellassent secundũ eum.
¶ QVARTO opponitur, non ne eñ hoc solũ sufficiebat
vt nõ valerẽt attestatiões, qa receptæ fuerũt lite nõ cõtestata.
super quo vide Bernar. hîc in gl. secunda. versu sed qualiter.
cum quo cõcordare videt Inn. ad sens ꝙ in regestro contine
tur, ꝙ facta litis cõtestatiõe in cã appellationis ab apostolica
sede de cõsensu procuratorũ partiũ fuit causa cõmissa tribus
iudicibus, de quibus canonici vnum recusabant propter con
sanguinitatẽ Archidiaconi memorati. dicit etiam ꝙ quia re-
pulsi fuerunt à dicta recusatiõe eo ꝙ procurator eorum con
senserat, multò fortius idẽ esset si partes ipsæ cõsensissent, pars
iudice per aduersariũ impetrato posset nihilominus contra
rescriptum de surreptione excipere. de quo in Specul. de re-
scrip. præsen. § ratione quoq; defectus. in fin. & per Nouel. s.
de rescrip. c. super literis. in fi. & ꝙ debuerit hîc valere proces
sus factus post dictã appellationẽ frustratoriam sic refugatã.
inducit Nouel ꝭ. tit. ij. c. eum qui. libr. vj.
¶ QVINTO opponitur, quia mirũ videtur ꝙ hîc factũ
procuratoris dño nocuerit contra iura supra. de offi. deleg.
cũ olim. de postula. præla. c. ad hæc. de in integrum. restitu. c.
cum venissent. vt lite non contestata. c. j. ꝭ. de re iudi. c. sub-
orta. de appel. c. sæpe. ij. q. vj. c. biduum § si aduersus. ff. ꝙ quis
que iur. l. si quis iniquum. § si procurator. si quis ius dicen. nõ
obtempera. l. vnic. § si procurator. de tributoria. l. procurato-
ris. de liber cau. l. in seruo. de excep. l. si procurator. C. de execu
to. l. antepenul. lib. xij. in authen. de eccle. ti. § si quis in suo. su
per quo vide hic Bernardum in princpio glo. ij. Soluit Inn.
dicens ꝙ si procurator malefaciat negotium dñi sui tenet. sed
procurator est obligatus domino actiõe mandati. C. de pro
curato. l. si procurator. ff. de minor. l. cum mandato. nec mirũ
quia, & econtra procurator prodest domino si iniustè obti-
nuerit. ff. de procura. l. qui proprio. § vt in cæteris. Sed ad hoc
fortius replicant Inno. & Ber. nam si dominus non potest ha
bere recursum contra procuratorem, quia non sic soluendo
integrum manet ei pristinum ius. ff. de dolo. l. eleganter. § pe
nult. modo sic in proposito quia beneficium spirituale æsti-
mationem non recipit. j. q. j. quæstione iij. si quis præbendas Sol
uunt illud obtinere vbi dolosè versatus est, sed si negligenter
secus. vt l. cũ mãdato. & . c. cum venissent. allegatis. quòd per
petuo menti tene. & vide omnino quæ scripsi circa hoc supra
vt lite non contestata capitul primo. in tribus primis oppo-
sitionibus.
¶ SEXTO opponitur, ibi: *canonice. Vincentium perpetuum si
lentium imponentes*. nam isti canonici videbantur esse rei, & sic
vel absoluendi, vel condemnandi non autem eis imponẽdũ
silentium quòd solet seruari in actore. Innocen. presentiens
hanc opinionem, & tacitè illi respondens dicit, quòd quia ca
nonici contradicebant isti Archidiacono super hac contradi
ctione eis silentium imponetur perpetuum quoad Archi-
diaconum qui nunc est, vt ipsum in Archidiaconum admit-
tant, & sibi in nullo perpetuo contradicant sed contra. ꝭ. de

se probatum.quòd Abbas teneretur ire ad synodū, vel quòd teneretur soluere censum,nec etiam quòd iuerit tanquā subiectus ratione monasterij:quia potuit esse quòd iuit rogatus per Patriarcham, vel ratione cappellarum sibi subiectarum, nec etiam fuit probatum quòd ad subiectionis iudicium soluerit dictum censum,& ideò sententia lata per Papam fuit iusta.Secundo nota,† quòd articuli nedum sunt admittendi ad probandum idum probati necessariò inferunt. sed etiam dum adminiculant secundum vnum intellectum.quia materia hic probata non sufficit ad victoriam optinendam,& tamen quia adminiculare poterat admissa fuit ad probandum, Sed forè data fuit aliter quam probata.si enim fuisset articulatum quòd de consuetudine præscripta per tempus cuius initij non est memoria seu vt proprius loquar,de præscriptione illius temporis Abbas obediuisset Patriarchæ vt subiectus, eundo vt talis ad synodum,& vt talis in signum subiectionis soluendo censum per dictum tempus,articulus probatus necessariò conclusisset,& fortè ita fuit articulatum. vel fortè fuerunt datæ aliç materie necessariò concludentes postea non probatæ,ad quas coadiuuandum receptæ fuerunt istę materiæ de censu,& synodo,quæ non adminicularūt,eo quòd nihil aliud
4 fuit probatū de principali cui adminiculatio deseruiret.† vnde scias quòd in palatio apostolico non admittuntur articuli non concludentes regulariter. Sed in casu quandoque admittuntur,videlicet dum adminiculant, & coadiuuant alios articulos datos necessariò concludentes,vt sic articuli huiusmodi qui per se soli non admitterentur dati cum alijs, & propter alios ad mitti deberēt.& hoc satis videtur probare ista decret. secundum planum intellectum.quia Patriarcha hic deducebat principaliter materiam subiectionis, & adminiculatiuè materias synodi & census.Et ideò fuit admissus ad eas probandum. quòd perpetuo tene menti.

¶ PRIMO queritur, vtrum intellectus Inno.ad hanc decretalem in ea parte in qua dicit,quòd hic nō petebantur quinquaginta solidi sed solum subiectionem monasterij,vt sic illa materia de quinquaginta solidis solum in modum probationis fuerit deducta, vt proximè dixi. Breuiter Bernard⁹ tenet quòd imo hic illi quinquaginta solidi petebantur,sed non simpliciter,sed tanquam debiti in signum subiectiōis. & idem sentit Nouella dicens,quòd quo ad casum hoc dicit decretal.in summa.quòd si petens rem ex vna causa succumbit, eandem ex alia causa petere poterit.qui casus non esset verus, nec ad propositum faceret,nisi quinquaginta solidi petiti fuissēt.ego autem sequor istum intellectum qui communis est, & credo de isto intellectu sit hic textus expressus in ver.*cum de præmissis.* in principio vbi dicitur.*Cum de præmissis quinquaginta solidis quos petijt ad subiectionis iudicium a Patriarcha sit actum.* Iste enim textus dicit apertè quòd & petiti fuerunt, & actum fuit super illis.Item bene facit litera sequens ibi:*per sententiam quam super hoc contrariam reportauit*:quia illud verbum *super hoc*. ad proxima referri debet.ff.de postul.l.j.§.deinde. Item benefacit litera sequens ibi:*si alio iure de ipsis experiri voluerit*.nam illa dictio *alio*.quæ implicat dat intelligere,quòd vno iure super illis fuerat expertus.propriè autem experiri est agere, vel deffendere. vt patet ex ijs quę notantur supra de iudi.c.j. in verbo experiri.& ideò exponit hic Nouella experiri.i.agere. & allegat.s̄.e. c.pastoralis.Sed oppones,quia si petiti fuissent cum probatū fuerit illos per plures annos fuisse exsolutos,fuisset lata sententia pro actore.Sed respondeo quòd nō agebatur possessorio solo:sed agebatur petitorio,& possessorio,vt hic nota.in glo. prima.vel saltem petitorio,& non probabatur, quòd per tot annos soluti fuissent, quòd sufficeret ad consuetudinem seu præscriptionem inducendam,& ideò optinuit reus in petitorio. Simile.s̄.e.cum ecclesia. Prætereà etiam non apparet ꝙ fuerit probatum quòd ad subiectionis iudicium fuerint exsoluti,& tamen ex illo iure agebatur,& non ex alio,& ideò non immeritò actor succubuit. Ex quo infertur quòd hic est casus proprius & expressus,quòd si ex vna causa videlicet ex indictione facta causa subiectionis demonstrandę agens actione reali videlicet ad declarationem census perpetui succumbat, & velit posteà agere ad eundem censum ex alia causa. non obstat sibi exceptio rei iudicatæ.de quo hic notat Bernardus in vltima glos.& Inno.supra de ordi.cognit.cum dilectus.circa finem. & de hoc plenè infra de re iudicata.c. Abbate.lib.vj.. Et per hoc patet reprobatam esse opinionem Pet.de bellaper. positam per Cyn.C.ad exhiben.l.neque. & per Collecta.hic. & de iudic.c.examinata.in fine. Sed dicam plene de hoc in dicto.c. Abbate. Licet enim Collectarius hic scripserit hanc decretalem loqui in actione personali,& sa.quòd hic notat Bernard.in principio vltime glosæ, tamen salua pace illud non est bene dictum.nam quòd hic ageretur ex contractu, vel quasi,ex quo personalis actio nasceretur textus nō apperit, & diuinare esset Prætereà textus apperit quòd petebantur isti quinquaginta solidi ad subiectionis indicium, quòd non esset nisi contra monasterium peterentur in modum perpetui census.. nec etiam apperit textus quòd hic possessorio ageretur, imo omnia verba textus sapiunt petitorium,& non est ibi verbū quòd sapiat possessorium, Ideò satis admiror quid somniabat Bernar.quando scripsit hic in prima glosa.ꝙ actum fuit hic à Patriarcha petitorio,& possessorio,& in possessorio obtinuit & in petitorio succubuit, & sic facit ad titulum, quia non est vnū verbū in tex.ꝙ de possessorio, vel de sentētia possessorij faciat mētionē,neq; vrgebat ad hoc dicendū rō, vt faceret ad titulū tū quia hoc ꝙ nō faceret ad titulū nō arguit cōtra decr.neq; contra Honorium eius conditorem,qui ante istam compilationem erat mortuus.sed arguit contra fratrem Raymundū qui istud volumen compilauit,& multas decretales tanquam Theologus.sub ineptis titulis collocauit,& præsertim istam, & proximè præcedentem.& illam.supra eod.cum super.quæ fuissent melius sub alijs titulis collocatę.tum quia in hoc facit
5 ad titulum,quia hic deciditur iste casus,† quòd probatio possessionis non sufficit in iudicio proprietatis, vt secundum Nouellam supra in princip.scripsi.

¶ SECVNDO queritur, occasione eorum quę scripsi in quæstione pręcedenti de illo qui consueuit soluere censum ecclesiæ ratione alicuius rei,& cessat in solutione per bienniū, nunquid sit res commissa? Hosti.& Nouella remittunt ad notata in summa de locato.§.finali.versu quid ergo quæ Io. Cal. hic in additi recitat per extensum,& quia sunt aliqualiter digna ea etiam recitare curaui. Distinguit ergo Hosti. vbi supra quia aut ecclesia habet illum censum ratione dominij, & de hoc constat,& tunc is qui cessat ecclesiæ soluere censum incidit in commissum.x.q.ij,hoc ius.infra de locat.c.penultimo. & vlt. Aut ratione elemosinæ. vt C.de Episco.& cleri.l nulli. §.vltimo.& tunc si causa alimentorum relictum est res dicatur affecta.vt.ff.de ali.& ciba.lega.l.secunda. Sed si dicit testator tantum relinquo ecclesię super tali domo, & adiecit vsq; ad certum tempus,non videtur res obligata.ad hoc.ff. de leg. primo.l.quidam testamento.& de contrahend.emption.& venditio.l. vltima.§ finali.& de annu.legat.l. Gayus Seyus.& de ali.& ciba.lega l Lucius Titius.& de leg.iij.l. Paulo Calimacho.§.vltimo.Sed si dixit quòd in perpetuum præstaretur, tunc quilibet possessor tenebitur.vt.ff.de vsufruct.l.hactenus. & sic videtur consensus ecclesię retinendus cum sua intersit. argumen.supra de offic. Archidiac.c.ad hæc.§ penultimo. & vltimo.infra de his quæ fiunt à præla.c.vltimo.ff.de aqua pluuia.arcend.leg.in concedendo.C.de auctori.tutor l. vltima. Vsusfructus autem in testamēto relinqui potest.vt.ff.de vsu-
6 fruct.l.iij. † Sed si nō dixit in perpetuum, vel ad tempus, primo ꝙ in perpetuum relinqueris. vt.ff.de annu.leg l annua.in fine. Si verò non constat vtrum,vel qualiter sit relictum,tunc si ecclesia habet maius dominium Ciuitatis,pręsumendum est quòd ratione dominij debeatur,vt.j̄. de censib.c. omnis homo.nisi probaretur exemptio, vt hic.& supra eodē capitulo pastoralis. Sed si ecclesia non habet dominium,ratione elemo
7 sinæ præsumetur fuisse relictū,† cum cōmissio sit odiosa. licet summa sit ratio quæ pro religione facit.ff.de relig.& somp.fu. l.sunt personæ.Hosti ac si velit dicere Hosti.ꝙ si census etiam

perpetuus ooo debetur ratione dominij, sed ex concessione, vel impositione facta in modum relicti causa elemosinę, siue pro ipso censu res sit obligata, siue non, non habet locum commissio. & idem intelligo ex quacũque alia causa lucratiua, vel etiam onerosa, aut etiam inter viuos ex donatione vel ex quocunque contractu alio fuerit impositus iste census pleno do-
8 minio penes censuarium remanente & est ratio huius, † quia commissio nihil aliud est nisi simul missio. Simile. ff. de pact. l.j.i. vtilis dominij ipsius censuarij, cum directo eius cui debitus est census missio seu consolidatio. C. de iur. emphiteo. l.fi. ĩ. de loca. c. potuit. in eo autem quòd non est missio, vel
9 consolidatio, fieri noo potest. † ergo vt possit fieri commissio necesse est quòd ille cui debetur census sit directus dominus rei censualis, & quòd ratione huius dominij census debeatur. licet autem impertinenter Hosti. infra prædictam quæstionẽ miscuerit an pro censu super re imposito censeatur res obligata, & an possessor teneatur. hoc tamen summè vtile est scire pro sciendo à quo possit peti census huiusmodi, vel eius arreragia. de quo nuper fuit magna altercatio inter dominos auditores, & illos de cãcellaria, quã scripsi in cõsilijs meis consilio lxiij. & de qua intendo dicere in prędicto. c. potuit. notabiles enim presumptiones inducit Hosti. & alias vide notatas per Accurs. C. de iur. emphit. l.j. in fine primæ glosæ.

De restitut. spoliat. Rubrica.

QVia causa restitutiõnis possessoria est, patens est rubricæ cononuatio. Quia etiam visum est supra qualiter perdatur possessio, congrue subditur qualiter perdita restituenda sit: de materia. ij. quæstio. ij. & iij. q. j. de rescript. cum dilecta. de elect. quærelã. de fil. presby. veniẽs. & c. constitutus. de offic. dele. cum causa. & c. venerabili. & c. consultationibus. de pact. cum pridem. quòd metus causa. c. finali. vt lite non contesta. accedens. ij. de ordin. cognit. c. ij. & vltimo. de causa poss. cum ecclesia. & c. sequeno. & c. pastoralis. de iureiura. c. ij. & c. sicut in. de diuor. c. porrò. & c. sequẽti. de accusatio. si constiterit. Paulus qui repeоjt decretalem in literis. infra eod. occasione dictæ repetitionis rubricam istam aggrediens, & dicta summistarum recolligens quatuor articulos hic pertractat. Primo quis spoliatus petat restitutionem. Secundo quando sit restitutio facienda. Tertio à quo peti possit. Quarto quis sit effectus. Verum quia Hosti. in summa. e. ti. hos quatuor articulos plenius discutit ad eum te remitto, maximè quia de eis in proprijs locis. ĩ. eod. titu. singulariter dicturus sum.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Dominus de violentia à suis hominibus illata tenetur.*
2 *Persona coniuncta ad coniuncti defensionem sine mandato admittitur ratione sanguinis.*
3 *Amico ad hoc vt quod in nobis requiritur cõsequamur, nunciare satis.*
4 *Spoliatus ante omnia restituendus.*
5 *Spoliatus petens restitui neque dilatorijs exceptionibus renunciare videtur, neque in iudicem consentire: ne iuris beneficium sibi ipsi damnosum sit.*
6 *Taciti & expressi eadem vis.*

¶ *CAP. I.*



LIcet iustum. Nooella sic summat. Si consentit is qui restitutionem petit, potest sibi quæstio de proprietate refferri, & de fine huius decisa fuit decre. de censi. Notant primo Host. & Abbas ibi: *hominib⁹*, ar. † q̃ domi-
1 nus tenetur de violentia per homines suos illata. dicit demum Hosti. q̃ tunc tenetur ecclesia de violentia suorum hominũ, quando peruenit ad ipsam, vel quando hoc mandauit, vel ratũ habuit. ff. de vi, & vi arm. l.j. §. ait prætor. & §. deiecisse. & §. cum igitur. & sequenti. & l. iij. §. cum procurator. & ĩ. e. sepe. & c. cum ad sedem. §. finali. Notant etiam secundum Pet. & Abba. propter verbum occupatum. q̃ hic agebatur interdicto recuperandæ. Notat etiam Ioan. Tancred. clericum ecclesiæ sine mãdato ad ecclesiæ deffensionem admitti. xij. q. ij. nõ liceat. de rebus eccl. non alienan. c. si quis. quam quã G. Naso hic suppleuerit Dyaconum habuisse mandatum, & dixerit, q̃ aliter non fuisset admissus. sed videtur q̃ debuerit admitti sine mandato. per lecta & notata in præd. c. si quis. & de offi. deleg. coram. & in pluribus alijs locis per Bern. maxime, quia coniuncta persona. ar. in eo q̃ legi. & not de rescript. c. noo nulli. in fine. & hanc sententiam videtur sequi Pau. in cle. j. de procur. In contrarium fac.
2 noti. Inno. & Hosti. in pręd. c. nonnulli. vbi notant illud † q̃ ibi dicitur, coniunctam personam admittendam sine mandato, intelligit de coniunctione ratione sanguinis. & idem Archidia. in. c. statutum. de rescrip. libro sexto. Credit Collecta. q̃ vbi agitur de reuocatione alienatorum, vel malorum attentatorum debent admitti clerici ecclesiæ nomine proprio cum eorum intersit per pręd. c. si quis, & sine dubio admitti deberent contradicendo opponendo, & denunciando, vt notant Inno. Hosti. & Nouel. de testi. cum olim. Fa. lecta, & nota. per Hosti. de confirma. cum dilecta. & in præd. c. cum olim. vnde Nouella ibidem post Vin. dicit, q̃ ille qui negligentibus socijs agit pro libertate ecclesiæ, vel repetit alienata, si reconuenitur non tenetur ecclesiam deffendere, nec etiam satisdare, cum hoc ei concedatur à iure etiam inimicis. Secus. ff. de re iudic. l. secunda. & quia puniretur si taceret. de offi. ordin. si canonici. libro sexto. & idem notatur in Specu. de reconuen. § secundo. ver. quid si canonicus. & potest licitè ad causam procuratorẽ constituere, vt ibi probatur. Quarto not. Collect. ibi: *violenter*. id quòd scripsit Ioan. Monac. de præbend. capitulo cum qui. videlicet quòd violentum dicitur cuius principium est ab extra, & quòd motus violentus in principio semper fortior est. Quinto notat in verbo: *conquestus*. quòd eo ipso quòd quis conqueritur se spoliatum nihil aliud petens restituendus est. Idem notatur prima quæstione quarta. quia præsulatus. vt. ij. quęstione secunda capitulo primo. & per Innocen. de ordin. cognitio. c. finali. vltra principium glosæ secũdæ. quòd ibi: & vt lite non contesta. capitulo accedens. in verbo impellentes. intelligit Nouella vbi ageretur criminaliter, alias secus. & hoc etiam intelligit Hosti. in summa. eo. titu. § finali. vbi iudex ex officio procederet, alias secus. Archidiaco. verò in prædict. c. quia præsulatus. & ij. quæstio. prima. in primis. dicit sententiam Ioan. esse veram indistinctè quia spoliator est in peccato, & in publicis criminibus quis compellitur ad pœnitentiã. xvij. distinctio. nec licuit. cum similibus. Credit Collectarius hoc verum vbi esset talis pars quę petere non posset, sicut monachus, seruus, vel minor. ad hoc de iureiuran. ad nostram. ij. Fac. lecta & notata per docto. de iudi. nouit. & vt lit. non contesta. quoniam in principio. potest enim tunc locum habere iudicis officium. Item hoc intelligit etiam dum spoliatio notoria esset. argumen. eorum quę leguntur & notantur, vt lite noo contesta. accedens. j. Exemplum habes in Martha, quæ de Lazaro infirmante Christo dixit eum infirmari nihil petens, cuius desiderium suppleuit Christus. vbi dicit Augustinus,
3 † amico tantum nunciandum esse. alias autẽ videretur q̃ iudex oon deberet supplere in facto. iuxta notata de postul. prælat. capi. bonæ. de ordine cognit. cum dilectus. Item eandem opinionem Ioan. credit procedere vbi spoliatus est simplex, & miserabilis persona, vt hic, quia iste qui nihil petijt erat se. vt & tamen textus dicit quòd deberet restitui nisi consensisset. Circa quòd omnino vide quæ scripsi. ĩ. c. j. in prima opposi-oone. & ĩ. eod. cap. in literis. in expositione literæ super verbo, *eiectum*. Sexto notat spolitum ante omnia esse restituendum. ex quo videretur q̃ ante restitutionem libellum recipere non deberet, de quo diceretur infra eodem ex conquæstione. ex hoc etiam videretur quòd excommuoicatus iniustè ante cõmunionis restitutionẽ nõ teneretur respõdere, de quo p Io.

lxxxiiij.

lxxxiiij. distinctione si quis.& per Ioan.& Archidiaconum tertia quæstione secunda nullus. Et per Bernard.& Hostien. infra de exceptionib cum inter.& ibi dicam.

¶ Item ex hoc videretur ꝙ si spoliatus super spoliatione sua rescriptum impetret, contra rescriptum excipiens non deberet ante restitutionem audiri. sed non est verum si contra iurisdictionem opponatur. Super quo vide Inno. de foro com
5 peten. ex parte. vbi etiam notat Inno. † quòd spoliatus petens restitui non videtur renunciare exceptionibus dilatorijs, nec in iudicem consentire, ne beneficium iuris sit sibi damnosum, quòd dicit Collectarius valde notandum, quia restitutio fit à iudice. vt supra de ordi. cogni. cum dilectus. &. c. fina. Et remittit ad notata. ĩ. e. ex conquestione ipse etiam Collect. occasione eius quòd dicitur hic in glo. si. quicquid plãtatur, &c. notat qualiter plantanti, vel serenti in agrum alienum consulatur, recitans verba Cyni. C. de rei vendi. l. si quis. & quid si ædificauit in fundo duorum quorum vnus vult partem suam vendicare, & soluere partem sumptuum ædificatore volẽte totum retinere donec de sumptibus fuerit insolidum satisfactũ recitans etiam verba Cy. C. de rei vendica. l. si in area Sed non recito, quia non expedit lecturam Cyn. hic incorporare, sed te remitto ad loca prędicta. addit etiam notata. Io. & Archi. de altiori ædificatione in solo proprio. xij. q. j. c. j. ibi. vide.

¶ Septimo hic notat Inno. quòd duo sunt contra Ius hic statuta. vnum quòd spoliatus non primo restituatur contra ca. in literis. ĩ. c. Alterum quòd possessori incũbit probatio contra. c. inter dilectos. in fine. infra de fide instrumento. inter dilectos. in fine. Sed hoc contingit propter voluntatem partium, quæ in hoc conuenerant secundum eum.

¶ Octauo notat quòd de consensu spoliati possessorium restitutorum intentantis potest quæstio proprietatis cõtra eum
6 agitari, † & per consequens cum tantum valeat consensus tacitus sicut expressus. ff. de legi. l. de quibus. § j. ff. de iudic. l. ij. Si permiserit talis in petitorio se reconueniri, vel de proprietate contra se excipi, & probari, valebit processus, & ꝓprietate probata à restitutione repelletur, vt hic. quòd ergo dicitur supra de ordi. cogni. c. finali. quòd agens super spoliatione non potest nisi super alia spoliatione reconueniri debet sic intelligi, subaudi inuitus vel reclamãs. Secus enim si cõsentit expressè, vel tacitè procedendo per iam dicta.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Iura singulorum legitimis actionibus non per inquisitionem tractanda sunt.*
2 *Non fit præiudicium spoliato renuncianti quoad possessorium, sed secus quoad petitorium.*
3 *Renuncians in manibus eius cuius est renunciationem admittere possessione priuatur.*
4 *In iuris vel hominis priuatione fienda antequam fiat possessionem auferre iuris est.*
5 *Iuramentum metu, vi, vel dolo extortum, non obligare.*
6 *Iuramentum stricta natura esse.*
7 *Iuramentum quicquid necessitatis est ex eo quòd iuratur includit.*
8 *Renunciatio beneficij possessionis renunciationem includit.*
9 *Regula facta per metum ipso iure tenet, fallit in beneficij renunciatione, & ipsius adiuratione.*

¶ *CAP. II.*



Ollicitè. ¶ Opponitur primo ibi: *inquirere.* quia ista litera videtur sonare quòd quæstio spoliationis in modum in
1 quisitionis excipienda est, † nam de iuribus singularium personarum non per inquisitionem, sed legitimis actionibus est agendum. vt notat Innocen. infra de iureiurando ad nostram. dicit Hostien. quòd in modum inquisitionis de spoliatione agi potest, quando litigantes sunt personæ miserabiles. vt supra capitulo primo. vel quã do Episcopus cognoscit inter clericos suos. xj. quæstione prima. si quis cum clerico. Innocen autem supra, vt lit. non contesta. quoniam. § sunt & alij. tenet hunc posse inquiri quando ratione criminis in spoliatione commissi ad pœnitentiam agitur. & super hoc omnino vide quę scripsi post Collecta. supra. c. primo. in quinto notabili Sed per hoc non soluitur ad nostram decreta. Tu ergo dicas pro solutione oppositionis, quòd hic non mandatur procedi in modum inquisitionis, licet mandetur inquiri in omni enim causa in qua causę cognitio requiritur diligens inquisitio est necessaria. vt in c. iudicantem. sicut in omni causa habet iudex cohertionem quę sapit ad naturam meri imperij. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdictio. l. finali. in fine. & si qui ius dicen. non obtempera. l. vni. in princip. & . C. de testib. l. nullum. & tamen non omnes causæ sunt meri imperij, nec omnes iudices habent merum imperium. ff. de officio eius cui mandat. est iurisdictio. leg. prima. & de iurisdict. omni. iudic. l. tertia. & ad municip. l. ea quæ. vnde vult dicere iste textus, quòd si contra spoliatum petentem restitutionem excipit spoliator de renunciatione, & spoliatus replicat spoliationem renũciationem pręcessisse, & ob hoc spoliatorẽ in dicta exceptione nõ debere audiri, iudex primo debet de veritate replicatiõis inquirere hoc est super illa testes spoliati recipere, & sic textus non vult dicere ꝙ hic in modum inquisitionis procederetur, sed potius innuit ꝙ hic Iure actionis procedebatur inter partes. Sed contra præmissa opponitur, nam secundum rectum ordinem Iuris primo de actione secundo de exceptione, tertio de replicatione inquirẽdum est. C. de excep. l. si quidem. instit. de replica in principio. Quomodo ergo mandatur testes super replicatione hic prio recipi? Super quo omnino vide quæ scripsi de renunc. ca. sup hoc. in quinta questione principali. Item quia cum exceptio Iuratę renunciationis in genere proposita neccessario non inferat exclusionem actionis vt hic probatur, non videbatur admittenda, dum enim non quælibet species generis infert propositum de genere male excipitur, vt notat Ioan. And. de excep pia. lib. vj. in verbo speciem & Inno de appella. super eo. modo hic iurata renunciatio licet respectu vnius temporis inferat sufficienter non tamẽ respectu alterius, ad quid ergo grauatur spoliatus in probatione replicatiõis. s. de iure exceptio non procedit. Item nunquid exceptio abiuratæ renunciationis respicit causam proprietatis? nullus dubitat ꝙ sic. quia per renunciationem amittitur ius proprietatis & dominij. vt legitur & nota. ĩ. c. proximo. s. de renunciatio. admonet. & vij. quæstio. j quam periculosum. quomodo ergo admittitur contra spoliatum contra. c. in literis. ĩ. e. ad istas tres oppositiones redibo. ĩ. c. proximo in quæstione. ij. ad finem.

¶ SECVNDO opponitur, quia sicut turpitudo metus, in stipulatione illati purgatur per sequentem voluntariam solutionem. C. ꝙ met. ca. l. secunda. ff. de conditio. ob turp. cau l. si ob turpem. vt post spõtaneam solutionem ad petitionem agi non posit, vt ibi, sic videtur ꝙ turpitudo violentiæ in spoliatione commissæ per sequentem renunciationem, & abiurationem voluntariam sic purgetur ꝙ posteà ad possessionis agi nõ possit. Solutio, exceptio ꝙ me. causa odiosa est, & ideò solutum ea omissa repeti non potest. ff. de condi. indebi. l. qui exceptionem. Sed exceptio spoliationis fauorabilis est, & priuilegiata, & ideò secus. vel dic quòd post turpem spoliationẽ voluntariè soluens cum petentem exceptione repellere possit donare videtur. ff. de regu. iur. cuius per errorem. & ideo cum per solutionem quæratur dominium creditori solutum non repetitur. sed hic per renunciationem non magis accreuisset violento. Reffert etiam dominus Martinus Innocen. scripsisse de renunciatio. super hoc. quòd leges contrariæ loquuntur de solutione quæ venit per modũ exequutionis ad stipulationem præcedentem per metum extortam. Sed renunciatio de qua hic loquimur, non venit per modum alicuius exequutionis ad spoliationẽ præcedentẽ, nã spoliatio facta post possessionẽ ꝑ possessionẽ amissã nõ põt respicere nisi ꝓprietatem, quia quis nõ põt renunciare nisi iuri ꝙ habet. vt. ff. de leg. ij. l. si ita. § sub

casu capit.licet.de electionib.lib.vj.quia tunc nunquam licet
possessionem auferre possessori, nisi per sētiam.vt.j.eod.con
querente.&.C.de iur.fisci.l.vltima.& in his concordare vide-
tur Hosti.in decret.sequenti. dans pro regula ꝙ vbi nec ipso
iure,nec per sententiam latam,vel inique latam,& per appella
tionem nō suspensam priuatus est non licet ei possessionis cō
modum auferre.Sed vbi ipso iure,vel per sententiam quæ ha
bet vigorem rei iudicatæ perdit ius beneficij potest alteri con
cedi,& licet Episcopo sine causę cognitione possessionem auf
ferre:quia in hoc exequitur officium suum,vt dixi.s. Nouel-
la verò de collatione id fatetur,sed nō de possessione. Remit
tens ad prædic.decre licet.de præben.videlicet quo ad casum
illius qui est ipso iure priuatus non per sententiam,& dicit te-
nendum quòd notauit de offi.ordi.c.ordinarij.§.j.lib.vj.
¶ Aduerte quia duæ difficultates hic tangūtur,prima est qua
liter hæc decret.& sequens intelligantur,& soluantur.Secun-
da est qualiter de iure procedat regula.s.data.Sed circa secun
dam difficultatem nolo multum insistere,eo ꝙ trāscendit ma
4 teriam nostræ decret.vnde breuiter me expedio,& dico † ꝙ
in priuatione iuris,vel hominis nondum facta,licet fienda,nō
licet antequā fiat possessionem auferre, & in hoc omnes con
cordant.Item de iam facta dico,ꝙ si loquimur in priuatione
iuris,necessaria est declaratio per sententiā hominis antequam
possessio iuridice auferatur.casus est infra de hæretic.c.cum se
cundum.lib.vj.& in prędicto.c.licet.de præben.c.lib.In pri-
uatione autem hominis iuridicè facta,siue sit voluntaria,puta
per spontaneam renunciationis oblationem,& admissionem
per superiorem factam,siue sit coacta,puta per sententiam ri-
tè,& rectè latam quæ in rem trāsiuerit iudicatam,& in his etiā
concordant omnes cum Inno.& Hostien.Sed si non esset ho-
minis priuatio iuridice facta,vt puta quia renūciatio per vim
vel metum fuisset extorta,aut sententia non ritè lata, vel per
legitimam appellationem debito modo suspensa tunc posses
sio nō deberet auferri, de primo est textus hic,& in prędicto
c.super hoc.de secundo est textus.j.e.c.conquerente.&.C.de
iur.fisci.l.prohibitum.&.l.fi.de tertio est textus.j.de appella.
non solum libro sexto,verum si post priuationem iuris Epi-
scopus vocato priuato ad collationem alteri faciendam con-
ferret ecclesiam alteri plena causę cognitione præmissa,& ri-
tè,& rectè interposita posset tunc Episcopus sine alia sententia
illi priuato possessionem auferre, prout videntur scripsisse
Nouella,in.c.ordinarij.& hic Martinus, & satis credo quòd
bene,quia talis collatio tali modo facta haberet vim sententię
declaratorię.Nam declarando se posse cōferre videretur de-
clarare iuris priuationē,iuris vacationem inducentē ex qua
confert.vt.ff.de procu.l.Pomponius.§.sed & si. Et si vis vide-
re latius vide quæ scripsi contra Archidia.in præd.c.ordinarij.
§.j.in.j.quęstio.Expedita secūda difficultate redeamus ad pri
mam.circa ꝙ noueris Martinum more Innō.palpitasse.Dicit
autem primo ꝙ illa solutio ꝙ loquatur decreta sequens de re-
nunciatione facta coram suo iudice sibi non placet, quia hęc
de.re.de hoc nihil tangit pro,vel cōtra,sed loquitur indistin-
ctè.Subdit autem ꝙ communis est solutio,ꝙ capitulū istud lo
quatur de renunciatione spoliationē sequēte,& capitulum se-
quens de præcedēte,& secundū istam summatur hæc decr per
Nouellam.tertia solutio est secundū eum,ꝙ hic contra excep
tionem spontaneæ iuratæ renunciationis replicabatur de co-
actione,& ibi non,Sed dicit ꝙ ista est eadem cū pręcedente in
effectu quòd nō video.quarta solutio est secundū eum.ꝙ hic
excipiebatur solū de non iure proprietatis, puta de renuncia-
tione facta post spoliationem,ibi verò excipiebatur de non iu
re proprietatis,& possessionis,puta de renunciatiōe spoliatio
nem præcedente.Sed ista in effectu cum primis coincidit,& di
uinat ad istam decret.& in hac fundatur ista solutio. quia ex-
ceptio in qua solum ageretur de iure dominij non deberet ad
mitti in iudicio restitutorio,sed bene admitti deberet excep-
tio per quam probatam cōstaret petentē restitutionem tem-
pore deiectionis non posse lisse.vt.j.e.c.olim.j.&.ij.modo si
possidens renunciat possessionem amittit.vt notat Inno.in.c.

quod in dubijs.&.c. super hoc.allegatis.licet non perdat do-
minium nisi corā superiore renūciet.vt.c.ꝙ in dubijs.&.c.ad-
monet.allegatis.Si tamen non possidebat renuncians etiam co
ram superiore solum amittit ius,quia possessionē non habet.
prędicta tamen dicit modificanda per notata Inno.in decre.
sequenti quæ scripsi supra,& per notata eiusdem Inno.in ca-
pitulo super hoc.vbi omnino vide quę scripsi in primis.xiij.
quęstionibus.quia illa te clarificabunt in multis,dicit enim ꝙ
si ille qui renunciauit tempore quo possidebat post renuncia
tionem,& ante spoliationem recuperauit possessionem,& ani
mo possidendi licet iniustè propter renunciationem præcedē
tem,si posteà spoliaretur competeret sibi possessorium recu-
perandæ nec valeret exceptio renunciationis per quam pro-
batam solum ostenderetur renunciantem tempore renuncia
tionis ius,& possessionem perdidisse.Sed non per hoc osten-
deretur renunciantem tempore spoliationis non possedisse,
& caue secundum eum,quia textus isti non loquūtur de renū
ciante petitioni restitutionis,de quo loquitur Inno.in prædi.
c.super hoc.& de cau.poss.c.finali.quia in illo obstaret excep
tio sed loquitur de renunciatione beneficij.Item non loqui-
tur in possessorio adipiscendę in quo bene habet locum ex-
ceptio abiurationis beneficij,vt.c. super eo.secundum vnam
lecturam,nisi præsumptio malitiæ tollat huiusmodi excep-
tionē.vt.c post electionem.de conces.pręben.nec habet locū
talis exceptio contra agentem vti poss.ne turbetur.per.c.cum
venissent.j.de insti.de quo plenius dicetur.j.c.audita.secun
dum eum.dicit ꝙ glos. idem videtur voluisse licet obscure.
dicam.j.proximo in prima,& secunda quęstionibus,

¶ QVINTO opponitur,quia videtur ꝙ iuramentum re
nunciationis vitiosæ extortum, vt puta per vim. vel metum
sit seruādum,saltem donec fuerit per superiorem relaxatum.
vt.j.de iureiur.c.verum.&.s.de electio.capi.venerabilem.§.
idem etiam. Dicit dominus Martinus, ꝙ hoc hic facit fauor
restitutionis nam reuera iuramentum vi,vel metu extortum
obligat.vt not.Card.Archidia.& sess.de pact.c. quamuis.li.
vj.Saluo ꝙ agi potest ad relaxationem.s.ꝙ me.cau.ad aures.
de iureiur.debitores.Sed melius in.c.verum.allegato. sa.not.
Ioan.xxij.quæstione quarta.inter cætera.xv. quęstione sexta.
auctoritatem.& Bernard.de iureiurā. si vero. & quòd metus
causa.c. Abbas.licet præd.c.quamuis.& de iureiur.c.cum con
tingat.&.c.vlti.c.licet.lib.vj.& hic,&.j.c. proximo. & pręd.
c.super hoc.&.C. qui aduer. vendi.aucten. sacramenta pube-
rum.videantur innuere quòd non obligent. Super quo vide
quòd scripsi in prædict.c.quamuis.in quarta oppositione,vel
potest dici quòd in ista decretali, & alijs iuribus quæ viden-
tur sonare iuramentum vi,vel metu extortum non valere, de
bet subaudiri in effectu,& debet suppleri quòd eius relaxatio
interueniat ita quòd petatur relaxatio propter vim, metum,
vel dolum,& de hoc nihilominus simul & semel excipiatur,
vel replicetur,sicut in simili habetur.ff.de iureiuran.l. nam po
steà.§ si minor.vel dic quòd in auctentica sacramenta.& cap.
quamuis.& hic,& in.c.sequenti. ponuntur casus speciales in
5 quibus iuramentum non obligat,nec eget relaxatione. † Vel
dic quòd tale iuramentum vi,metu,vel dolo extortum,in nul
lo obligat respectu partis,hoc est quòd si pars agendo, vel ex-
cipiendo,seu replicando,vel superioris officium implorando
vellet illud opponere iudex non deberet ipsam audire, & ita
loqui videntur prędicta iura,& sic procedere possunt notata
Cyni in prædicta auctentica sacramenta.in secunda opposi-
tione.dicentis quòd regula illa quæ habet quòd facta per me-
tum ipso iure tenent.fallit in religione sacramenti. Sed respe-
ctu Dei,& ecclesię bene obligat tale iuramentum ad obserua-
tionem,donec relaxetur dummodo obseruatio non vergat
in detrimentum aliquod salutis eternæ. infra de iureiuran, si
verò.& ideò iudex maximè ecclesiasticus debet eum repelle-
re ex officio puro donec humiliter petierit relaxationem pro
pter periculum peccati vitandum.vt infra de exceptioni.ca.
exceptionē.sed debet incōtinenti,& sine difficultate illud rela
xare.vt de sen.excō.c.sacro.§.j.& exceptionē seu replicationē

4 *Restitutionis exclusio est quòd prætensæ spoliationis tempore restitui petens non possidebat.*
5 *Tacens melioris conditionis esse quàm replicans minimè debet.*
6 *Coactio crimen sapit.*
7 *Renuncians benefic. ÿs restitutionis petitioni renunciare censetur.*
8 *Iuri futuro renunciari non posse.*
9 *Renunciatio proprietatis causam respicit.*
10 *Exceptio spoliationis perpetua est.*
11 *Annalia ad agendum sunt ad excipiendum perpetua.*
12 *Rescriptum agendo annale est, excipiendo verò perpetuum.*
13 *Spoliatus semel semper spoliatus præsumitur nisi de contrario cõstiterit.*
14 *Ratione qua interdicta annalia sunt, eadem contra spoliatorẽ de eo quod ad eum non peruenit post annum non agitur.*
15 *Renuncians ante spoliationem, & eiusdem possessionem, & proprietatem amisit.*
16 *Informationem breuem, atque summariam esse debere.*
17 *In informatione spectanda tria.*
18 *Conuentus bona materia exceptionem opponens & probans actoris intentionem elidit, sicut renunciatio contra exposcentem beneficium.*

¶ CAP. III.



Ccepta quæstione. Nouel. sic summat,
2 † petenti restitutionem ecclesiæ nbstat abiuratio spontanea, & decretalem præcedentem summabat sic, petenti restitutionem ecclesię non obstat exceptio abiurationis factę post spoliationem, ac si Nouella vellet dicere, quòd refert in modo excipiendi contra petentem restitutionem: quia si simpliciter excipitur de spontanea renonciatione bene excipitur, vt hic. si verò exceptio ad tempus post spoliationem coarctetur malè excipitur, vt in. c. præcedenti. saluo quòd circa primum membrũ casu quo de actione replicetur videretur recurrendum esse ad distinctionem quam ponit decre. super hoc. de renuncia. verum quia ista materia reputatur subtilis & difficilis, adhoc aliqualiter insistamus circa eam. Queramus igitur de intellectu huius decreta. & decreta. proximè præcedentis, & prædictæ decre. super hoc. Et qualiter exceptio de renunciatione iurata, vel non iurata, potest opponi contra petẽtem restitutionem beneficij, & qualiter prętextu coactionis valeat impediri, & in primis habes de tractatu isto facere duos articulos. Primus est, cum pro parte spoliati nulla coactio allegatur. & de isto videtur loqui hęc decret. & fortè etiam proximè præcedens secundum vnum intellectum. Secundus est, cum pro parte spoliati coactio allegatur. & de isto loquitur prædicta decret. super hoc.

¶ Circa primum articulum distingue principaliter quatuor membra, videlicet quia, aut opponitur de renunciatione facta antequã possideret, aut de renũciatiõe facta post possessionem adeptam, & antequam eam amitteret, & sic ante spoliationem, & ipso renunciante adhuc possidente, aut de renunciatione facta post spoliationem seu aliâs possessionem amissam, & nundum recuperatam, & sic ipso renunciante amplius non possidente. Aut excipitur de renunciatione simpliciter nulla facta relatione ad tempus. & quodlibet istorum quatuor membrorum duplicem habet subdistinctionem. & primo quia, aut excipitur de renunciatione facta in manu superioris, aut de renunciatione facta in manu alterius, aut de alia in nullius manibus facta quę repudiatio dici potest. Itẽ quia, aut quæritur de renunciatione iurata, aut de renunciatione
2 non iurata. De primo membro dicere potes simpliciter, † exceptionem renunciationis omnem possessionẽ in renunciãte præcedentis iuratæ, vel non iuratę in superioris manibus factę vel non factæ petenti restitutionem beneficij non obstare. ratio est, quia illa non respicit possessionem sed proprietatem dumtaxat, eo quòd possessionem non hñs eã renunciando non amittit. ff. de vsufr. leg. l. Titio vsusfructus. talis autem exceptio petenti restitutionẽ beneficij nõ obstat. ĩ. e. in literis. & tamen colligitur hoc ex notatis per Inno. ĩ. c. proximo. vers. alij dicunt. & per Bernardum in glo. secunda ibi verior est solutio. Fallit vbi per confessionem spoliati, vel alias probationes legitimè factas constaret de renunciatione post titulum prætensum in possessorio per spoliatum. per ea quæ scripsi supra capitulo primo. proxi. in septima oppo. cum ibi allegatis, & remissionibus ibi datis, & iuncto quòd non daretur restitutio spoliato nisi titulum allegaret & aliqualiter probaret, vt patet ex ijs quæ scripsi in clemen. causa. de caus. possessio. & pro
3 prie. in. xxviij. quęstione. De secundo membro dico, † exceptionem renunciationis factę à possidente cui non opponitur coactio, neque sequens ante spoliationem possessionis recuperatio simpliciter admittendam, & probatam petenti restitutionem obstare, Et hoc siue fuerit iurata, siue fuerit non iurata, siue fuerit facta in manibus superioris, vel alterius cuiuscũque, siue non fuerit facta in manibus cuiuscunque dummodo facta sit. nam licet dominium solo animo non perdatur, possessio tamen solo animo perditur. ff. de acquiren. posses. l. si quis vi. § differentia. nec obstat. l. quemadmodum. eodem titulo. quæ videtur corpus, & animam requirere, quia illud verum cum à corpore incipitur. sed si incipiatur ab animo sufficit ille solus, vt eodem titulo. l. tertia. § in amittenda. vt ibi notatur per scribentes, & pręsertim per Bartholum in renunciatione autem satis declarat renuncians animũ quòd non vult amplius possessionem retinere. Et hanc opinionem tenuit Innocen. motus ista ratione in capitulo super hoc. & capitulo
4 quod in dubijs. de renuncia. † Ad excludendum enim restitutionem sufficit deducere quòd petens restitui tempore suæ prętensę spoliationis non possidebat: quia nisi tunc possideret non diceretur spoliatus. infra eodem capitulo olim. Et quia de voluntate sua possessionem perdidit seipsum voluntariè spoliauit, Ideò sibi imputet. infra de regul. iur. damnum. lib. sexto. quia volenti non fit iniuria, neque dolus. eodem titulo scienti. nec tunc curo an ius habuerit in proprietate, vel non habuerit, quia istæ quæstiones inter se quo ad hoc nihil commune habent. ff. de acquirend. possessio. l. naturaliter. § nihil. Sed oppones dupliciter, & primo, quia non videtur quòd sufficiat probare solam renunciationem simpliciter, nisi etiam probetur quòd nullo metu, vel vi coactus, sed spontaneè prælibatam ecclesiam renũciauerit, vt videtur expressum hic in fine. Secundo quia ius pręsumit coactionem nisi spontanea voluntas probetur, vt videtur expressum in prædicto capitulo super hoc in versi. sic tuæ. & maximè vbi iuramentum interuenit. vt videtur expressum in eadem decret. super hoc. in versi. maximè. quemadmodum hic, & in capitulo supra proximo iuratum fuerat. Sed respondeo & dico, quòd licet prima facie præsumptio faciat contra excipientem de renunciatione, tamen illa non sufficit spoliato nihil de coactione allegante ad exceptionis probationem repellendam, vel elidendã, licet hunc effectum operari debeat quòd iudex exceptionẽ nõ debet statim admittere. sed debet per prius de causa renũciationis inquirere, & informationem recipere, & tunc ea recepta prout sibi equum videbitur exceptionem admittere, vel repellere, & modo quo scripsi in prædicto capitulo super hoc. in prima & secunda quæstionibus. & infra eodem capitulo. in quarta quęstione. quam omnino hic coniungas. Nec obstat hæc decretal. in fine. quia dico quòd renunciatione probata. & coactione non allegata, nec probata, ipsa non coactio probata censetur. C. qui mili. non poss. l. super seruis. Nam cum renunciatio sit causa proxima exceptionis, & coactio replicationis, si coactio non probetur, remanet renunciatio non elisa vincere debet. Sicut actor probata intentione si reus exceptionem
5 non probet. cum reus in exceptione sit actor, vt dixi † nec melioris conditionis esse debet tacens, quam replicans. quia contra tacentem pręsumitur quòd si causam loquendi haberet loqueretur. ff. de petitio. hęred. l. nec vllam. nec in hoc iudex debet supplere factum partis. per lecta & notata de postulatio. c. a bonę. nec obstat de iuramẽto, quia licet præsumptionẽ aliqualiter aggrauet ad maiorẽ informationẽ requirẽdã tamẽ illã de perse vrgentẽ nõ reddit, vt dixi in loco prętacto.

¶ Aduerte tamen ad vnum quòd satis videtur facere ad præmissa. videlicet quòd capitulum super hoc. non facit quæstionem de exceptionis renunciatione iam probata, an obsit beneficium reposcenti, ad quam dicere habes, vt tactum est ꝙ obest, nisi sit verè probata coactio, aut præsumptio talis pro coactione, tanquã verè probatum de iure standum sit: imo dicere habes, vt Præmisi ꝙ non sufficit generalis præsumptio, de qua loquitur capitulum super hoc. etiam si interuenerit iu
6 ramentũ: † quia coactio sapit in crimen in quo non est ex præsumptionibus iudicandum. j. e. c. literas. cum similibus. Sed quærit dictum capitulum super hoc. an exceptio renunciationis iuratę admitti debeat ad probandum? & facit rationem dubitandi primaria præsumptio calumniæ, vel coactionis, tum quia nõ est verisimilè ꝙ gratis quis velit renunciare iuri suo, tum quia iuramentum interuenit, ad quam textus videns dicit causæ cognitionem præmittendam, ne occasione exceptionis calumniosè oppositæ lis prorogetur, & restitutio differatur. j. e. c. frequens. lib. vj. facilius enim repellũtur exceptiones probãdę quam probatæ. vt cle. constitutionem. de elec. §. vltimo. nam ante probationem sunt duę præsumptiones. Prima ꝙ renunciatio facta non fuerit. Secunda ꝙ si facta fuerit coactio interuenit, quarum presumptionum prima cessat post probationem, qua cessante cessat præsumptio calumnię, & remanet solum præsumptio coactiõis talis qualis quæ cum sapiat crimen non potest succedere in locum plenè probationis, vt dixi. ar. eorum quæ leg. & not. j. de testi. pręsentiom. li. vj. Sed oppones de. l. cum de indebito. §. vltimo. & de. c. quia verisimilè. j. de pręsumpt. Dico enim ꝙ. l. cum de indebito. in fine loquitur in suo casu speciali, videlicet in confessiõe simplici in qua in odium creditoris, & releuamen debitorũ quorum miseriæ, & facilitati iura succurrere voluerũt, introduxerunt iura ipsa ꝙ huiusmodi confessione non obstante teneretur infra certum tempus probare creditor pecuniã fuisse numeratam. C. de non nume. pecu. l. generaliter. & l. aduersus. & per totum. insti. de litera. ob. in princi. & per totum. non ob. c. quia verisimilè. primo quia ibi non dicitur, ꝙ probationes receptæ fidem non faciant seu ꝙ recipi non debeãt. sed ibi admonetur iudex ad aliqualem causæ cognitionem præmittendam, sicut in. c. super hoc. & etiam ibi loquitur in casu cui maior iuris præsumptio quam simplici beneficij renunciationi aduersatur, vt ibi patet. De tertio membro dic. vt de primo ex paritate rationis iunctis ijs quæ scripsi. s. c. proximo. in. iij.
7 oppositione, & quatuor sequentibus. † Sed dices quòd renunciando beneficio videtur renunciare petitioni restitutionis. Sed respondeo ꝙ huiusmodi consequentia non tenet in non possidẽte. per id quod scripsi. s. c. proximo. in. vj. oppositiõe. De quarto membro videlicet de renunciatione simplici nullam habente relationem ad tempus, dico eam non admittendam, siue iuramentum interuenisse dicatur, siue nõ, siue in manibus superioris facta, dicatur, siue non. nam exceptio solius proprietatis contra petentem restitutionem admitti non debet. j. e. in literis. ista est huiusmodi. probo quia nisi ꝙ renuncians possideat tempore quo renuntiat id exceptione deducatur, exceptio possessorium non concernit, vt patet ex ijs quæ scripsi. s. in primo membro. nec ob. ꝙ possibile est ita esse, quia hoc non sufficit nisi id ita fuisse in exceptione deducatur. quia postquam genus plures continet species quarum non quęlibet sufficit ad probandum, inferendum non sufficit genus in exceptione deducere. vt notatur de excep. tio. pia. in verbo speciem. lib. vj. per Ioan. And. & per Innocen. de app. c. super eo. j. in glo. penul. & qualiter respondeatur ad istam decretalem vide quę scripsi. j. in quarta quęstione. Collect. in. § aduerte tamen. Sed quid si exceptio refferet ad tempus in genere sed non in specie, vt puta quia dicit conuentus ꝙ spoliatus possidens renunciauit. sed tempus renunciationis non exprimit? videretur admittenda exceptio non obstante defectu specificationis huiusmodi temporis, eo ꝙ videtur de iure partis. Sed non apparet mihi hoc verum, nam imo videtur continere obiectũ eo ꝙ non fundat directè ius excipientis. ar. eorum quę leguntur, & notantur in cle. constitutionem. allegata. Item quia tollit legitimam deffensionem, puta replicationem spoliati. Si enim tempus renunciationis exprimeret posset replicare spoliatus, & probare se illo tempore minimè possedisse. fa. quæ leguntur & notantur. C. de contrahen. empti. l. optimam. in fi. Sed quid si exprimit tempus in specie, sed in forma exceptionis non ponit ꝙ pro illo tempore renuncians possideret? Respondeo, tunc exceptionem non esse admittẽdam. per ea quę scripsi. s. in principio huius quarti membri, & ver. nec obstat. Sed iuxta primum membrum quid si antequam titulum haberet virtute cuius dicit se possedisse. & restitutionem petit spoliatus diceret excipiendo conuentus renunciationem factam fuisse? respondeo, illam non obesse spoliato. per ea quæ
8 scripsi in primo membro à fortiori ratione, † & quia iuri futuro renunciari nõ potest, vt. ff. de le. ij. l. si ita. § sub conditiõe.

¶ Expedito primo articulo ad secundũ breuiter accedamus, videlicet cum pro parte spoliati coactio allegatur, & hic pro conclusione primo dicas, ꝙ in casibus in quibus dixi circa articulum præcedentem exceptionem non esse admittendam non admittitur exceptio in casu huius articuli, nisi spoliatus de coactione repplicans in replicatione exceptionem renunciationis dispositiuè fateretur. iuxta ea quæ scripsi. s. c. proximo in septima oppositione. §. quid dicendum. Et patet conclusio quià eadem ratio vtrobique. & quia de coactione replicans tendit ad elidendum, & euacuandum intentionem excipientis, & per consequens fide se est insufficiens ipsam non validat, ne dispositio finem contrarium operetur. ff. de conditio. & demon. l. cum tale. § vltimo. & de solutio. l. qui homi nem. in fine. Cum autem exceptio de per se est sufficiens, vt in membro secundo articuli proximè pręcedentis vel cum spoliatus exceptionem ipsam dispositiuè fatetur replicando, est modo quæstio qualiter prætextu replicationis de coactione impediatur renunciationis exceptio? & hic habes distinguere duos casus. nam aut quæris de impedienda probatione exceptionis ipsius renũciationis nũdũ probatæ. Aut queris de impediendo effectu ipsius exceptionis iam probatę, puta per confessionem, vel alias probationes legitimè iam receptas.

¶ In primo casu dico, ꝙ talis replicatio de per se dictæ exceptionis probandę repulsionem non inducit, sed bene ipsam suspendit donec summaria informatio super huiusmodi exceptionis probandę admissione, vel repulsione per iudicem sit recepta, ipsáque informatione habita eiusdem exceptionis probandę admissionem, vel repulsionem arbitrariam reddit, & ita loquitur capitulum super hoc. allegatum. & quę in huiusmodi versentur arbitrio satis ibi scripsi in secunda questione, & sequentibus vsque ad quindecimam quæstionem. Ideò circa hoc amplius non insisto. Saluo ꝙ non intelligo dictam suspensionem fieri ipso iure. Sed ad partis requisitiõem adeò quòd si informatione non pręmissa iudex exceptionem admitteret, & admissio in rem iudicatam transiret puta quia nõ esset appellatione suspensa teneret admissio, & processus, quia non esset contra ius constitutionis, sed contra ius partis. ij. q. vj. § diffinitiua. ff. quę sen. sine appel. rescin. l. j. Sed quę res casu quo arbitretur iudex exceptionem renunciationis admittendam qualiter replicatio coactionis admitti debeat, & cuius, videlicet an exceptionis vel replicationis probationes præmitti debeant, vel an simul concurrere possint, vel debeant, Sed hic nolo dicere, quia de hoc habunde scripsi in prædict. decre. super hoc. in quinta. q. & in quatuor præcedentibus, & licet in aliquibus aliter sentiat Inn. vide tamẽ qualiter ad dicta ipsius respondetur in remissione prædicta. & tene quòd probatiões concurrere habent vt ibi dixi.

¶ In secundo casu distingue quia, aut quæris an contra exceptionem renunciationis iam probatæ admitti debeat probatio replicationis de coactione, & dico ꝙ sic. nisi habito respectu ad dignitatem, & opinionem personarum, vel ex aliqua alia causa probabili repelleretur. vt prædicto capi. super hoc. in § finali. iuncto quòd solet dici, quòd probatio probationem non repellit, & maximè quę secundum rectũ ordinem sequi

habet

habet, sicut probatio replicationis probationem exceptióis.
iuxta ea quæ scripsi in.c.s̃.proximo.in.j.oppo.ver.sed con
tra præmissa,& in remissione ibi data. Aut quæris vtrũ ipsa
sola coactionis allegatio non probata effectum exceptionis
ipsius renunciationis probatæ de per se habeat impedire,& di
co ꝙ non,nisi sit aliter coadiuuata Et fa.bene ea quæ scripsit
Cyn.C.de procu.l.j.in.ij.q. Aut quæris an ipsa replicatio co
actionis iam ꝓbata ipsam renunciationis etiã iam probatæ
exceptionẽ excludat? Et dico ꝙ sic:quia illa est natura repli-
cationis.instu.de except.in prin. Aut quæris an non probata
sed adminiculata idem operet? & dico propter incertitudinẽ
adminiculi id nõ esse lege determinatum,& per cõsequens iu
dicis arbitrio relinquendũ.s̃.de offic.deleg.de causis. Cætera
dic,vt dixi in.c.super hoc allegato. Sed quæres quõ peruertit
ordo in.c.s̃.ꝓximo.in eo ꝙ ibi mandatur testes super replica
tione primo recipi,vt ibi scripsi in prima oppo.ver.sed cõtra.
Respondeo ꝙ nõ peruertitur ibi ordo,quia fit hoc per modũ
summarię informationis,non per modum directę probatio
nis,vt in pręd.c.super hoc.&.j̃.de testi.veniens.ij. Item quæ-
res cũ dixerim exceptionẽ renunciationis in genere spoliato
petenti restitutionem nõ obstare,vt in.c.s̃.ꝓximo.cur onera
tur spoliatus probatione coactionis? vt ibi tetigi in.j. opposi.
ver.item quia. Respódeo ꝙ hoc non est introductũ ad onus
ipsius spoliati:quia nec arctatur ad hoc: sed potius in fauorẽ
eius,vt repellat exceptio sibi opposita,vt acceleretur restitu-
9 tio sua.nec obstat quòd tetigi in præd.oppo.j.in fi.† ꝙ renũ
ciatio respicit causam proprietatis,quia cũ renuncians possi-
det etiam respicit causam possessióis,vt supra tetigi. Sed quę-
res vtrum renunciatio facta post renunciationẽ opposita in
petitorio sit tanquã non sponte facta absq; alia causę cogni-
tione repellanda? quòd dimisi insolutũ.s̃.c.proxi.in fi.ij.op-
posi. Respodeo ꝙ non,imo est causæ cognitio super hoc prę
mittẽda,vt probat.c.super hoc.quòd quantum ad hoc intelli
go indistinctè,nam si interuenit coactio nõ credo ꝙ noceat
in proprietate.per ea quæ scripsi.s̃.c.proxi.in.vij. oppo.si nõ
interuenit coactio nocere debet in proprietate,& sic proce-
dit quòd scripsi post Nouellam in prædi.ij.oppo.sed nõ no
cet in possessione eo ꝙ illã renũcians tempore renunciationis
non habebat,& sic procedit.c.s̃.proximo. Nec obstat ꝙ dicit
textus in.c.s̃.proxi.ꝙ non est verisimile ꝙ sponte iuri suo re
nunciet qui renunciat spoliatus,quia hoc fateor. sed dico ꝙ li
cet talis inuerisimilitudo sufficiat ad repellandum talem ex-
ceptionem in possessorio,maximè quia est alia ratione repel
lenda,videlicet quia tẽpore renunciationis possessionem nõ
habebat,non tamẽ de per se sufficit ad eam in petitorio repel
lendam,sed ad alios operatur effectus,quos præmisi. Reliqua
autem tangentia materiam huius decret.& proximè pręcedẽ
tis dixi in pręd.c.super hoc.volo tamen accedere ad recolli-
gendum dicta Collectarij.
¶ TERTIO igitur accedamus ad scripta per Collect.hîc,
& in.c.præcedenti. Quęrit igitur primo nunquid post litem
contesta.potest opponi spoliationis exceptio? de quo remit-
tit ad notata de ordi.cogni.cũ dilectus.de quo ibi satis scripsi
in.vj.oppo.& ad notata Io. And.j̃.eo.c.frequẽs.lib.vj. Sub-
dit etiam Inno.notasse in.d.c.ꝙ etiam si ꝓpost litem contesta.
fieret,nec tũc de ea opponi posset cũ aliud remedium habeat
spoliatus.s.actionem,cui dicit cõcordare. Arc.ij.q.ij.c.j.sed
quia iura dicũt de declinatoria cõtrarium.de offi.del.insinuã
te.de except.pastoralis.de elect.c.statuimus.&.c.vt circa.lib.
vj.& quia nõ est ita facile remediũ agendi,vt excipiẽdi maxi
mè dilatorię,vbi sufficit summaria,& semiplena causæ cogni
tio,vt not.Inn.de ordine cogni.c.si.durum videtur Collect.
10 hoc tenere.† Sed nunquid de spoliatione post annum exci-
pi potest? videtur ꝙ non,quia post annum agi non potest,vt
notatur.s̃.c.proxi.&.iij.q.j.reintegranda.& de rescript.c.ad
hæc.videtur contra,quia quę temporalia sunt ad agendũ,&c.
vt.ff.de excep.doli.l.purè.in fi.s̃.de rescrip.c.si autem.C.de
except.l.licet.vbi Cynus illam.l.adducit pro contrario ad.l.
purè.vnde huius occasione Collectarius hîc adducit ea quæ
scripsit Cynus in prędi.l.licet.tam de exemplo illius.l.quam
11 de intellectu illius regulæ † annalia ad agendũ,sunt perpetua
ad excipiendum.de quibus te ibi remitto. Subdit etiã Colle-
12 ctarius quòd exemplũ potest poni in rescript.† quia si impe
tro rescriptum ad agẽdum illud alio impetrato quoad agen-
dum annale est,sed quoad excipiendum perpetuum.not In-
no.de rescript.plerumq;. Plus dicit ꝙ vbi exceptio habet co-
herentiam actionis.perempta actione perimitur exceptio.
quantũ tamen ad exceptionẽ spoliationis vide quoad hoc In
nocen.in prędi.c.cũ dilectus.super verbo ipsius.& super ver
bo exceptionis.cuius dicta hîc refert Collectarius,& recitat
aliqua de ijs quæ scripsi.s̃.c.proximo.in oppo.ij.& de nota-
tis hîc per Inno.aliter tamen quã Inno.scripserit,cuius Inno.
dicta scripsi.s̃.c.proxi.in.iiij.oppo.§.ipse etiam.&.§.vnde ipe.
13 & ista recitando ponit hoc dictum,† videlicet ꝙ semel spolia
tus præsumi debet semper spoliatus,nisi aliud probetur,vt pa
tet in eo quod legitur & notatur.j̃.e.cũ ad sedem.quia aliud
non videtur necessarium,nisi ꝙ probem,ꝙ possederim,& ꝙ
possessione fuerim spoliatus. Sed licet hoc dictum sit verum
quoad beneficiũ.c.reintegranda.non tamẽ quoad interdictũ
vnde vi.quia ibi opportet ꝓbare formaliter ꝙ spoliatus tem
pore spoliationis possideret,vt dicetur.j̃.eo.cũ ad sedem.
¶ SECVNDO quærit nunquid hoc sit verum simplici
ter,ꝙ exceptio renunciationis factæ per spoliatũ petenti resti
tutionem non obstat. Respondet ꝙ illud debet intelligi nisi
replicetur ꝙ per pactum restitutionẽ resignauit.inducens no
tata Inno.de renun.c.admonet vltra vnã collũnam,& de cau
sa poss.c.fin.ad fi. Item nisi spoliatus confiteretur spõtaneam
resignationem.inducit notata Inn in.c.super hoc.circa prin
cip.tertiæ collũmnę.
¶ TERTIO quæritin.c.super proxi.in fi.super verbo nõ
postponas. Quid si posteà constiterit de spontanea abiuratio
ne.& respodet Hosti.tenere ꝙ idem,& idem sentire Inn. hîc
& in.c.super hoc.& probari à cõtrario hic ibi: *antequã restitu-
tus fueris &c*. Sed non bene capio quid dicere velit,quia si lo
quitur de probatione fienda in petitorio nil ad rumbum.si
loquitur de fiẽda in possessorio,quid ad factum cũ textus di-
cat illam nõ recipiendam. posteà reddit Collect.ad id quòd
14 tetigi circa primã eius quæstionẽ.§.sed nũquid.dicens† quòd
sicut non datur interdictũ post annũ sic nec agitur cõtra spo-
liatorem post annũ de eo quod ad eũ non peruenit Inducit
notata Inn.in.d.c.cũ dilectus.super verbo exceptionis.& Io.
in.c.reintegranda.& Hosti.in summa.de cau.pos.§.quis pos-
sit.ver.sed nunquid.& dicit ꝙ tex.c.reintegrãda.loquitur de
rei persequutione,& habet locum etiã contra illũ qui ignorãs
rẽ recipit alienã,& dicit hoc esse cõtra notata gl.in.ca.præce.
¶ QVARTO quærit in hac decre.accepta.in verbo,*cogni
to*.qualiter debet exponi hoc verbum? & exponit cognito.i.
probata violentia seu spoliatione per testes,& ꝙ sequitur.*re-
sponsum est*.exponit.i.dicta testium reprobandu.videlicet pro
bando ꝙ falsum dixerint deponentes ipsum spoliatum,& di
cit ꝙ hunc intellectum approbant Pe.& Abb. Sed ad verita
tem non applaudet literę dicere ꝙ ibi loquatur de exceptio-
ne opposita cõtra dicta testium,imo magis videtur ꝙ loqua
tur de exceptione in vim perenptoriæ opposita restitutioni.
Aduerte tamen omnino quia si exceptio renunciationis re-
stitutioni opposita in genere absq; coarctatione ad tempus
possessionis ipsius renunciantis non sit admittenda in posses
sorio.prout satis latè scripsi.s̃.eo.c.in prima quęstione.§.de
quarto membro,& tetigi in secunda quęstione.§.in secundo.
ver. Item quæres.fateri oportet,& supplere ad textum istum,
quòd huiusmodi exceptio hîc dictam coarctationem habe-
bat,quia aliter decisio huius decreta.hîc iusta non esset: cùm
exceptio talis præter illum casum solã proprietatem sapiat,
& sic restitutionem non obstet.vt.j̃.eodẽ.in literis. & sic ad
propositum Collectarius etiam fateri oportet quòd huius-
modi exceptionis probatio contrariatur dictis testium de
spoliatione deponentium,quia si non possedit tempore quo
renunciauit, nec posteà possessionem acquisiuit,non potuit

postea ſpoliari iam nudatus:vt.ĩ.eod.frequens & ad iſtum
ſenſum poteſt ſuſtineri dictum Collectarij,nec etiam fortè
eſt verum quòd verbum cognito ſic ſit exponendum,imo vi
detur exponendum de cognitione conuenti occulari,ſeu mẽ
tali,volo dicere quòd hoc vult iſta decre.dicere quòd ſpolia
tus primo dedit libellum ſuper iudicio reſtitutorio,& quòd
postea conuentus hoc cognito.i.per eum intellecto de ſpon-
tanea,& voluntaria renunciatione excepit.licet enim mãdet
certam conclusionem Papa iudici,de qua videlicet amplius
dubitabatur.quæ in fine decre.habetur,non tamẽ inhibet cõ
cluſionem contrariam quæ reſultaret ſpoliatione probata,&
renunciatione non probata:quia illa erat expedita per decre-
talem præcedentem.Et ideo Collectarius fatetur quòd idem
eſſet ſi ante receptionem teſtium obijceretur,quòd ante ſpo-
liationem reſignaſſet.Sed ego dico quòd hîc illo modo obij
ciebatur.
15 ¶QVINTO quærit,† nunquid per renunciationem fa-
ctam ante ſpoliationem renuncians ciuilem poſſeſſionem &
proprietatem amiſit?videtur quòd ſic.quia præſumitur de-
poſuiſſe animum poſsidendi,propter quod dicitur non fuiſſe
ſpoliatus ſi inde deijciatur per iudicem,vel iudicis auctorita-
te,vt hîc,licet ſecus ſi à priuato,quia tunc ſaltim ratione detẽ
tationis ſibi daretur interdictum,vt videtur hîc colligi ex di-
ctis Inno.iuxta notata de depoſitario.s̃.titu.j.cum Eccleſia.
Et hoc forſan verum ſecundum eum,niſi eſſet res propbana
quam alicui renunciaſſet.iuxta collecta ſua de renun.quod in
dubijs.tunc enim liceret ei quòd huiuſmodi renũciationem
reciperet rem occupare incontinenti,non tamen ex interual
lo,vt dicit colligi ex notatis Inn.in capitulo ſuper hoc.in ma
gna gloſſ.circa finẽ ſecundæ collũnæ ibi:rñdeo quòd ex quo,
&c.& ibi:quod autem dixi,&c.& in fine dictę gloſ.inducit
etiam quod dicitur de ſpoliato,quòd poteſt incontinẽti ſuũ
ſpoliatorem ſpoliare,& non ex interuallo:vt dictum eſt.de
ordine cogni.capi.fina.ſecundum eum dic vt dixi.s̃.eod.ca
pitu.in primis duabus queſtionibus.
¶QVARTO quero,redeundo ad id quod tetigi.s̃.eod.
capi.in prima queſtio-§ reſpondeo.quare in admiſſione exce
ptionis de renũciatione oppoſitæ neceſſe eſt premittere ſum
mariam informatiõem,& videtur quòd hoc fuerit fruſtra in
troductum.nam fruſtra fit per plura,quod põt fieri per pau
ciora.ff.de condi.inde.l.dominus teſtamẽto modo propter
iſtam ſummariam informationem res fit per plura ideſt per
duas informationes quarum præcedens ſummaria,& ſubſe-
quens plena,quæ abſq; huiuſmodi ſummaria informatiõe fie
ret per pauciora,videlicet per vnam ſolam informationem
quæ plena eſſet examinando articulos,& recipiendo plenas
probationes ſuper illis.nã ſi excipiens dat articulos de tali ma
teria,& in tali forma ꝙ ſint veriſsimiles,& probati intentio-
nem actoris excludant admitti debẽt ad probandum,vt ſi ar-
ticulans de ſpontanea renunciatione articulet de cauſa renũ-
ciationis,& de alijs circunſtantijs propter quas ſit veriſsimile
renunciationem fuiſſe ſponte factam.ſed ſi dat de renũciatio
ne ſpontanea ſimpliciter,& non deducit cauſam renunciatio
nis,nec aliquas alias circunſtantias propter quas probatas ve-
riſsimile eſſet ꝙ renunciatio ſpontè facta fuiſſet repelli debe-
ret exceptio,& articuli formati ſuper ea ratione inueriſsimili-
tudinis,& calunnię de iure præſumptæ,ideo non debuit ſta-
tui ꝙ pręmitteretur ſummaria informatio,ſed ſolum debuit
mandari induci ꝙ pręducta per ſe examinaret.Reſpõderi po
teſt primo,ꝙ illa inquiſitio de qua loquitur.c.ſuper hoc.quã
quidem vocauit ſummariam informationem in teſtium rece
ptione non conſiſtit,ſed potius in ſola iudicis examinatione
de qua dixi.Sed certe iſte intellectus ꝗꝗ illum ſequatur com
muniter practica curiarum non applaudet literæ illius decr.
nec etiam ijs quę ibi ſcripſi.Dico igitur ꝙ prædicta inquiſitio
etiam in probationum receptione cõſiſtit in quarum propo-
ſitione,& productione propter pręſumptam calumniam ex-
ceptionis inueriſsimilitudinem excipiẽs agrauatur,& dico no
tanter excipientem in hoc grauari.nam ad hoc non arctatur
petens reſtitui,niſi voluntariè ſe offerat de coactione replicã
do,vt ibi innuitur cũ dicit,niſi replicatio canonica fuerit op-
poſita.tunc enim ſi oppoſita fuerit repplicatio & probata,ad-
hoc ad plenioré informationem occaſione probatę repplica
tionis erit excipiens aggrauãdus propter maiorem inueriſsimi
litudinẽ,& propter maiorem calunniæ præſumptionem,vt
in.iiij.queſt.vbi ſcripſi.Ad oppoſitionem autem reſpondeo,
ꝙ tunc non debet fieri per plura quòd poteſt fieri per paucio
ra,videlicet quãdo non ſubeſt cauſa rationabilis faciendi per
plura,quia tunc fruſtra per plura fieret,ſed non quãdo ſubeſt
cauſa rationabilis tunc ſecus,quia tunc non fruſtra,modo pręſ
ſumptio iuris ꝙ quis non facile ſine magna cauſa beneficium
multis fortè expenſis,& laboribus acquiſitum quo ſuſtentari
debet ſponte renonciare non velit in exceptione inueriſsimi-
litudinem,& in excipiente calũnię præſumptionem inducẽs
coadiuta,religione ſacramenti,eſt cauſa rationabilis atq; ſuffi
ciens ad excipientem ſuper exhibitiõe huius ſummarię infor
mationis taliter aggrauãdum.Quanto enim maior eſt præ-
ſumptio cõtra proponentem,tanto magis aggrauari debet in
probationibus faciendis.ĩ.vt eccle.ſacramenta.c.vt noſtrum.
&.ĩ.eod.cap.ad decimas.libr.vj.¶Dico prætereà ꝙ licet vno
reſpectu videatur fieri per plura,videlicet illo reſpectu quo
informatio facit pro excipiente,tamen alio reſpectu,videli-
cet illo quo informatio nõ facit pro excipiente res non fit per
plura,ſed fit per pauciora.quia per vnam breuem informatio
nem ſtatim reppellitur exceptio,& cito imponitur finis cau-
ſę,nec primus reſpectus videtur multum ponderandus.pri-
16 mo† quia informatio debet eſſe breuis,atq; ſummaria.arg.ff.
de iud.l.ſi debitori.Secundo quia ſpoliatus non debet cõque-
ri cum ſit hoc introductum in fauoré eius,puta ꝙ eius aduer-
ſarius taliter aggrauetur nec excipiẽs,quia cauſam dedit edi-
cto exceptionem inueriſsimilem proponendo.ĩ.de regu.iur.
dannum libr.vj.Et vt clare hanc materiam intelligas ſcire de
17 bes,† ꝙ in hac informatiõe tria principaliter ſunt neceſſaria.
Primum reſpicit iudicem inquirentem,& in excipiẽtis inter-
rogatione conſiſtit:quia debet inquirere ab excipiente,& eũ
interrogare de cauſa renunciationis,& alijs circunſtantijs quę
renunciationem,& renunciantis ſpontaneam voluntatem ve
riſsimiles reddere poſſunt.Secundum reſpicit perſonam exci
pientis ad huiuſmodi inquiſitionem ſeu interrogationẽ iudi-
cis rñdentis,& conſiſtit in propoſitione cauſæ,& aliarum cir
cunſtantiarum prędictarum.Tertium etiam reſpicit perſonã
excipientis,& conſiſtit in productione probationum ſuper
pręducta propoſitione fiendarum,& etiam ſimilis informa-
tio pręducta tria continens pari modo in repplicatione ſuper
coactione reſpectu replicantis adhibenda eſt.Saluo ꝙ nõ tan
tum vrgetur repplicans ad clarè probandum,vel informan-
dum ſicut excipiens,pro eo ꝙ ſicut pręſumptio contra exci-
pientem faciens eius probatiões aggrauat,ita pręſumptio fa-
ciens pro replicante ipſum ab actoris probatione releuare de
bet.Item ex pręmiſsis habes colligere vnam theoricã ſeu pra-
cticam optimam pro iudicibus quã perpetuo tene menti,vi-
18 delicet† ꝙ quando opponitur exceptio per conuentum quę
eſt de bona materia,& probata,intentionem actoris de iure
elidit ſicut renunciatio contra beneficium repoſcẽtem eo mo
do quo dixi.s̃.eod.capi.in prima queſtio.& exceptio vide-
tur prima facie inueriſsimilis,& calũnioſa inde prætextu hu-
iuſmodi inueriſsimilitudinis & calũnię,non debet exceptio-
nem ſtatim reppellere.& ſic procedunt notata Nouellę de he
reti.capitu.filij.libr.vj.nec etiam debet ſtatim exceptionẽ ad-
mittere,ne per calũniam excipientis agẽs impediatur iniuſtè,
& lis vltra debitũ prorogetur.Sed inter reppellere,& admit-
tere mediam viam debet eligere,pręcipiendo aliqualem ſum
mariam informationem ſuper materia exceptionis quę op-
poſita eſt.Vnde palatij apoſtolici auditores ducti,vt exiſti-
mo huiuſmodi ęquitate quandoq; articulos ſuper tali exce-
ptione formatos admittunt ad probandum in curia infra cer
tum tempus,vel ex officio ante illorum admiſsionem ſuper
illis ad ſuam informationem teſtes recipiunt,vt ex hoc deli-
berent

berent an illos simpliciter admittere debeant, vel non admittere ad probandum. per quo optimè facit pred.capitu. super hoc.& ea quæ supra dixi.

¶SVMMARIVM.

1 *In interdicto retinendæ possessionis reus ipsius abiuratiõe probata succumbit.*
2 *Secundis literis etiam si de primis mentionem faciant, sententiam primarum literarum virtute latam non reuocari.*
3 *Nemini iniuriam facit qui suo iure vtitur.*
4 *Iusta ignorantia excusanda venit.*
5 *Secundæ literæ quæ mentionem primarum literarum non faciunt sunt ipso iure nullæ.*
6 *Per aduentum iudicis successoris prioris iurisdictio expirat.*

¶CAP. IIII.


Vdita *Querela.* Ista decreta. ponit duas conclusiones principales. Prima
1 est,† quòd in interdicto retinendę succumbit
reus ipsius abiuratione probata. nam sicut hîc dicit Innocē. in glo. j. super verbo molestaret. quòd intentabat interdictum vti possidetis in quo vterq; est actor, & vterq; reus, & ideò vterq; impetrare, & agere potest, sicut in familiæ hercíscundę, & communi diui. & fini. regũdorum. ff. de iudic. l. in tribus. & hoc propter molestias, & turba
2 tiones quæ ei fiebant. Secunda conclusio est,† quòd per secũ
das literas facientes etiam expressam mẽtionem de primis nõ reuocatur sententia iam lata per primas. & secundum hoc dupliciter summari posset, vel ex vno communi modo coniungendo eas. & ponũtur hîc tres commissiones, & secundũ hoc potest licentia diuidi in tres partes, recitaturq; processus per primam commissionem habitus, & causatur vltima commissio, quæ bimembris est, & secũdum hoc potest subdiuidi.

¶PRIMO opponitur contra primam conclusionem, de cap. solicitè. s. eod. respondet Innocen quòd hîc non allegabatur violentia sicut ibi. Sed melior solutio est, quòd ibi loquitur de abiuratione facta per non possidentem: quia post spoliationem. hîc verò de facta per possidentem, qui agebat de possessione retinenda. per ea quę scripsi. s. ca. proximo in prima quęstione. Sed replicabis de capi. super hoc. de renun. vbi nõ statim admittitur talis exceptio, sed cum quadam causæ cognitione, & summaria informatione eo modo quo dixi. s. c. proxi. in vlti. quæst. Fortè rñderet aliquis, ꝙ ibi loquitur in interdicto recuperãdæ, hîc in interdicto retinendæ. sed nõ placet, quia nõ min⁹ est fauorabilis retentio, & quia vt ibi scripsi loquit̃ in petitorio vbi nõ maior fauor, & quia eadẽ ratio hinc inde. Alij dicerẽt, quòd ibi institit spoliatus pro prædicta summaria cognitione interponenda, hîc verò non, sed non placet. tum quia hoc est ad prædictam decret. diuinare, tum quia hoc est contra textum illius decre. qui aperitè contrario, quòd etiam si pars non replicet illi inquisitioni est locus. Quid ergo dicendum? Respon. deo duplicatur, & dico primo, quòd hoc mandatum de prima exceptione admittenda debet intelligi ciuiliter id est eo modo quo de iure admitti debet, videlicet seruata solennitate. cap. super eo. ff. de serui. l. si cui. de rescript. ex parte. cum similibus. vel aliter, & absq; suppletione possum dicere, quòd prædictus renuncians dicebatur aliam ecclesiam accepisse incompatibilem, & propter hoc primæ ecclesiæ renunciasse, & sic allegatur causa legitima renunciationis, ibi verò nulla causa legitima allegabatur. Sed secundum hoc debuisset ista commissio esse copulata. Sed respondeo id non esse, verum cùm quodlibet per se sufficiat. argumen. eius quòd legitur, & notatur de rescript inter cæteras. & cap. olim. Vel si volumus recipere solutionem quam dat Innocent. ad decret. præcedentem, & vnam de solutionibus prætactis & eas simul coniungere, possumus dicere quòd non habet locum solennitas. capitulo super hoc. vbi renuncians contra exceptionem renunciationis nihil dicit, maximè si præsens sit: quia ex hoc præsumitur contra ipsum, quòd nihil habeat quod dicere possit, & quòd si haberet aliquid quod dicere posset illud diceret. & facit pro hoc, quia si parte tacente, & non requirente iudex talem informationem requireret ipse videretur supplere in facto, contra id quod legitur, & notatur supra de postulatio prælat. capitulo bonæ primo &. C. vt quæ desunt aduocato. l. prima. & ꝙ scripsi supra eodem titulo. capitu. primo. in quinto notabili. Et hoc supposito haberemus dicere mandatum hîc factum fuisse iustum: quia ꝙ debeat restitui. informatio venit solum ex reclamatione partis inuerisimilitudinem, & præsumptionem calumniæ opponentis, nec obstat quòd ibi de replicatione dicitur, quia illud intelligitur de replicatione probata, vt ibi scripsi, & iste intellectus si verus sit, est menti tenendus Super quo volo ꝙ cogites.

3 ¶SECVNDO opponitur,† quia qui suo iure vtitur
nemini facit iniuriam. supra de elect. cap. cum ecclesia. modo iste. H. beneficiatus in ecclesia prima post adeptionem personatus secundæ ecclesiæ petens se admitti nihilominus in prima vtitur iure suo: quia licet sit priuandus nondum priuatus est: quia non reperitur aliqua constitutio corpore iuris clausaque ipsum priuet. & probatur. j. de preben. capi. refferente. quod fuit Alexandri tertij, quẽadmodum & istud. nec obstat decre. de multa. eod. titu. tum quia non loquitur in duobus, quorum alterũ simplex existat vt in proposito, tum quia non emanauerat tempore huius decre. cum illa sit Innocentij tertij, & sic nõ valet glosella quam ponit hîc Nouella super verbo personatum. exponens personatum scilicet posteà quesitum. vt sit locus decretali. de multa. de preben. respondet Innocen. in glo. iij. super verbo compescentes. quòd non de iure, sed de iniuria aliquid in predicta ecclesia requirebat: quia ingerebat se tanquàm canonicum in percipiẽdo beneficium, vel in gerendo alia negotia ecclesię Competit ergo interdictum, & fa. quę scripsi post eum. s. in prin. circa primam cõclusionem. Vel aliter dicit Innocen. quòd fortè literæ per te impetratæ non fuerunt impetratæ super interdicto possessionis retinendæ, sed fuerunt concesse cõtra ius, & cõseruatorię appellantur, & inde cõseruatores dicũtur qui habuit impetrãtem à futuris & manifestis iniurijs, & violentijs deffendere. j. de offi. deleg. statuimus. libr. sexto. vel fortè iste se dicebat clericum ecclesiæ, petens sibi beneficium de clericis non residentibus conquerente, quia possessori non licet impetrare rescriptum ad elidendum petitorem, quòd si fecerit non valet. nã si dicit se iniuriatum falsum dicit: quia non iniuriatur qui iure suo vtitur vt dixi, & minus qui prosequi intendit. ff de iniur. l. iniuriarũ. §. primo. præsumitur ergo fraudulosè impetrasse vt per has primas impediat secundas aduersarij, quare nõ valent. Si verò dicebat quòd aduersarius intendebat eum conuenire nõ̃q; darẽtur literæ, & si qua obreptione transirent nõ valerent secundum Hostien. quia ad futuras lites. s. de rescripi. ad hęc. & capitulo finali. potest etiam dici, quòd bene licet clericis agere & impetrare contra illos qui receperunt alias ecclesias, vt priuentur primis. vij. quęst. j. si quis Episcopus. & capitulo si quis de clero. xx. quest. ij. si quis iam. secundum Innocen. & prę. capitu. de multa. Item potest impetrare contra illum cui ecclesia sua collata est vt priuetur illa. de concesi. preben. capitu. primo. secundum Hostien Sed ex ijs non apparet clarè solutio oppositionis, nisi neges fundamentum oppositionis & dicas, ꝙ non agebatur hîc, nec impetratę erant literę super possessione retinenda, & turbatione compescenda: sed super priuatione fienda. Sed in veritate huic intellectui aduersatur textus huius decre. vt videtur, & primo ibi cum dicit, *indebitè molestaret.* & ibi: *ab eius molestiis super hoc cõpescatis eundem.* quæ sonãt quòd hîc agebatur & impetrabatur super molestia cõpescenda, & ita super interdicto retinendę. Quid ergo dicendum? quòd vel iste. H. in prima ecclesia beneficium non tenebat in quo esset intitulatus, sed erat receptus in clericum vt seruiret ecclesię pro certa cotidiana distributione pro suo victu & vestitu, vel si erat intitulatus in beneficio verbũ compescas importat effectum priuationis ex mente mandan

tis, sicut econtra verbum permittas importat effectum noue
institutionis ex mente mandantis. supra de supplen. negli.
prælat. cap. literas. in fine. & secundum hoc est hic casus nota
bilis menti perpetuo commendandus. Cuius ratio esse po-
test, quia in habentibus ordinem necessarium à iure datum
qui vult cõsequens, vult per cõsequens antecedens sine quo
non debet, nec potest de iure perueniri ad illud. ff. de procur.
l. ad rem. & l. ad legatum. de acquirenda hereditate. l. illud.
de excusat. tuto. l. idem Vulpianus. de re iudica. l. quidam. C.
de necess. ser. heredit institu. l. penulti. infra de conceß. præ-
bend. c. vnico. in fine. in clemen. Sed constat quòd secundum
ordinem necessarium à iure datum priuatio debet præcede-
re hanc compescentiam, quia quandiu ius habet in beneficio
ad illud admitti debet, & illud petere, & de eo disponere po
test. de electio. commissa. in principio. cum similibus. Igitur
Papa mandando compesci priuandum etiam mandasse vi-
detur illum per prius priuari, seu compescendo priuari, seu
priuando compesci, & hanc veriorem credo.
¶ TERTIO opponitur ibi *licet autem nuncius*. Quia aut
arreptio itineris vim optinuit appellationis. & tunc non pro
cedit prima pars decisionis huius decret. posita ad finem in
verb. mandamus. in principio. quia nihil legitimè potuisset
fieri. vnde omnia reuocanda essent. supra de offic. delega. cũ
causam aut non optinuit vim appellationis. & tunc literæ
ab illo nuncio impetratæ non valent, nec debet reuocari pro
cessus primorum iudicum, nec etiam impediri. & sic non pro
cedit secunda pars decisionis huius decret. posita in fine. in
versi. si verò. Respondet Innocen. quòd huiusmodi itineris
arreptio non optinuit vim appellationis: quia quando misit
nuncium iam sciuerat de literis contra se impetratis. infra de
appella. suggestum. vel etiam secundum eum si iudices pri-
mo cognoscere inceperunt, & de missione nuncij nihil sciue
runt, semper tamen ex quo secundę literæ emanant ex certa
scientia Papæ reuocantes iurisdictionem priorum iudicum
procedere vlterius non debuerunt. supra de officio delegat.
pastoralis § secundo. & ideò si postea aliquid fecerunt reuo-
catur secundum eum. Nouella verò de missione nuncij quan
do vim appellationis habeat remittit ad scripta sua infra de
appella. vt debitus. & c. suggestum. Subdit posteà Innocent.
nibus quorundã specialibus, ac per se. ap. approbatis. quòd le
gitur & notatur. j. de app. quæ nos. & de priuileg. c. volentes.
§ fi. lib. vj. Illud autem certum est secundum eum, ꝙ sicut prę
dicti per prędictos modos ius administrãdi, & per consequẽs
ius adipiscendi acquirunt. Sic & per contrarios modos amit-
tunt de quo. j. dicam. Super hoc etiam vide notata Innocen.
& Host. de appel. constitutus. & supra tit. primo. Cũ super. &
quæ ibi dixi in duabus primis oppositionibus. & supra de ele
ctio transmissam. & quę ibi scripsi in prima oppositione &
in. vuj. primis q̃onibus. & . e. ti. c. nihil. & quę ibi scripsi in. viij.
q. cũ decem q̃onibus sequentibus vsq; in fine. non obstante se
cundum Paulum ad præmissa. xxiij. dist. in nomine domini.
vt ibi denotat sensus contrarius, neq; capi. si quis ordinatus.
cum cap. sequenti. quia ibi negabantur illi Episcopi, sicut. j.
tit. j. cũ olim. nec ob. notata Archi. j. de pręben. eum qui. lib.
vj. vbi dicit poenam illius decre. locum habere in cõfirmato,
vel prouiso sua auctoritate beneficium apprehendente. Quia
vt dicit Paulus ad hoc requiritur violentia. prout ibi legitur
& notatur. Super quo omnino vide quæ. j. e eodem art. scri-
psi § Collectarius autẽ. ¶ Paulus aũt aliq̃ua dicit circa ista, &
eius dicta recitabo sc̃dm ordinẽ triũ q̃onũ, quas iste artic. cõ
prehẽdit, detrũcãdo dicta sua ĩ eo ĩ quo dicta aliorũ recitauit.

Circa

Circa primam igitur quæstionem, qua quæritur qualiter agit
possessor &c. reuitatis dictis Inno. remittit ad notata in. c. cũ
super. &. j̃. eod. ex parte. & de probat. ex literis. per Innoc. &
quoad occupata tempore vacationis. ad notata. de elect. quia
36 sæpe. lib. vj. & in effectu dicit † ꝙ canonicus nomine præben-
dę petet res præbendæ. per notata Innoc. in. c. ex literis. & no-
mine proprio petet præbendam. per notata eiusdem de re-
script. edoceri.

¶ Quęrit circa hoc Paulus. Quid de religioso? Distinguit,
quia aut habet administrationem, aut nõ. Primo casu pro illa
agere, & defendere potest, ex quo titulum habet. s̃. de iudi. cũ
deputati. sed si spolietur ab eius abbate nõ habet restitutioné.
Sic intelligit notata Inn. & Hostiẽ. de accusat. c. penulti. Si ve
rò est ei commissa administratio pro ea nõ potest agere, nec
proprio nomine, nec alieno. nisi sit procurator, vel syndicus
cõstitutus. vt notant Inno. Compostella. & Hostiẽ in prædi.
c. edoceri. & de hoc in Spec. de accusa. in collumna vlti. vers.
quid si spoliatus. Secũdo casu videlicet cũ non habet admini
strationem subdistinguit, quia aut petit restitutionem clau-
stri, aut aliarum rerum. Primo casu Inno. in. d. c. pe. videtur
dicere ꝙ fit restitutio, nõ in vim petitionis, & iuris, sed ex vi
prouisionis Papæ. Sed Host. ibi contradicẽs. ꝙ imo ex vi. lu-
ri: saltem in modum denunciationis hoc petit. Et de rescript.
cũ dilecta. Dicit Inno. ꝙ potest clamare morior, quia sicut pi
scis sine aqua. & c. xvj. q. j. placuit. & ꝙ iudex ad eius clamoré
inquiret, & restituet ff. de offic. præfe. vrb. l. j. § ꝙ autem. insti.
de ijs qui sunt sui vel alie. iur. § sed hoc tempore. & idem dicit
ipse, & Hosti. in prędi. c. vlti. vbi dicunt, ꝙ restitutionem re-
rum non repetit. quia nec naturaliter, nec ciuiliter eas possi-
det. xij. q. ij. nõ dicatis, & quòd ibi notatur. Ideò non compe-
tit ei interdictum. ff. de vi & vi arma. l. j. § deijcitur. &. j̃. eod.
37 olim. † nam funesta est eius vox in realib⁹. ij. q. vij. nullus mo
nachus. nisi haberet administrationem, vel nisi hoc faceret de
mandato Abbatis nomine monasterij secundũ eos, cũ sit pro
curator, nec habeat actioné suo nomine vtilem, vel directam.
C. de Epis. & cleri authen. Sed hodie. fac. de dilat. literæ. de fi-
de instru. c. inter. Ratio secundum eos, quia sicut proponens
actionem aliud nõ exprimens videtur proposuisse directam.
ff. de peti. hæred l. nec vllam. § si quit sciens. sic agens aliud nõ
exprimens, videtur agere nomine suo, non alieno: & in eo
est concipienda sententia, vt ibi. &. ff. de ijs qui not. infa. l. fur
ti. § si quis alieno. Sed in cõtrarium opponit Paulus quòd no
mine ecclesię agere videat̃, quia in dubio ei acquirit, nisi aliud
exprimatur, vel probetur. de pecul. c. j. & per totum. & hoc
videtur sibi verius: inducit notata. ff. de procur. l quæcũq;. nisi
esset talis res quòd eam petere posset, etiam nomine suo. secũ
dum id quod notant moderni, in. c. edoceri. & sic habeant
locum prima iura. Super quo omnino vide Bartholũ. ff. de
operis noui nun. l. j. § nunciatio. & de hoc dicam in. c. penul.
de accusa. allegato. Prædictam quęstionem mouent Goffre.
& Hostien. j̃. c. sequen. & Nouella. de rescript. cùm dilecta. su
per vlti. glo. & de accusa. c. olim. Et ego de hoc scripsi. de off.
ordi. c. pręsenti. lib. vj. in. ij. q. principali. & tetigi. j̃. eod. titu. c.
item cũ quis. in prin. quintæ quęstionis. &. c. cũ venisset.
38 ¶ In secunda quæstione in qua quæritur, † qualiter possesso-
ri prælaturæ agenti pro iuribus prælaturę minus canonicę in
stitutionis exceptio opponi possit. Refert Paulus dicta In-
no. & Compostella. de elect. c. nihil. allegato. dicens, ꝙ non, si
confirmatus est, & opponatur per verba simpliciter negatiua.
Sed si excipitur affirmatiuè per expressionem alicuius facti,
ex quo appareat ipsum non rectè confirmatum procedit ex
ceptio, & quòd ante litem contesta. non tenetur probare titu
lũ negatiũ: licet secus si negetur eum esse in possessione, quę ibi
scripsi. & qualiter repetenti beneficium perditũ opponi pos-
sit exceptio criminis. Reffert scripta Inno. & Hosti. de exces.
præla. inter dilectos. & Compostel. de elect quòd sicut. quæ
vtrobique vide.

¶ In tertia quęstione in qua quæritur qualiter possessori prę
laturę tenentur subditi prelaturę iuribus respõdere nihil fa.
Pau. in effectu, nisi. Inn. & Hosti. recitare. Collect. verò circa
primam quęstionem dicit, hîc Inoo. voluisse violentum pos
sessorem prælaturæ de ea spoliatum non esse restituendum,
nisi probet installationem, seu possessionis inductionem, au-
ctoritate superioris factam &c. & dicit Archi. Idem notare.
j̃. de eo qui mit. in poss. c. vnic. lib. vj. de quo satis scripsi. s. e.
articulo. § Septimo quęres. versi dicit tamen quòd ad hoc. &
ver. ipse etiam Hostien. vsq; ad § Paul. autem inducit notata
Accur. ff. de rei vendi. l. quędam mulier. &. ff. de acquir. poss.
l. ij. &. iij. q. j. § patet. in fine. & quòd ibi notat Archi. & in. d.
c. vnic. & Innocen. de fil. presby. constitutus. licet ipse Inn. cõ
tra. j̃. eo. ex parte. Adducit not. Inno. de in integ. rest. c. j. & de
proba. licet in glo. malus titulus. Postea dicit Collecta. se ma
gis credere spoliatum indistinctè restituendum, dummodo
contra eum alia non obstet præsumptio, & hoc dicit de pla-
cito. legi. j̃. eo. conquerente. & dicit quòd hoc tenebat domi-
nus Hugo. de vi. licet non sic in matrimonio carnali. Pro hoc
inducit hanc decret. &. s̃. titu. j. cũ super. vbi hoc tenet gloss.
&. j̃. eod. ex parte. & dicit quòd hoc hodie probari videtur
in cle. causa. de causa pos. & propriet. vbi de hoc plenè scripsi
in vltima quęstione vbi de hoc per Iesl. & dicit ꝙ ista est sen
tentia quam Innocen. j̃. eod. ex parte. dicit sibi magis placere,
& quòd ipse idem notauit de postul. prælat. bonæ. ij. Subdit
quòd verbũ solo, positũ in prædicta clemẽ. valde obstat opi
nioni contrariæ. Dicit etiam curiam tenere, ꝙ necessaria est
informatio tituli facienda iudici, sed non parti, & quòd nun-
quam Cancellaria daret literas spoliato, nisi saltem in genere
diceret se canonice beneficium assequutum, imo neq; spolia
tore prophana nisi tangeret in aliquo proprietatem, dicendo
rem qua spoliatus est ad se spectare, de quo etiam aliquid te-
tigi post Paul. s̃. eod. c. in. fine. viij. oppositionis. Item quærit
nunquid interdictum vti poss. possit cõpetere ei qui nõ pos
sidet, & videtur sentire cum glo. ꝙ non, quia naturaliter pos-
sessio supponitur antequam defendatur. remittens ad lecta, &
nota. s̃ tit. j. pastoralis. Subdit etiam quòd si spoliator ab alio
spolietur, conueniri poterit nihilominus interdicto, quia fa-
ciet restitutionem in eo, vel æquiualenti. vt leg. & not. j̃. eod.
c. olim. ij. In secunda verò & vltima quęstionibus refert ipse
aliqua de dictis Inno. & Hosti. Et inter cætera dicit ꝙ Hosti.
attribuit Inno. ꝙ violentus agens nomine proprio repellitur
sed secus si nomine dignitatis. & quòd Archid. idem de præ-
ben. eum qui. lib. vj. & tamen dicit Inno. hîc in pluribus locis
tenere contrarium, dicitq; sententiam contrariam esse verisi-
miliorem, quia vbi agit nomine ecclesiæ, & est violentus po
test obijci, tu nõ es legitimus administrator illius nomine cu
ius agis, ꝙ fieri non posset vbi nomine proprio ageret. Sub-
dit etiam id quod dicit Inno. violento possessori dignitatis,
& rerum debere responderi fore verum, nisi inuasio seu vio-
lentia sit notoria, vel nisi violentus sit per sententiam conden
39 natus. vt notat Compostellanus de electionib nihil. † Facit
quia exceptio de nõ iure repellit agẽtem possessorio cum no
toria est. vt not. de ordi. c. fi. Refert etiam notata Inno. Host.
& Compostell. in prædicto. c. nihil. in eo quòd ibi dicunt in
truso, vel violento nõ esse obediendũ, vel respõendũ plusquã
vni priuato, quòd intelligit extra iudicium. Sic intelligit nota
ta Archidia. in prædicto ca. eum qui. super verbo itualor &
nota. doctorum in prędi. c. nihil.

¶ Henricus autem correspondens ad tres pręcedentes quæ-
stiones, tangit hîc tres distinctiones circa tres quæstiones eas-
dem materias sapiẽtes. Nam primo circa illam qua quęritur
qualiter instituti possunt administrare, ponit vnam distin-
ctionem quam recipit ex notatis hîc per Hostien. quæ scripsi
supra eodem articulo. § septimo quæres. versu. ipse etiam Ho
stien. Sed nihil addit ad Hostien. Secundo circa illam quæ-
stionem qua quæritur qualiter agenti possessorio potest de
proprietate opponi, tangit aliam distinctionem, quam collo
cauit, infra de instit. cum venissent. vbi dicam. Tertio circa il
lam quæstionem vtrum intruso in aliquam dignitatem, vel
ipsam possidenti mala fide. Subdit ab eo requisiti teneantur
obedientiam

obedientiam, & reuerētiam exhibere, aut de censibus, vel alijs dignitati debitis ei idem respondere? ponit aliam distinctionē quam recipit ex dictis Inno. & Hostien. per me recitatis circa principium huius articuli, effectualiter nihil addens. Item ad propositū primę quæstionis circa id quod hîc dicitur prędonem restituendū, ponit aliam distinctionē. Item ad propositum secundæ quęstiōis circa intellectum illius regulę do lo facit. ponit aliam etiam distinctionem.

¶ Quid ergo dicendum ex tot sparsis? breuiter oportet quòd recipias tres quæstiones primo formatas per se, & diuisim, & quòd de membris supra vel alibi plenè tactis, & sufficienter discussis te expedias remittendo. De prima igitur quæstione in qua quęsiui qualiter agit possessor &c. dicas quòd aut quęritur de extraiudicialibus, aut de iudicialibus. si de extraiudicialibus, aut nundum posidet prælaturā. si nundum posidet prælaturam, aut est electus, & à superiore confirmatus, seu præsentatus, & à superiore institutus, vel prouisus per illū ad quem pertinet. & tunc auctoritatę propria possessionem prælaturæ recipere, & vt talis agere, ac administrare de iure potest. quòd prosequere vt scripsi. s. eod. cap. & articulo § septimo quæres. versu ipse etiam Hostien. &. s. titu. primo. cùm super. in secunda oppositione principali. & in prædicto. cap. transmissam. in prima oppositione. & dicam in prædi. cap. cū qui. vbi melius sedet iste passus. Excipiuntur duo casus, primus, est si consuetudo habet contrarium scilicet, quòd talis nō posit ante installationem administrare, quia talis consuetudo est seruāda. super quo te remitto ad ea quæ scripsi in prędicto. cap. transmissam, in prima questiōe. secundus casus qui excipitur est, quando tali de facto resistitur, vel per subditos dignitatis obedire volentes, vel per occupatorem dignitatis, aut rerum pertinentium ad eam à possessione discedere recusantem. nam non licet sibi ius dicere. & sic loquitur predi. decre. eum qui. aut talis non est à superiore confirmatus, institutus, vel prouisus, & talis non debet possessionem, seu administrationem prælaturæ recipere, quòd si nō fecerit intrusus est, vt scripsi post Hostien. in prędict. § septimo queres. vers. dicit etiam quòd aliter. pro quo facit. ff. de acquiren. possess. l. si ex stipulatione. & de eo sicut de intruso dici debet, prout statim dicam. ¶ Si verò iam posidet prelaturam, tunc aut fuit à superiore confirmatus, institutus, vel prouisus, & canonicè, tunc libere in omnibus ad dignitatem pertinentibus administrat, nisi quod vi, aut iure prohibetur. ff. de sta. ho. l. libertas. in princip. argumen. eius quòd scripsi. s. eod. § versi. nundum posidet à fortiori argumēto. Aut nullo modo fuit à superiore confirmatus, vel prouisus, aut aliàs canonicè institutus. & tunc nullo modo de iure administrare potest, nec sibi debet obediri plusquā priuato. & sic procedit quod scripsi. s. eod. articulo § Collect. verò in fine. vers. refert etiam nota. & § septimo quæres. ver dicit etiam quòd aliter. Aut fuit cōfirmatus prouisus, vel institutus, per superiorem ad quem aliàs pertinet: sed aliàs minus canonicè ex aliqua causa occulta, habet tamen bonam fidem quia credit, & creditur esse canonicè institutus, & tolleratur, vt talis, & tunc dico quòd ęquè liberè potest administrare quàndiu sic toleratur, quemadmodū si esset verè canonicè institutus, sic procedit quòd scripsi. s. eod. articulo § octauo quæritur. in princi. ver. aut non est sine cōfirmatiōe. sic potest intelligi tertia opinio ibi notata. Aut est confirmatus, prouisus, vel institutus, &c. vt supra. sed habet malam fidem: quia scit vitium vel deffectum suæ institutionis, & tunc, aut etiam sciunt alij notorię, vt quia deffectus suæ institutionis est notorius, vel per sententiam declaratus, & tunc nullo modo de iure administrare potest, nec est ei obediendum plusquam intruso. & sic procedit quod scripsi. s. e. articulo § Collecta verò. ver. subdit etiam. & facit optimè. s. titu. primo capitu. cùm super. & quæ ibi scripsi in tertia oppositione principali. Aut licet habeat malam fidem tolleratur tamē, nec est per sentētiam declaratus, aut aliàs factus notorius deffectus ipsius, & tunc aut queris an bene faciat administrando, & dico quòd non, quia postq̃ malam fidem habet contra cōscientiam agit, & sic ędificat ad gehennam. j. eod. literis. de symo. per tuas. de senten. excō. inquisitionem. Aut quæris an sit ei obediendum. & tunc aut queris de illis qui ignorant deffectum suę institutionis, & tunc dico quòd sic, per ea quę scripsi in prędicto vers. aut non est sine confirmatione. & in duobus versibus sequentibus. & liberantur tali soluentes, & excusantur cum tali contrahentes. & sic procedit quòd scripsi. s. eod. articulo in § sexto quæres. Aut queris de illis qui sciunt deffectū suę institutionis, & tunc aut habent cōscientiā repugnantem obediētiæ eius, & tūc nō obediāt. vt. c. literas. &. c. per tuas. & c. inquisitiōi. allegatis. &. s. e. articulo in princip. & in ver. aut huiusmodi malę fidei possessores. aut non habent conscientiam repugnantem, & tunc quandiu tolleratur obedire possunt. vt patet ex ijs quæ scripsi in prædict. § sexto quæres. Vel verius distinguere habes inter actus necessarios, & voluntarios, vt in necessarijs debeat eligere, obedire, vt puta reuerentiā dignitati debitam exhibendo, debita dignitati reddēdo, & ipsum vt talem ad singula dignitati incumbentia admittendo, dummodo sit in generali possessiōe dignitatis, & in omnibus occurentibus se gerat, vt talis. & per alios ad omnia admittatur. vt talis. subditus enim talis ei obediendo hoc facit auctoritate iuris. j. de cohabit. cleri. vestra. & per consequens non peccat. xxiij. q. iiij. qui peccat. C. ad. l. iuli. de adult. l. Grachus. & quia denegando ius sibi diceret propria auctoritate, quòd non licet. C. de iude. l. nullus. ff. quod me. caus. l. extat. sed à voluntarijs actibus abstinere deberet, vt puta à voluntarijs contractibus, quia nemo voluntariè debet se offerre ad prębendum alicui occasionem peccati. & ista sunt quæ scripsi in effectu in prędi. § sexto quæres. Sic enim inter necessarios, & voluntarios actus, faciunt iura differētiam. ff. qui. sa. da. cogunt. l. si fideiussor. § si necessaria. ff. de ijs qui. vt indig. l. tutorem. j. de offic. dele. cap. ab arbitro. lib. sexto. j. de sentent. excom. si verè. cum ibi notatis. & hoc verius. non enim valet distinctio proxima, eo quod nō debet esse in potestate illius, qui per iura astringitur eligere sibi ipsi talem conscientiam sicut placet. sed debet quis conscientiam suam conformare iuri, & alium superiorem consulere. vt prędi. capitu. inquisitionem, vel saltem peritiores. vt. ff. de bo. pos. l. in bonorum.

¶ In iudicialibus autem qualiter talis possessorio agat infra
in. iiij. articulo dicam, vbi etiam videbis de hoc quod tangit
hîc Henricus in vna distinctione. s. qualiter prædo sit restituē
40 dus. † Qualiter verò agat petitorio breuiter. si est canonicè in
stitutus, & nō posidet, propter vtili actione in rē bñficiū ven
dicare, adiecta cā, de iure canonū. ff. de rei vēdicat. l. j. § per hāc.
vel saltē pro hoc iudicis officiū implorare, petendo declarari
bñficiū esse suū, seu eius institutionē canonicā, & eius posses
siōnē sibi restitui. vt. j. de conces. præben. c. j. lib. vj. Si verò est
adeptus possessionem, &. s. ea impetitur, vel turbatur, adhuc
prędictas declarationem, & adiudicationem potest petere, eo
quod in istis iuribus corporalibus possessori competit actio.
sic procedit. s. ti. primo cum olim. si verò esset solum præsen
tatus vel electus, pro institutione, vel confirmatione ac adiu
dicatione posset iudicis officium implorare. j. de re iudi. cùm
Bartoldus. & de electi. quoniam. li. vj. & pro omnibus istis
agi debet proprio nomine, & nō nomine prælaturę. Sic intel
ligo quòd scripsi post Innocen. s. eo. articulo § septimo quę
res. versu. sed quid de confirmatis. & versibus sequentibus vi
41 q; ad versum etiam Hostien. † Sed res ipsius prælaturæ non
potest nomine suo vendicare: sed oportet, quod eas vendicet
nomine dignitatis: qa non est illarū dominus, sed procurator
de donat. ca. ij. & facit. quòd leg. & notatur. s. titu. primo cū
super. & quòd ibi scripsi in prima oppositione, saluo quòd
pro iure quòd in eis habent, ac etiam pro clericatu, vel canoni
catu, aut præbenda, quem, vel quam in ecclesia habet cōtra ali
um clericum canonicum, vel præbendarium, ad possessiones
quas quilibet ad suum clericatum, vel canonicatū, vel præbē
dam suam non nomine ecclesiæ sed nomine proprio. In pri
mo casu, vel nomine sui canonicat⁹, vel clericatus, aut suæ pre
bendæ, in alijs casibus agere poterit. vt patet ex ijs quæ scripsi

post eundem Innocent. in locis proximè allegatis. & dicam latius. j. de probatio. ex literis. & hoc intellige videlicet, quod talis nomine ecclesię potest res ecclesiæ petere, etiam si non possideat. vt scripsi post Inno. in præ § vij. quæres. ver. posteà in fine glosę. Aut non est canonicè institutus, sed intrusus, aut eius institutionis defectus notorius. & tunc sicut dixi supra quòd administrare de iure non potest, Ita dico quòd nec in iudicio potest agere ad prælaturam, nec etiam ad res prelaturæ, ex identitate rationis. & quia suo nomine non potest, eo quòd cõstat quòd ius non habet iure administrandi. nec etiam nomine ecclesiæ, eo quod constat quod non est eius administrator legitimus, nec ex communi opinione, nec ex communi errore iuuatur, postquam non ius ipsius est notorium. & fac. ea quæ allegaui in casu extraiudiciali. ad hoc ad propositũ fac. quia sine actione nemo experitur. ff. de neg. gesti. l. si pupilli § videamus. Si ergo nec proprio. nec ecclesiæ nomine habet actionem, nullam de iure poterit intentare. Fateor tamen quod iudicium calumniosè poterit figurare formãdo libellum aptum cum falsa narratione suæ cannnicæ institutionis, & quod super illo libello poterit lis contestari, & sententia ferri absolutoria pro reo, imo & adiudicatoria pro actore, vel ex falsis probationibus, vel ex imperitia iudicis, quia tunc non esset lata contra ius constitutionis, sed contra ius partis. ij. q. vj § diffinitiua nisi sententia in se vel relata ad libellum, aut ad processum cõtineret errorem iuris manifestum tunc enim non teneret ipso iure. vt. ff. quæ senten. sine appella. resc in. l. j. Vbi autem non esset intrusus, sed per superiorem ad quem pertinet confirmatus, vel prouisus, aut institutus, licet eius institutio propter aliquem deffectum occultum minus canonica foret. Sed deffectus iste non esset notorius, & tunc siue habeat ipse bonam fidem, siue malam, siue ipse à quo petit res ecclesiæ sciat deffectum, & faciat de hoc conscientiam, vel non agere poterit nomine prelaturæ ad res illius repetendas, quia donec in ea propter superioris auctoritaté toleratur, & publicè pro tali habetur, censetur iuris auctoritate illius administrator legitimus, donec per sententiam fuerit contrarium declaratum. ff. ad macedon. l. iij. de officio preto. l. Barbarius Philippus. viij. q. iiij. nomine. de iure patro. consultationibus. s. ti. j. cum olim. Sed qualiter possit de canonica institutione excipi? dicam statim, super quæstione secunda nomine tamen proprio non potest petere prælaturam de iure, cum ius non habeat in ea, & per consequens, nec ratione iuris, quòd non habet, nullam potest actioné habere, quia super eo quòd non est nihil edificari potest. nec causa quæ nó est, effectum producere non potest. j. q. j. cum Paul. de presby. non bapti. veniens. de despon. impube ad dissoluendum. de eccle. ædifi. ad audientiam. de reg. iur. non præstat lib. vj. & sic procedit tertia opinio Hosti. quam scripsi supra in principio huius articuli. & ideò si agat nomine proprio petendo prælaturam sibi adiudicari, vel restitui, oportet quod probet titulum suę institutionis sicut agens rei vendicatione necesse habet probare dominium, ff. de rei vendi. l. in rem. Fateor tamen quòd quo ad iudicium possessorium inter ista est differentia. nam si nomine proprio petit restitutionem prælaturæ solum possessorium intentando non potest regulariter sibi opponi ista exceptio, vt hic. & tamen si agat nomine prælaturę, petitorisi vel possessorium intentando semper opponitur ista exceptio vt scripsi. s. e. articulo. in § quinto quæres. tunc enim non dicit se spoliatum, sed ecclesiam, & ideò de priuilegio ecclesięlex cuius iure agit solum se iuuabit, vt quia non poterit excipi de non iure ecclesiæ, sed bene excipietur de nó iure suo: quia nullus nomine ecclesiæ potest mouere quodcunque genus actionis, nisi sit eius administrator legitimus, & ideò excipiendo, tu non es eius administrator legitimus, rectè excluditur ab agendo. Sed dum agit de sua spoliatione vtetur tunc priuilegio suæ spoliationis, & personę suæ, vt non excipiatur de non iure suo, vt hic. & caue, & modifica istud dictum per ea quæ dicam in quæstione proximę sequenti.

¶ In secunda vero quæstione qua quęritur qualiter possessori prælaturę agenti exceptio non canonicæ institutionis opponi potest hic quo ad extraiudicialia, facilis est expeditio. quia aut de exceptione propriè loqueris, & tunc non, quia sicut ibi propriè non cadit actio, nec sic exceptio, quę nũ est nisi actionis exclusio. Aut quæris quo ad effectum videlicet contradicendo, vel recusando obedire, reuereri aut soluere, & sic tene quòd scripsi in primo membro supra proximę quæstionis, & prout dicã. j. in sequenti quæstione. Quoad iudicialia autem si agat nomine ecclesię siue petitorio, siue possessorio, etiam expeditum aliquibus prima facie videretur, videlicet quod huiusmodi exceptio nõ canonicę institutiõis põt opponi, vt patet ex ijs quæ scripsi. s. e. arti. in § tertio q̃res & in quinto quæres. & in fine quęstionis proximè precedentis. & optimè faciunt ea quę scripsi supra de iudi. c. cũ deputati. in expositione literę super verbo laudabiliter. & super verbo occasione. Si verò agat nomine proprio etiã expeditum videtur, quod regulariter opponi non potest, vt hîc. de quo magis dicetur. j. eo. in quarto articulo. Si autem agit iudicio petitorio pro iure proprio, etiam satis credo quòd potest opponi, & est ratio,
43 † quia nomine proprio prælaturam non potest petere, nisi probet se canonicè institutum, vt scripsi. s. in proxima quæstione ante finem. vers. nomine tamen proprio nec res ipsius prelaturæ potest ipse suo nomine vendicare, & sic actióe cessante non oportet refferre de exceptione quæstionem. vt patet ex ijs quę scripsi in proxima quęstione § in iudicialibus. versu sed res ipsius prælature. Si autem peteret aliquod ius, quòd iure proprio sibi diceret competere, vt prælato vel vt canonico, & quòd alias nõ posset sibi competere, iuxta id quod scripsi in dicto § iudicialibus. versu. saluo quòd pro iure. tunc etiam prima facie aliquibus videretur quod necesse haberet probare se talem, eo quòd nõ posset admitti aliter quam vt talis vt. C. de proba. l. cum te. cum ibi notatis. Caue tamen, quia secundum eos licet ista exceptio alias sit legitima de iure tamé in duobus casibus esset simpliciter repellenda. & hæc perpetuo menti tenenda essent, si vera forent. Primus casus est si excipiens nõ esset proprie excipiens, sed staret in finibus solius negationis sine oblatione alicuius probationis solum negan
44 do actorem esse canonice institutum. † quia agens pro iuribus prælaturę suam fundat intentionem sufficienter, si probet se esse in possessione prælaturæ, maximè auctoritate superioris. vt dixi in principio huius articuli versu. aut non est sine confirmatione. & sic negatio simplex ipsius rei, sibi obesse non debet. ff. de prob. l. in exceptionibus. Secundus casus est ptopter longam, & antiquam ipsius actoris exceptio rei redderetur manifeste calumniosę. In docunt notata Innocen. de pręsump. c. illud. & de conces. præben. c. post electionem. & per hoc nituntur tollere notata Hostien. & Compost. in prædicto. c. nihil.

¶ Quid dicendum? breuiter mihi non placent, quia obuiãt de directo ijs quę scripsi post Innocen. Hosti. & Compostel. in prędic. c. nihil. in prĩcipio. xv. q. Distingue igitur intrusum à non intruso, & non intrusum bonę fidei, ab illo qui habet
45 malam fidem. † & dic intrusum esse qui nec electus, & confirmatus, nec pręsentatus, & institutus, nec prouisus per superio
46 rem, seu eos ad quos pertinet, existit. & nõ intrusum dicas electum, & confirmatum, pręsentatum, & institutum, aut prouisum. vt patet ex ijs quę scripsi. s. e. articulo § septimo quæres. vers. ipse etiam Hostien. & sequentibus. & in prędicto c. nihil. in. xiiij. quęstione.

17 ¶ † De intruso vtique malęfidei possessore teneas secundum Innocen. quod potest sibi opponi exceptio non canonicę institutiõis, siue nomine proprio. siue nomine prelaturę in iudicio agat. vt satis scripsi in. xiiij. & xv. quęstionibus. allegatis. & sic procedit primum membrum primę opiniõis positę in principio huius articuli. & qualiter ad vires possessionis, & communis opinionis, seu erroris respondeatur scripsi in prædict. xiiij. q. & in hoc teneo quod scripsi post Collectarium in § Collectari vero. ver. & inter cætera. Nec obstat tertia opinio Hostié. posita in principio huius articuli. quia licet loquatur de malęfidei. possessore, non tamen loquitur de intruso. eodem

modo

modo respondeo ad illud quòd ibi in primo membro quar-
tæ opinionis, nisi vtrunque intelligas exceptione non oppo-
sita. & illud quòd ibi scripsi in ver. Nouella verò. potest intel
ligi, vt supra. vel ad sententiam pro actore iam latam propter
exceptionem intrusionis non oppositam, vel non probatam.
48 ¶ † De non intruso bonæ fidei possessore nomine prælatu-
ræ quam possidet bona fide pro iuribus eiusdem prælaturæ
agente de plano teneas quòd esto. quòd ex aliqua causa eius
institutio sit ipso iure nulla, vel forsitan adnullanda de hoc
non potest excipi contra eum, nec in vim dilatoriæ, nec etiam
in vim peremptoriæ. & hoc est quòd scripsi post prædictos in
prædict. xv. quæstione. & post Inno. in secundo membro pri-
mæ opinionis, & in ver. & est ratio diuersitatis supra in prin-
cipio huius articuli. & est ratio, quia talis exceptio de iure nõ
excludit, nec elidit intentionem actoris. nam & si sit ex aliqua
causa occulta minus canonicè institutus, tamen censetur iuris
auctoritate administrator legitimus, & perinde ac si esset ca-
nonicè institutus, quandiu videlicet toleratur. Quatuor enim
hic concurrunt, quæ ipsum, & gesta per eum in iudicio, & ex
tra iudicium tuentur. & iuris auctoritate deffendunt. videli-
cet bonæ fidei possessio, communis opinio, siue error, vtilitas
publica, & superioris auctoritas, qui ipsum confirmauit, vel
instituit aut sibi prouidit, iuxta lecta & notata. ff. de offi præt.
l. Barbarius. nec obstant notata Innocen. quæ scripsi supra .e.
articulo § tertio quæres. & § quinto quæres. quia vt apparet
ex verbis suis ibidem. & ex præcedentibus. & sequentibus illa
ad veritatem ipse intelligit de intruso alias euidenter contradi
49 ceret sibi ipsi in prædicto capitulo nihil. † De malæ fidei posses-
sore non intruso id est cuius institutio est deffectuosa ex ali-
quo vitio latenti, non notorio, sibi ipsi tamen manifesto, dico
de plano idem in iudicialibus quòd statim dixi de bonæ fidei
possessore. Sic intelligo secundum membrum primæ opinio
nis, & primum membrum quartæ opinionis, & secundum
membrum tertiæ opinionis prædictarum, & quæ scripsi in di
cto versu. & est ratio diuersitatis. Sic intelligo ea quæ scripsi
in prædicta decimaquinta quæstione. & est ratio, quia licet
malè faciat sic agendo, & furtum committat, fructus leuando
quodammodo. vt de electiõe capitulo. dudum. ij. § primo. ta-
men ex superioris auctoritate, ac cõmuni opinione iuris au-
ctoritate deffenditur, sua mala fide non obstante. vt patet in
prædicta. l. Barbarius. quia ibi Barbarius sciebat se seruũ. & sic
erat in mala fide. vitium enim malæ fidei licet hunc effectum
inducat, videlicet quòd possessor malæ fidei fructus quos per
cipit suos non facit, sed de illis etiam consumptis respondere
teneatur. C. de rei vendica. l. certum. talem tamen non habet
effectum, saltem regulariter quòd impediat fructus percipere
vel eos petere, quia hoc esset spoliare possessorem malæ fidei
possessione sua, ante causam super proprietate examinatam,
quòd fieri non debet, etiam contra malæ fidei possessorem. vt
hic probatur. & ff. de vsucapio. l. sequitur. § si dominus. Sed
si notorium esset quòd eius institutio esset vitiosa, & ipso iure
nulla propter deffectum publicè patefactum per sententiam,
vel aliàs ex tunc haberem ipsum pro intruso, iuxta ea que scri
psi in prædicta decima quarta quæstione. & hic adde etiam
quòd scripsi in prædicto capitulo nihil. xv. xvj. xvij. & xviij.
quæstionibus. Distinctionem verò Henrici videbitis in capi-
tulo cum venissent de regula autem dolo facit. infra dicam.
Salua tamen in omnibus, & per omnia distinctione menti te
nenda, quam scripsi post Innocen. & Compostel. de electio.
capitulo transmissam. in tertia, & quarta quæstionibus simul
coniunctis.

¶ In tertia verò quæstione in qua quærit qualiter possessori
prælaturæ tenẽtur subditi respondere. si quæras in iudicio, res
expedita per ea quæ scripsi supra in proxima quæstione. si quæ
ras extra iudicium etiam satis est expeditum, quòd primo te-
netur respondere: sed secundo non, per ea quæ scripsi in præce-
dentibus. sed quo ad non intrusum malæ fidei possessorem est
totum dubium. de subditis tamen deffectum, seu vitium insti
tutionis ignorantibus, satis videtur dicendum quòd respon-
dere tenentur, quia contradicendi causam non habent. sed de
scientibus dicerẽ quòd possunt, & debent admonere euuãge
licè malæ fidei possessorem quòd pœniteat, & à possessiõe di-
scedat, & à requisitione debiti conquiescat, stat secundum for
mam capit. nouit. de iudi. & sub spe pœnitẽtiæ peragendæ, po
test supersedere ad tẽpus à debiti persolutiõe, & cum eo nõ per
ticipet in peccato, sed eũ potius retrahat à peccato & lucretur
animam suam Deo. vt præ dict. capitul. nouit. Sed si videt ꝙ
hoc modo nõ possit proficere, & quòd ille velit omnino ad
iudicium prouocare, tunc expedientius est sibi quòd soluat
quàm quòd se inuoluat magnis sumptibus, & expensis. vt. ĩ
de vsuris. capitul. debitores. & ff. de inoffi testamen. l. prima.
in fine. quia bonarum mẽtium est execrari lites. vt. ff. de alie.
mutan. iudi. cau. fact. l. iii. § quarto. maximè cũ maneat tutus
talis soluendo. vt dixi in prædict. § sexto quæres.

¶ Circa tertium articulum principalem, in quo quæritur qua
liter facta per possessorem prælaturæ minus canonicum va-
lent, & qualiter de illis verò prælato sit restitutio facienda.
Huius tractatum recipit Inno. in principio suæ magnæ glo.
& primo. quo ad primam partem huius articuli in quo quæ
ritur vtrum gesta per talem rata manent. sic distinguit, quia
aut loquimur de violento, seu malæ fidei possessore, aut quæ
rimus in bonæ fidei possessore.

50 ¶ † Primo casu dicit, quòd quicquid fit per violentum pos-
sessorem reuocari debet. Secundo dicit, quòd electiones fa-
ctæ à malæ fidei possessoribus cassabũtur, etiam si fuerint per
superiorem confirmatæ. & secundum dictum probat sic, nã
malæ fidei possessor non facit fructus suos, imo de extantibus
tenetur rei vendicatione, & de consumptis condictiõe sine cau
sa. C. de condi. ex le. l. malæ fidei. ff. de re vendica. l. si manis. § fi
nali. institu. de offici. iudi. § sed si in rem. Igitur à simili arguẽ
do cum fructus possessionis eligendi sit eligere, sicut fructus
conferre, vt ipse notat in capitulo consultationibus. & capitu
lo cum super. allegatis. si possessor eligẽdi sit malæ fidei, & eli
gat non facit electionem suam. Si enim est malæ fidei secũd si
Innocen. & maximè si violentus secundum Hostien. electio
non potest dici sua nec ratione proprietatis quam non ha-
bet, nec ratione possessionis, quia vitiosa propter malam fi-
dem, sed officio iudicis implorato cassabitur. argumentum su
pra de in integrum restitutio. capit. secundo. licet ibi loqua-
tur de electione cõfirmanda. & nõ de cõfirmata. tamen eadẽ
ratio videtur vtrobique.

51 ¶ † Secundo casu, videlicet cum possessor est bonæ fidei. di-
cit Innocen. quòd valet electio ab eo facta, siue habeat iustũ
titulũ siue non. fructus industriales facit suos. ff. qui mo. vsus
fruct. amitta. l. si vsufructuarius. ff. fini. regun. l. tertia. § post
litem. vers. si ante iudicium. de acquiren. rer. domi. l. bonæ fi-
dei. de vsur. l. qui scit. § in alieno. institu. de re diui. § si quis à
52 non dño. † modo eligere fructus est industrialis possessiõis
eligẽdi, quia ex industria, & opera hominis, prouenit hic fruct⁹.

¶ Super quo remittit Nouella ad notata sua in prædicto ca-
pitulo consultatiõibus. in glosa qui est. igitur sequitur, quòd
si quis sit in possessione iuris eligendi credens, quòd ad se per-
tineat, vel taliter quòd possit dici bonæ fidei possessor hũc fru
ctum scilicet eligere facit suum. Sed nunquid id quòd dictũ
est in electione habeat locum in alijs actibus?

¶ Respondet Innocen. quòd sic, vt puta in sententijs quæ fiũt
conferuntur à bonæ fidei possessore iurisdictionis, & idem
etiam secundum eum in alijs actibus incorporalibus, super
quo remittit Nouel. ad ea quæ scripsit. ĩ. eod. olim. in glo pe-
tebat. & in prædicto capitulo consultationibus. in prædict.
glo. qui est. versu. & idem.

¶ Iuxta quòd quæritur nunquid electio facta à malæ fidei
possessore sit ipso iure nulla, vel an teneat ipso iure, licet sit cas
sanda. Innocen. vt videtur volens ad hanc quæstionem respõ
dere, dicit sic. videlicet, quòd si quis est in possessiõe violenta
tamen ipse eliget, & non ille apud quem est de iure eligendi
potestas & quod tenebit huiusmodi electio, licet si constite-
rit de iniqua possessione cassetur. inducit argumentum quia

etiam prædo deffendendus est in sua possessione, quousque
constiterit de iniqua possessione eius, imo illæ punietur, qui
eum spoliat vel molestat. C. vnde vi. l. si quis in tantam. xvj. q.
vij. placuit. ĵ. de institu. cum venissent. secundum eum. & ꝙ
tuendus sit in sua possessione violenta. inducit Hosti. octaua
quæstione quarta. nonne. & de accusatio. olim. §. prouiso. ve-
rum est tamen, ꝙ de ista materia latius tractaui in prędicto. c.
nihil. in nona quæstione. & in. x. xj. &. xij. ibi sequentibus. quæ
omnino vide. &. ĵ. eod. articulo. ergo per quæ satis. De secun
da parte articuli in qua quæritur qualiter verò prælato de prę
dictis sit restitutio facienda, dicit Inno. post principium glo-
sæ suę in versu. quãuis. ꝙ si aliquid de fructu remanserit, post-
quam de proprietate constiterit, id officio iudicis restituen-
dum erit. C. de rei vendica. l. certum. §. bona. Item dicit, quòd
in aliquo erit restitutio quodammodo facienda, videlicet in
hoc quia prælatus electus, vel institutus à bonę fidei possesso-
re iura quæ prius habebat possessor ab eo, & quę ipse possesso
ri reddebat, modo reddet vero domino. ĵ. de iure patrona. ex
literis, & hæc intelligenda sunt etiam de bonęfidei possessore.
Sed nunquid ad effectum restitutionis electio facta à bonæfi-
dei possessore cassabitur? Respondet Inno. quòd non. nam etiã
supposito quòd electio sit fructus naturalis, tamen non tene-
tur bonæfidei possessor de fructibus ex quo consumpti sunt,
nisi in quantum factus fuerit locupletior. vt. ff. si certum peta-
tur. l. si & me. Sed constat quòd ex quo electio facta est, con-
sumptus est fructus ipsius possessionis, & possessoris, quia ni-
hil potest in ea vlterius facere. non enim potest suam electio-
nem reuocare. octaua quęstione secunda dilectissimi. supra de
electio. publicato. Sed in quo ergo fiet realis restitutio? respõ-
det Inno. quòd in eo in quo factus est locupletior, si aliquid ta
le reperiatur, vt puta si habet adhuc in horreo fructus præben
dæ quam possidebat illos restituet, vt in prędictis iuribus,
& maximè in prædicto. capi. ex literis. Sed quare contra ele
ctum à bonæfidei possessore non potest agi ad depositionem?
Respondet Innocen quòd ratio est ista, quia electus fuit ab eo
penes quem erat potestas eligendi, vt dictum est. & habes ex-
pressè supra de causa possel. cum ecclesia quia ibi fuit cassata
electio à canonicis eo quòd facta fuit absentibus bonę fidei
possessoribus. ergo si ipsi interuenissent electioni tenuisset se-
cundum eum De malæfidei autem possessore, constat quòd
nedum fructus extantes, imo etiam consumptos tenetur resti
tuere, & ideò cassandæ sunt electiones ab eo factę vt prædi-
ctum est. Sed ista & alia quę dixi in articulo pręcedenti in se-
cunda quęstione ad finem, modifica per ea quę scripsi in præ
dicto. c. nihil in duodecima quæstione per quæ satis videtur,
quòd id quòd hic dicit Inno. post principium glosæ. in ver.
item quòd si quis electionem malęfidei possessoris tenere. &
quòd scripsi post eum supra eodem articulo. §. iuxta. quòd de
bet solum referri ad factum, & non ad ius. hoc est. dictum ꝙ
habebitur pro legitimè facta, donec contrarium per senten-
tiam declaretur, licet ab initio nulla fuerit ipso iure. & hoc vi
detur hic placuisse Collect. & Io. j. q. j. §. nemo. vbi notat quòd
non valet præsentatio facta ab inuasore, Fa. determinatio Ro
tæ facta de tempore domini Bernardi de Bosqueto, quę habe
53 bat † quòd collationes beneficiorum factę per intrusum in
dignitate reseruata, ipso iure nullas esse etiam si reseruatio esset
ignota allegabatur tamen ibi effectus reseruationis, & decreti.
& notat Inno de appel. vt nostrum. Qualiter autem post re
stitutionem factam in possessorio possunt creditores contra
restituentẽ agentẽ petitorio, illo pendente agere ad sua debita
repetenda. vide quæ scripsi plenè de offic. deleg. venerabili. su
54 per glosa continebatur. in fine. † Dicit etiam Collecta. quòd
id quòd not. hic Inno. eligere esse fructum eligẽdi. ipse etiam
notauerat in prædict. capitulo cum ecclesia. & Archidiac. de
præbend. eum qui. libro sexto. Et fac. secundum eum quòd
legitur & notatur supra titulo primo. cum olim.

¶ Circa quartum articulum principalẽ in quo quęritur, qua
liter possessiones beneficiorum & aliorum iurium incorpo-
ralium amittantur, & qualiter, & quo nomine talis possessio-
nis amissæ restitutio sit petenda, & facienda. Aduerte, iste arti
culus duas continet quæstiones, quę per se patent. Circa pri-
mam autem quæstionem Innocẽ. quasi circa principiũ quar
tę columę glo. magnę. ver. possessio autem istorum iurium.
dicit, quòd vt quidam dicunt possessio istorum iurium eisdẽ
modis amittitur quibus & quęrit, puta si deinstalletur, & alijs
modis contrarijs, ijs de quibus dictum est in articulo primo.
Veruntamen dicit Innocen. hoc se fateri, & intelligere dum
modo deinstalletur per eum, qui super hoc habet potestatẽ,
vt fit quando sacerdos degradatur, vel quando miles exauto
ratur. ĵ. de præben. in lateranen. & . ff. de ijs qui notantur infa
mia. l. secunda. § est ignominiosa. vers. sed & si eum. *ibi exauto
raueris*. id est insignia militaria detraxerit & patet in sacerdo
te degradando, cui eadem aufferuntur in depositione quæ
data fuerant in ordinatione. xxiij. distinct. subdiaconus. & ca
pitulis sequentibus. xj. quęstione. iij. episcopus presbyter. ĵ.
de poenis. capitulo secundo. libr. vj. Pone ergo quòd aliquis
ad quem non pertinet ex officio deinstallare, eum deinstalla
uerit, vel quid simile fecerit, nunquid eo ipso generalem pos
sionem dignitatis amittet? Respondet Innocentius se credere.
quòd non. sed dicit quòd amittet solum possessionem illius
loci, de quo fuerit deinstallatus. & quòd illius loci tantum
debet petere restitutionem possessionis, vt supra de renuncia
tione cum inter. Petr. Gauffredi. nam magis debet extendi
possessio data legitimè, quã expoliatio facta iniustè. vnde om
nium aliorum de quibus expoliatus non fuerit possessionem
retinebit. Sed oppones, quia per vnum actum corporalem au
ctoritate superioris habitum, puta per vnam installationem
acquiritur possessio omnium aliorum. sed respõdetur vt scri
psi supra proxime in vers. nam magis. Sed quid si fuerit supe
rioris auctoritate iuris ordine seruato deinstallatus animo
possessionem omnium aufferendi? nunquid tunc installatio
extenditur ad possessionem omnium aufferendam? Dicit In
nocen. quòd sic, vt idem sit iudicium de contrarijs, vt qua
ratione extenditur modus acquisitionis, extendatur & mo-
dus deperditionis. sed dicit Hostien. quòd responderi posset
quòd aliud hic & ibi. nam vnum fauorabile, & aliud odio-
sum. argumentum. ff. de liber. & postu. l. cum quidẽ. De pos
sidentibus autem sine auctoritate superioris, certum est secun
dum Innocen. quòd eodem modo amittunt possessionem,
quo acquirunt. argumentum. infra de regulis iuris. c. omnis
res. Vnde Innocen. de elect. quęrelam. dicit, quòd possessio
pensionis perditur, si petita non soluũtur, sed denegatur. & ꝙ
tunc non est necesse probare possessionem, quia videtur sub
tractata ex quo petita non exhibẽtur. & idẽ notatur de re iu
dicata suborta. Sed licet aliquo tempore non petatur, nõ pro
pter hoc perditur eius possessio, quia solo animo perditur. C.
de acquiren. possess. l. licet sic possessio electionis non perditur
licet electioni non intersit sed tunc perditur cum volens in-
teresse non admittitur, si est extraneus, qui interesse debeat iu
re singulari. vt prędicto capitulo cum ecclesia. secus enim si
tanquam vnus de capitulo, quia per capitulum possessionẽ re
tineret, possessio autem iurisdictionis eo ipso perditur, quod
alter ea vtitur primo possessore sciente, vel patiente. sed si re
sistit & non patitur, quantum est in eo, non perdit possessio
nem quia non habet animum perdendi. vt notatur per Inno.
ĵ. eodem olim. iij. vbi dicit, quòd quilibet electus ius excom
municandi possidere potest, secundum Paulum. Qualiter au
tem quis per negligentiam possessionem amittat, & qualiter
amittitur possessio pensionis, & qualiter amittitur possessio
iuris eligendi, & qualiter quis iuribus incorporabilibus spo-
lietur, &. quid si ille cui debetur pensio, credit se ita petentem
quòd si vult potest distinguere debitorem, & vtrum contra
subtrahentem pensionem solum competat beneficium præ
dict. capituli quęrelam. & quale remedium competit contra
consulentem, vel mandantem spoliari, & quale possessorium
competit contra subtrahentem pensionem, & qualiter vno
possidente iurisdictionem alteri potest acquiri eius possessio
& ille perdere. & qualiter ex mandato facto per episcopum pa
rochum

rochianis de non soluendo plebano contra Episcopum. Itē
specialiter qualiter quis de possessione iuris eligendi spolietur,
& qualiter talis possesio amissa recuperetur, & qualiter pro-
ter prohibitionem factam possessori datur sibi interdictum
contra prohibentem. scripsi plenè de electio. querelam. in pri-
ma quæstione. & in quindecim questionibus hic sequentibus.
Item qualiter pro iuribus incorporalibus datur interdictum
ibi scripsi in sexta oppositione. & qualiter possessio iuris præ
sentandi, & qualiter ista possunt in laico cadere, scripsi ibi in
ix. & x. oppositionibus. & in cuius persona debet formari sen
tentia, scripsi ibi in septima oppositione, per quæ posses exten
dere repetitionem huius decretalis.
¶ Quid autem dicendum de dubio principali, breuiter puto
quòd sicut in corporalibus solo animo vero, vel presumpto
amittitur de iure possessio, vt predicta. l. licet. & ff. de acquir.
possessio. l. tertia. §. in amittenda. cum ibi notatis. & l. quemad
modum. eodem titulo. Si autem constat expreßè de animo
poßidentis beneficium, pensionem, vel iurisdictionem, aut
quòd vis aliud ius incorporale, quod non vult amplius illud
poßidere. sumus in claro, quòd ipse possessiōem amittit: quia
in certis cessat coniectura. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum
ita. hoc cessante ad præsumendum animum tacitum coniectu
ris est opus. vt prædicto. §. cum ita. C. de dolo. l. dolum infra
54 vt ecclesiastica beneficia. capitulo vnico. † tres autem modi
sic possessionem amittendi notari solent. Primus per poßidē
tis negligentiam, vel obliuionem. Secundus, per alterius occu
pationem. Tertius, per simplicem ablatiōem, seu spliationem.
Quo ad primum credo quòd negligentia sola non est mo
dus huiusmodi possessionem amittendi argumen. ff. de acqui
rend. possessio. l. peregre. in principio. & ita notat Innocen. in
prędicto capitulo querelam vt ibi scripsi in secunda questio
ne. nec etiam obliuio, nisi esset tanta, quòd præhabita omni in
quisitione diligenti nullo modo ad poßidentis memoriam
reduci posset. vt. ff. de acquirend. possessio. l. tertia. §. nerua. &
eodem titulo. l. si id quod. Quo ad secundum, dic quòd aut
occupatio fit iniustè, aut iustè. Si iniustè hoc est sine superio-
ris auctoritate, vel sine iuris ordine, & tunc regulariter non ex
tenditur occupatio, nec per cōsequens spoliatio vltra id quòd
occupatum est vt dixi supra post Innocen. argumen. ff. de ac-
quirend. possessio, l. quod meo. §. finali. Sed fallit vbi agitur de
possessione eius, quòd ab aduersario recipitur, quia per pri-
mam aduersarij denegationem perditur tota possessio, vt di-
xi supra in possessione pensionis. Item fallit in possessione vni
uersalis dignitatis, vt dominij, quæ diuisionem non recipit.
infra vt ecclesiastica beneficia. in rubro & in nigro. & in feud.
de prohi. alien. feud per Fredericum. l. imperialem. §. preterea.
Ducatus, cuius possessionem dico acquiri, si apprehendatur
maior pars pertinentium ad candē, licet non omnia fuerint ap
prehensa. argumen. ff. de stat. homi. l. queritur. & de auro &
argen. lega. l. & si non sint. §. perueniamus. & quòd notat Car-
dina. de verbo. significatio. capitulo sicut. libro sexto. & quòd
solet notari de adeptione parrochialis ecclesiæ. de electio. com
missa. libro sexto. Sed contra hanc fallentiam opponitur, nam
in istis iuribus incorporalibus retentio possessionis in vno,
facit retineri in toto. vt. ff. de serui rustic. predio. l. vna est via.
& ff. quemadmodum seruitu. l. stillicidij. §. finali. & l. sequen-
ti. Sed fortè responderi potest quòd illa intelliguntur quo ad
retentionem proprietatis, & actionis pro proprietate compe-
tentis vt puta seruitutis, & cōfessorię. vt videlicet non amit-
tantur tempore propter non vsum, non autem quoad posses-
sionem, nec etiam quoad possessorium iudicium, quòd pro
tali iure datur. vt. ff. de itine. actùque priua. l. prima. §. Viuia-
nus rectè ait. vt notat. ff. quemadmodum seruitu. amitt. l. si in
partem. in glos. finali. In hoc tamen fateri oportet iniustam
possessionem maioris partis restringi. vt quamquam dignita-
tis, vel dominij vniuersalis, generalis possessionis acquisitio-
nem propter eius indiuiduitatem inducat, non tamen exten-
ditur ad particularia minimè occupata vt prædicta. l. quòd
meo in fine. & sic possunt intelligi, quę scripsi supra eodem in
articulo primo. §. quinto queritur. sed quia predicta satis du-
55 bia sunt per te cogitabis, hoc tamen certum est † quòd per
acquisitionem minoris partis pertinentium ad aliquam di-
gnitatem, nō acquiritur possessio dignitatis, quia licet maior
pars minorem ad se trahat, non tamen econtra. vt patet ex le
ctis & notatis. infra de ijs quę fiunt à maiori parte capituli. ca
pitulo primo. imo nec æqualis, quia in istis à proportione
æqualitatis, non fit motus. vt. ff. de fideiussor. l. generaliter. cū
similibus. & quia vbi causa naturalis & violenta simul cō cur
rerent, deberet prædominari naturalis. vt. ff. de tutel. l. qui ha
bet. in principio. & quia fauorabilior est iusta retentio, quàm
iniusta spoliatio, vt dixi supra post Inno. vbi verò adeptus es
set licet iniustè possessionem omnis si esset indubitatum, dum
modo alter incontinenti, vt. ff. de vi. & vi ar. l. tertia. §. cum igi
tur. & veniens non fuerit admissus, vel suspicetur se posse re-
pelli. ff. de acquiren. possess. l. clara. §. finali. & l. si id quod. §. vl
timo. & notatur infra capitulo primo. in prima glosa. Si au-
tem occupatio fit iustè, puta auctoritate superioris, & seruato
iuris ordine, tunc si non resistit possessor spoliandus putarē
satis quòd ipse per contrarios actus possessionem amitteret.
vt dixi supra post Innocen. Plus putarem quòd ipso non re-
sistente aduersarius per sententiam in possessionem inducen
dus per modos, per quos acquiritur possessio rei vaccantis
posse sinnem acquireret, & possessor condemnatus illam per
56 deret. † cum non poßint duo insolidū poßidere. ff. de acqui
ren. possess. l. tertia. §. econtrario. & est ratio, quia eo ipso quod
possessor condemnatus sciens possessionem retinere non pos
se, eo quòd habet necesse parere sententiæ, & eius executioni
non contradicendo videtur acquiescere, & sententię & exe-
cutioni consentire. & sic animum poßidendi dimittere. argu
mento. C. de rei vendication. l. ad solutionem. & quòd scri-
psi supra eodem capitulo. in fine primi articuli. sed si contra-
diceret dubitarem & magis crederem quòd donec manu mi
litari eijceretur iuxta. l. qui restituere. ff. de rei vendicatio. &
ff. ne vis fiat. l. tertia. videlicet de toto, vel maiori parte posses
sionem non quęreret dignitatis. argumentum dictæ. l. quod
57 meo. in fine. † eo quòd possessio magis est facti quam iuris.
C. de acquiren. possess. l. licet. & quia quo ad esse possessio-
nis de iustitia vel iniustitia non reffert. ff. vti poßidetis. l. iuj.
58 in principio. Quo ad tertium dico quòd duplex est spolia-
tio, vna voluntaria, & alia coacta. De voluntaria loquitur. §.
in amittenda. & l. quemadmodum. & Hostien. in summa. su
pra titulo primo. §. vltimo. cuius dicta hic repetere posses,
propter quæ membrum istud vltra non prosequor. Violen-
ta verò est illa de qua loquitur hic Innocen. vt scripsi supra
in principio huius articuli, que etiam intelligo ipso non con
tradicente, alias dicerē, vt dixi supra in simili casu. cætera sup
pleas per notata Hostien. in loco prçallegato.
¶ Circa secundam partem huius articuli quæritur primo,
qualiter prædo, seu violentus, vel male fidei possessor spolia-
tus sit restituendus. Distinguit Henricus, quia aut petit resti
tui contra alium quàm contra illum qui eum spoliauit,
vel spoliari mandauit aut spoliationem suo nomine factam
ratam habuit, & tunc non debet restitui. vt intra eodem
cum ad sedem. & ff. de vi. & vi arm. l. prima. §. qui à me vi. & §.
quod adijcitur. sed istud membrum intellige saluo casu capi
tuli sępe. infra eodem titulo. & casu capituli reintegranda.
tertia quæstione prima. aut petit restitui contra illum qui spo
liauit, vel spoliari mandauit aut spoliationem nomine suo fa
ctam ratam habuit, & tunc si ille fecit spoliationem suam pos
sessionem recuperando incontinenti, & sic violentiam alte-
rius repellendo, tunc cessat restitutio. ff. de iustiti. & iur. l. vt
vim. de vi & vi ar. l. prima. §. vim vi. & infra eodem causam. &
idem si ius commune est contra petentem, & pro reo, nisi pe
tens doceat de iure suo in proprietate. infra eodem ad deci-
59 mas. libro sexto. † alias autē debet fieri restitutio, etiam con
tra dominum rei. ff. de vi. & vi arm. l. prima. §. qui à me vi. de
vsur. l. sequitur. §. si dominus. & ff. deposito. l. prima. §. si prædo.
& l. bona fides. versu. quòd si ego. & in authent. sed iam tan

tum.C.depo.l.penultima.Salua vna fallentia quæ tollitur ex lectis & notatis in dicta.l.bona fides. & alijs fallantijs, quæ notantur in Speculo de casibus in quibus restitutio denegatur. titulo de petitorio & possessorio.§.finali.per totum. Item fallit vbi constaret notoriè, videlicet per eius confessionem quòd prędo fuerit, vel quòd ius in proprietate non haberet, vt videtur hic notare Innocen.in vltima glo. licet videatur hoc attribuere opinioni quorundam, fateatúrque alios dicere semper restitutionem faciendam.argumen.infra de matrimo.contract.contra interdict.ec.capitulo primo.Sed quicquid sit in beneficialibus prima opinio approbatur, vt dicetur infra eodem ex parte. In alijs facit dubium, quòd dominus potest prędam committere in re sua.C.vnde vi.l.si quis in tantam.ff de v.ucapio.l.sequitur.§.si dominus.infra de præbend. eum qui. libro sexto.Sed & in illis idem credo.argument.supra titulo primo cum ecclesia.& per notata Innocen.de diuor.significasti.& facit quòd dicam infra quæstione sequenti.versu.item fallit.& per id quod scripsi.§.e.c.in expositione literæ.super verbo, non canonicè.& super verbo,restituendus.

¶ SECVNDO quæritur,qualiter tanquam dolo faciens à petitione restitutionis repellatur qui petit id quòd restiturus est,nec intelligo de restitutione alij facienda,quàm actori: quia illa non impediret actorem.ff.solut. matrimo.l.si socius.§.Lucius.C.de furtis.l.penultim.§. sed cum in secunda.infra eodem olim.ij. & quòd notatur infra de vsuris. quia frustra. nec intelligo de restitutione petita in iudicio petitorio. quia tunc est quòd regula locum habet.ff.de exceptio.doli.l.dolo facit.de regul.iur.l.in condemnatione.§.dolo.xiiij.quæstione quarta.nullus clericorum infra de regul.iur.capitulo dolo facit.libro sexto. Fallit infra de iureiuran.debitores. secundo responso. propter periculum animæ.&.ff.de rei vendicatio.l. vltim.propter pœnam mendatij.Item fallit vbi reus non tenetur restituere statim & purè,sed post tempus.vt.ff.&.C.de iur.dot.per totum.& soluto matrimo.per totum.infra de donatio inter virum & vxorem. capitulo primo & secundo.& capitulo per tuas.& eodem titulo.&.ff.&.C.per totum.&.ff. de vsufruct.ea.re.quæ vsu.consu.& quemadmodum vsufru. caue.& de vsufruct.leg.per totum.Sed restringo ad iudicium possessorium,& quo ad iudicium recuperandæ, de quo hic agitur.tene regulariter cessare regulam dolo facit. secundum omnes.vt hic.&.ff.de iudic.l.si de vi.& de vi publ.l.qui cętu.§.si de iure.& eodem titulo.C.l.si quis à se fundum.C.si per vim vel alio modo.l.j.C.de donat. inter virum & vxorem.l si maritus.C.de agricol.& censit.l.si coloni. libro decimo.& supra eodem.sollicitè.& in hoc saluatur opinio Azo.quæ habet hanc regulam cessare in possessorijs,notata in prędicto.§. qui vi à me.& .C.locat.l.si quis conductionis.&.C. quorum lega.l.vnica.in glosa penultima. & hic per Bernardum, & in hoc casu etiam falsificatur opinio contraria, quæ habet hanc regulam locum sibi vendicare in possessorijs, notata.ff.de iudic.l.si de vi ad trebellianum.l.ille à quo.§.j.de Carbon.edic. l.tertia.§.causæ.C.de edict.diui Adria.tollend.l. quamuis.ff. de regul.iur.l.in condemnatione §.j.&.l. inuitus.§.j.de quo per Dynum in prędicta regula dolo facit. Fallit permittente actore.vt supra eodem capitulo primo. Item fallit vbi notoria esset exceptio.vt supra titulo primo.capitulo cum ecclesia. & capitulo cum super.de filijs presbyterorum constitutus.& capitulo secundo.capitulo quoniam.eodem titulo. & de diuor.significasti.cum notatis Innocen.in locis prædictis.& facit quòd scripsi in fine quæstionis proximè præcedentis. De possessorijs verò adipiscendæ,& retinendæ tenet communis schola,quòd si excipiens paratus est incontinenti probare de iure suo per quòd petens sibi est restiturus,habet locum exceptio illius regulę.vt quia hodie constat, hodie agatur.ff. vt in possessio.lega.ea.l.is à quo.in principio.ff.ad exhibend.l. tertia.§.ibidem.& dicunt expressum in prædicto capitulo causę. Sed hoc cessante cessat exceptio.vt prędicta.l.quamuis.&.C. de rei vendicatio.l.ordinarij.ff.quorum lega.l.prima.in quæsti.j.c.ij.Sed Henricus licet fateatur proximam subdistinctionem in possessorio adipiscendę, tamen quoad possessorium retinendæ credit indistinctè exceptioni illius regulæ locum non fore,sicut nec in iudicio recuperandę. inducens lecta,& notata per Bernardum Innocen.& Hostien.infra de institu. cum venissent. vbi etiam aliquid per eum. sed multi moderniores etiam quo ad possessorium adipiscendę maximè quorum legato.tenent exceptionem prędictæ regulæ indistinctè cessare, vt scripsi supra titulo primo capitulo pastoralis.in prima quæstione.§. de interdicto quorum legatorum. versicu.nec habet locum exceptio dolo facit. de quo vide in Cyno. C.quorum legato.l.vnica in tertia oppositiõe de quo dicam in prædicta regula dolo facit Ratio differentiæ inter petitoria,& possessoria cõmuniter assignatur quia iudicia possessoria sunt momentanea. C.qui legiti.perso.l vltima.& .C. vnde vi.l.montanæ.& ideò non debent retardari. vt prædicto.§.ibidem.& supra eodem sollicitè.& .C.si per vim vel alio mod.per totum.& de hoc etiam in recollecta mea Aurelien. per Ioan.Nicoti & Bertran.caprioli.in.l.si de vi.allega.& per Ioan.Rolan ff.quorum legato l.j.§.rediguntur.

¶ TERTIO quæritur,cuius nomine habet prælatus administrator,vel canonicus,petere restitutionem rerum ecclesiæ,videlicet iudicio possessorio recuperãdę, quia de iudicio petitorio dictum est in articulo secundo.de restitutione dignitatis, vel administrationis in genere,hîc nõ facio quæstio-
60 nem,† quia illam debet petere nomine suo, cum illam in genere nomine suo possideat. vt dixi. s'.post Inno & qualiter tenetur tunc docere de titulo.dixi, in cle. vnica. supra titulo primo in vltima quæstione. Restat ergo solum hic videre de rerum restitutione,super quo omnino vide & hic repete quæ scripsi supra articulo secundo. in.§ septimo quæres. vsque ad.§ in secunda.vltra quę potes sic,quia aut ipse prælatus vel administrator tempore spoliatiõis res de quarum restitutiõe agitur possidebat,aut non possidebat ipse,sed ecclesia tantũ. Primo casu potest petere restitutionem duplici nomine. primo si quidem nomine ecclesiæ nomine cuius ciuiliter possidet vt notatur supra titulo cum super.vt.ff.de vi & vi arm.l. prima.§.quòd seruus.in fi.Item etiam nomine proprio, quia propter ius vtendi fruendi quòd habet prælatus in rebus prælaturę,dum viuit ipse si eas aprehendat censetur ipsas naturaliter possidere.vt.ff.de acquirẽda possess.l.naturaliter.in principio.& propter hoc dicit hîc Innocen.in columna vltima.ver-
61 sicu.episcopi autem.† quòd episcopi, & alij prælati, & clerici suo nomine naturaliter possident suarum dignitatum, vel prębendarum possessiones,& castra, quorum possessionem corporalem habuerunt, & pro iure quòd in eis habent suo nomine tantum agunt.vt scripsi supra eodem capitulo articulo secundo.§.septimo quęres.versicu.bene ad propositum. Et ideò propter naturalem huiusmodi possessionem si de ea deiectus fuerit ad ipsarum recuperationem sibi competit interdictum.vt.ff.de vi & vi arm.l.tertia.§. vnde vi interdictũ. & §.sequenti.Magis tamen consulerem agi secundo modo, quam primo si facilis esset probatio propriè possessionis ipsarum rerũ,& difficilis probatio tituli, seu possessionis ipsius dignitatis.nam agenti proprio nomine nõ posset referri quæstio,vt hîc.sed agenti nomine prelaturæ referri posset,nisi ostaret ipsum confirmatum,prouisum, vel institutum, aut saltem pacificum possessorem prelaturę.vt dixi supra.circa tertium articulũ,& quæstionem secundã illius articuli.§.de non intruso.& §. sequenti.Sed si faciliter posset docere, aut fortè esset notorium de prædictis consulerem potius agi nomine prælaturę, dummodo facilius esset probare possessionem prælaturæ,quam prelati.quia per hunc modum facilius optineret vt de se patet.

¶ Secundo verò casu solum nomine ecclesiæ agere posset cũ non ipse sed ecclesia possedisset. vt infra eodem cum ad sedé. & tũc haberet necesse probare duo,videlicet ecclesiam possedisse,& spoliatam esse,& se fuisse in prælatum per superiorẽ canonicè institutum,vel saltem se esse in possessione pacifica prelaturę,vt communiter reputari pro tali.vt prædicta.l.Bar

barrus

& prędicta.l. tertia. ff. ad Macedonian. & per ea quę scripsi in remissione statim data. Et ex his, & ex notatis in remissione prædicta apparet, qualiter contra talem sic agentem exceptio non canonicè institutionis opponi potest.

¶ QVINTO principaliter quæritur occasione eorum quæ scripsi supra articulo tertio de quæstione Oldrad. lxxiiij. secundum librum meum, cum duo eliguntur imperatores in discordia, vtrum quilibet vel ambo simul priuilegia concedere possint. & fuit hæc quæstio de facto in duobus coelectis, quorum quilibet fatebatur se à maiori parte vocem in electione habentium fuisse electum. videtur primo quòd quilibet eorum possit dare priuilegia ratione pendentię, & dubietatis, quia ratione dubij interdum quis vtitur re, etiam consumendo, quam aliàs consumere non liceret. vt. ff. de vsufruct. l. vsufructuarius § si viuarijs. vendicat enim quis rem non suam propter dubitationem, & difficilem discretionem ab altera. vt. ff. de rei vendicatio. l. idem Pomponius scribit. in principio & instit. de re. diui. § quòd si frumentum. & ibi not. Optimè facit. ff. vt lega. no. caue. l. si duo eiusdem nominis. & l. sed & ipsis. & de pręto. stipula. l. Paulus § j. Item & ff. de bono. possessio. secundum ta. l. qui ex liberis. & de vulga. subst Lex duo bus. in principio. Ex quo enim eorum quilibet administrat lectionem a maiori parte prætendens, cum electio talis sit quæ quantum ad expeditionem eius, de quo quæritur nullus confirmatione indigeat, videtur quòd acta per administrantem medio tempore teneant, saltam quantum ad effectum medij temporis. vt argumen. ff. de officio pretoris. l. Barbarius. & C de testa. l. prima libertas enim data ab eo qui prius seruus pronunciatus est tenet. vt. ff. qui & à quibus man. liberi non fi. l. competit. & alienatio facta ab hærede alienare pro hibito propter prius ęs alienum tenet donec hæres viuit. vt. ff. de leg. secundo. l. peto § prædium. vnde nullo alio euentu con siderato, videretur medio tempore saltem concesionem tene re. & pro hoc. C. de senten. pas. & resti. l. vltima. & quòd ibi notatur.

¶ In contrarium videtur neutrius tenere concesionnem propter iuris, & facti ambiguitatem in vtroque, quæ vtrunque impedire videtur. vt. ff. de testa. tu. l. duo sunt Titij. & de hæred. instit. l. in tempus § quotiens. & quòd supra de administratione in vtroque actu concurrente dictum est in contrarium videtur introducere, scilicet vt alter alterum concursum impediat. vt. ff. de vsufruct. l. quotiens. in secundo responso. Et quia vterque de statu suo dubitat, neuter exequutionem eorum quæ aliàs posset habet. vt. ff. de testa. l. de statu. & de leg. tertio. l. prima. hęc nempe est natura repugnantię vt neutrum tenere efficiat. vt. ff. de regul. iur. l. Diuus. in principio. & in. l. causa autem cognita. & famil. hęrci. l. alienationes.

¶ Sed verius videtur secundum Oldradum, quòd effectus concesionis ex euentu pendeat. argumentum expressum secundum eum. ff. de testa. tut. l. iure nostro § finali. ibi euentus rei iudicatę declarabit, &c. describunt. l. qui res. in principio, & secundo & tertio responso. de rebus dubijs l. quædam. & C. de iudic. l. rem non nouam. veritate eñ apparente actum cum altero non subsistit. vt ff. de pactis. l. si tibi decem § cum possessor. nec quantum ad hoc administratio quicquid facit. vt. ff. de reb. eo. qui sub tutel. vel cur. sunt. l. qui neque. C. de tuto. vel cura. qui satis non dederunt. l in dubium. & l. vltima. vt in quibus ea inuitè non est. ne. l. si tutor. neque enim est eadem habẽtib' pro principe se gerẽtis, & veri principis administratio, vt de eo qui pro tu. vel cu. nego. ges. l. tertia. & de dol. excep. l. apud Celsum § si quis non tutor. nec in hoc mul tum administratio facit quam constat obuium ius habere. C. de numerarijs a. l. actuarios. libro duodecimo. & primo no tabili. ff. de conditio. inde. l. si vrbana. in penultimo responso. & de solu. l. qui hominem § si nullo. & quòd hoc quòd notat Innocen. extra de elect. c. nihil. & de resti. spoli. c. in literis. veritate quippe apparente ei standum oppositione repulsa, oi distinctiõe repulsa, & liquet priuilegiũ cõcessum ab eo qui succumbit non concessum à Principe, sed à Tyranno ideò nullum, & hic casus. C. de epil. & cleri. l. decreuimus.

¶ Ad aliam quęstionem, seu quęstiõis partẽ qua quæritur, an si duo sint electi vt vterq; administret, & omnia agat vt Rex, & vterq; super eodem negotio eiusformæ seu substantiæ priuilegium concesserit, an ex concesione facta per ambos sit negotium sic solidatum, sitq; robur habeat, ꝙ non dependeat ex euentu. videtur quòd sic, cum certisimum sit vnum ex eis ius habere, pro eo quòd electus est à maiori parte, ille ius habet. nec requiruntur alię simul ę iuru, sed attenditur numerus tantum in electione imperij. videtur tamen dicendum secundum Old. quòd negotium solidatum non sit, si ratio dubitatiõis iuris, & facti à principio esse. tum eius de quo quæritur impediunt, vt probatum est in ar. pro prima parte, in superiori quęstione inducit ergo quicunque sit exitus ex postfacto non conualescit. vt. ff. de reg. iur. l. quòd ab initio. & de verb. oblig l. continuu § cũ quidam. in fine. institu. de inutil. stipula. § primo. Hæres enim duobus testamentis eiusdem testatoris scriptus, dubitat quòd eorum teneat ex neutro, addit vt. ff. de acquiren. hæred. l. cum hęres § vltimo. & de conditio. in debiti. l. Iulianus. non solum enim ex declaratione iuris alteri cõpetentis imo etiam ex noua acquisitione iuris priuilegiati videtur consolidari. vt. ff. de vsur. l. cum vir prędium. de fundo dotali. l. penul. de rei vendicatione. l. si à Titio. & de doli excep. l. apud Celsum § si à Titio. & ad trebel. l. filium fratribus. est etiam à iure admisiõe prouisum, qua quis vult sibi & actibus suis in omnẽ euẽtũ prouidere. vt. ff. de vulg. & pupil. substitu. l. cũ hęredi § cum filiæ. de multa. te. l. serua in fine. & de testamen. manuũ. l. si iuris. cum similibus.

¶ Ad aliam quęstionem tũc in Curia Romana in qua Oldradus aduocati officium exercebat, in qua quęrebatur si vnus vel duo, vt supra concesserint vnum priuilegium pedagij in aliquibus locis, an si loca illa onerata sunt pluribus alijs pedagijs posit obijci seu vitietur priuilegium, quia mentio non est de prędicto onere aliorum pedagiorum. Breuiter videtur dicendum secundum eum quòd priuilegium, ex hoc surreptitium censeatur. quia si princeps sciuisset nouum grauamen subditis non induxisset. argumentum. ff. l. secunda l. Titia. § qui in vita. & de dote. l. qui dotem. & nihil debet tacere, ꝙ potuisset iudicium in contrarium mouere. vt. C. si cõtra ius vel vtilitatem publicam. l. præscript. vbi vel tacen si fraude, & cętera. & ad hoc bene facit. ff. de pecu. le. l. cum dominus. in principio. & de appella. l. secunda § secundo § primo. in translationem greci. C. de petitio. hæred. l. si putas. extra de fals. capitulo primo. decimatertia quęstione tertia capitulo quisque. & hoc certè esset in concesionibus Papę apparet scientes ibi expectantes esse per aliquam generalem clausulam, vel specialem gratia surreptitia esset. vt extra de rescriptis capitulo man datum. & ibi nota. & capitulo literas. & capitulo Abbatem. Addit ad præmissi Oldradus in quæstione qua quæritur an duobus contendentibus posit quilibet priuilegium concedere, in qua respondera t pendere effectum cõcesionis priui legij ex euẽtu, intelligere quoad declarationem effectus concesionis, realiter enim ipsa concesio non pendet, quia aut statim valet aut non. argumentum. ff. communi prædiorum. l. vltima. in fine. & quòd ibi notatur, &. ff. de stipulatione seruorum. l. vsufructus sine personę. in fine de verbor. oblig tuo. l. continuus § cum quis. in fine. & quòd ibi notatur. miti. qui mo. pa. pot. sol. § si ab hostibus. Est ergo effectus ipse ipsius cõcesionis, vtrum teneat vel non in se certum, licet propter facti quęstionem sit nobis incertus. vt. ff. de iudici. l. sed & si restituatur § vltimo. & si certum petatur. l. cum ad pręsens. & l. sequenti. C. qui admi. ad bo. posses. possunt. l. quam diu. per facti quęstionem. Ad id autem quòd tunc quęrebatur an hoc casu pendeat vsus concesionis, & si de medio tempore interdictus rationabilis, est quæstio: quia, interdum aliquid non pendet, sed effectus eius dumtaxat pendere dicitur. ff. de donatio. inter virum & vxorem l. cum hic status § sin autem

ibi potest dici pendere acceptilationem non ipsam, sed effectum eius, &c. Sed in huc dicebat Oldrad. quòd secundum veritatem sicut efficacia concessionis non pendet ita versus secundam rem pendere deberet. Verum quia pendet controuersia de iure concedentis, ex cuius aduentu apparebit vtrum cõcessio tenuerit, vel habuit subditi iustam, & probabilem causam non admittendi talem impetrantem ad vsum priuilegij. argumen. ff. de bo. lib. l. quamdiu. de exceptio. rei iudica. l. n. ad Carbonianum. l. tertia § cum extaret. & de condi. in de. l. sufficit. Ad aliam quæstionem, qua quærebatur vtrum vsus priuilegij concessi eidem de eodem, & sub eadem forma, à quolibet ex duobus de imperio contendentibus sit interdictus contentione pendente, addendo ad dicta sua respondet sibi videri quòd non, quia certum est in omnem euentum impetrãtem uniformiter ius habere, sicut natiuitas posthumi quę speratur, non differt additionem viuentis existentis, in eodem gradu cũ eo, saltem in illa parte quã in omnẽ euentũ habiturus est. vt. ff. de acquiren. hered. l. cum quidem § vltimo. & l. ventre. de iudi. l. sed & si restituatur § vltimo. & si pars hered. petatur. l. aut qui & hoc probant rationes aliâs in hac quęstione adductas. cum enim efficacia concessionis ex euentu nullo modo pendeat nisi debet vsus eius aliqualiter interdici, sicut scribitur in iure quòd controuersia pendente super petitione hæreditatis inter duos interim vsus actionis pro legatis competenter, eo quòd effectus eorum ex testamento dependet, vt ff. de pig. l. si superatus. in secundo responso. aliqualiter suspenditur vsus verò actionum creditoribus competentium, quia ex testamento non penderet, nullatenus est interdictus, quoniam certum est in omnem euentum eas habituras effectum, & hic est casus. C. de petitio. hered. l. vltima. & videtur quòd ista quęstio posit determinari per causam. l. ff. de vsufruct. l. cuiuscunque § si fundus. in secundo responso. & videtur cautum quòd cautè vterque concessioni imitatur impetrans, vt de concessio. preben. capitulo post electionem Non ob. extra de electio. vt quis duas. libro sexto. quia ibi agebatur de iure quærendo, hoc autem de vsu iuris efficaciter iam quæsiti. sicut ibidem notat Archidiaconus. Et per hoc patet responsio ad omnia, quę possent in contrarium adduci. per hoc etiam potest solui ad capitulum secundum extra de in integ. restitu. in quantum videretur contradicere his quæ in superiori quęstione dixi. Ad legem primam § si pendeat. & ad legem bouem § vltimo. ff. de edilit. edict. patet responsio, quia ibi quòd expectabatur faciebat agentem ius habere. In casu autem nostro quicunque exitus de controuersia imperij sequatur, non facit impetrantem ius habere, si declarat, statim eum habet, vel non habet. vnde dictum est supra. Vnde Oldradus stat in hoc, scilicet quòd subditi propter controuersiam pendentem in casu quo ab vno solo manauit concessio probabilem causam habeant non parendi. quoniam verò à duobus manauit credit aduersum. Aduerte, quia predicta sunt verba Oldradi ad literam per me non correcta nec verificata, propter occupationes: quas tunc habebam, & quia occasione pręsentis libil matis dubium maius ingerunt, sed alias fortè redibo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Interdictum quod vi aut clam locum habere cum quis vi aut clam in solo ædificat.*
2 *Interdicto quod vi aut clam vtenti exceptiones nulla posse opponi regulare est.*
3 *Constitutionem. l. si quis in tantam furoris peruenerit audaciam. cum interdicto vnde vi concurrere posse.*
4 *Pœnalem actionem per se ex morte non tolli.*
5 *Canonicus à suis concanonicis non vocatus ad electionem interdicto agere non potest.*
6 *Singulares pro domini vel vniuersitatis delicto non teneri, quosque sunt doctores euent.*
7 *Accusatorem inimicum in causa criminis ortarum causa ab accusatione repelli posse.*
8 *Inimicum ad accusandum non admitti nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.*
9 *Inimicus is dici potest qui & bona nostra tollit.*

CAP. VI.

Item cum quis. Hęc decretalis loquitur de interdicto vnde vi, & de interdicto quòd vi aut clam secundum Nouellam, quę sic summat. non obstat exceptio criminis agenti interdicto vnde vi, vel quòd vi aut clam. & videtur placere Bernardo & Innocentio qui exponũt violenter intentans interdictum quòd vi aut clam. sed salua pace eorum, hæc decretalis nunquam cogitauit loqui de interdicto quod vi, aut cla. sed loquitur de illo qui dicit se spoliatũ vno de duobus modis, vno modo, quia dicit se deiectum ab initio de possessione per aduersarium violenter, vel alio modo quia dicit aduersarium clam possessionem intrasse. subaudi & posteà ipsum venientem nun admisisse, aut suspicari se posse repelli si veniret. Ijs enim casibus non competit interdictum quòd vi aut clam. sed potius interdictum vnde vi. vt. ff. de acquirendi possessoine. l. clam possidere § qui ad nundinas in fine. & l. illud quod § vltimo eodem titulo allegatis in glosa. nec hic dubium de suspitione supplendo, quia eo ipso quòd primus possessor in iudicio agit contra secũdum, qui clam intrauit iudicio restitutorio, ad possessionis recuparationem eo ipso iuris præsumptione suspicatur quòd per se possessionem recuperare non posset, vel quòd non vult se exponere illi periculo. Quòd autem non competat interdictum quòd vi aut clam. patet: quia illud interdictum non respicit solam possessionis alienæ occupationem, quia illa pertinet ad interdictum vnde vi. Sed respicit opus vi, vel clam factum per aduersarium in re immobili aliena. vt. ff. quòd vi aut clam. l. prima. in principio § primo & § quòd vi aut clam. & per totum. & satis hoc videtur tangi in glosa prima. & vt in eadem glosa notatur ad hoc tendit, vt quòd vi vel clam iam edificatũ est tollatur, & cętera. & hoc etiam placere videtur Innocentio hic in glosa secunda. qui dicit,
1 † quòd interdictum quod vi aut clam habet locum vbi aliquis in solo ædificat vi, aut clam. ff. quòd vi aut clam l. prima, quòd autem hic aliquid ædificatum fuisset, vel quòd ad tollendum iam ædificatum ageretur, esset minus ad hanc literam, & vltra naturam propriam tituli diuinare. Si autem factum vel clam qualiter dicatur quoad interdictum quod vi, aut clam volui pro canonistis exponere, sed quia iurisconsultus Vlpianus. ff. quod vi aut clam l. prima § quod vi aut clam. vsq; in fine legis cum quatuor legibus sequentibus. & l. qui aut aliter, & l. si alius. & l. nam & si. & l. is qui in puteum. & l. denique. & l. semper. quæ omnes fuerunt Vlpiani, hoc satis clarè & diffusè textualiter exponit Ideò causa breuitatis omitto. ¶ Verum quia glos. prima in fine recitans verba l. primę § deniq. ff. quòd vi aut clam.
2 † dicit, illo interdicto vtenti nullam exceptionem posse opponi. Aduerte, quia illud dictum modificandum est hoc modo, videlicet salus quatuor exceptionibus vt ibi notatur, quę habentur eodem titu. l. prohibere § sed si permiserit. & l. si alius § bellissimè & § sequenti. qui incipit, est & alia. & l. semper § hoc interdictum. scilicet exceptio conuentionis, seu permissionis, de qua in § sed si permiserit. Item quòd tu prius vi vel clam feceras id quòd dicis me vi, vel clam demoliuisse. de qua loquitur § bellissimè. & hoc si iudici videbitur, vt ibi.
¶. Item quòd feci id causa arcendi incendij, de qua loquitur § est & alia. ¶ Item quòd animus lapsus est, de qua loquitur § hoc interdictum. nisi post annum audiatur ex causa, vt ibi. Quoad primum remittit Nouella ad notata sua de ordine cognitio. capitu. vlti, super verbo spoliatione. & dicat quòd

cit quòd hæc faciunt ad materiam decretalis ex parte. secunda de offic. delegat.

¶ Quærit hîc Collectarius, quid si obijciatur spoliato crimen de quo per sententiam condẽnatus est, videtur quòd obstet sibi talis exceptio. argumen. s. eodem accepta. distinguit Aut agitur petitorio, aut possessorio. Primo casu secundum Archidiacon. obstaret. inducit notata Innocen. & Compostel. de electio. quòd sicut. de excessio. prælato. inter. & dicit hoc verum de ijs criminibus quę priuationem ipso iure inducũt. Sed & ego hoc verum dico, de ijs criminibus quæ priuationem non inducunt ipso iure, sed per sentẽtiam, dummodo sit per priuatione lata fuerit. pro quibus faci. nota. Innocen. in prædict. decre. accepta. quæ scripsi in decretali. sollicitè in. iiij. quæstione § aduerte. versu. sed circa secundam. Secundo casu de crimine quod nó induceret ipso iure, nec per sentẽtiam iam latam, est indubitatum. per ea quæ scripsi in dicto § aduerte. sed de crimine ipso iure priuationem inducẽte, vel per sententiam quæ iam lata esset, & in rem iudicatam transiuisset, est maius dubium. & hîc dicit Collectarius quoad sententiam priuationem inducentem ipso iure, Innocenti. notasse, quòd sic. j. de accusa. qualiter. secundo super verbo ad diminutionem. & incipit glo. quando agit ciuiliter. in versu. credimus tamen Sed Collectarius credit quòd imo obstet. argum. s. capitu. proximo. inducit notata in prædict. capit. accepta. & j. capitu. proximo. probat, quia bona hęreticorum sunt confiscata ipso iure. & tamen ante declarationem occupari nó debent. j. de hęretic. cũ secundum. li. sexto. sed salua pace illa non est bona inductio, quia nos loquimur de priuatione per senententiam introducta, vel declarata. ibi verò loquitur de priuatione per sententiam non introducta, nec declarata. Dic ergo de hoc prout scripsi in prædicto § aduerte.

¶ SECVNDO quærit, vtrum vbi agitur interdicto vnde vi, possit agi constitutione si quis in tantam. C. vnde vi? Dicit
4 Iacob. de Aren. tenere quòd sic, † qoia persecutoria non tollit pœnalem. ff. de act. & obliga. l. quotiens. Cynus autem. C. vnde vi. l. momentaneę. in tertia quæstione reffert canonistas variare, & quandoq; dicere quòd per interdictum vnde vi non consequitur quis nisi possessionem cum fructibus, in proprietate enim nihil operatur interdictum, & dicit hoc notari per eos. s. titul. primo pastoralis. sub dit quòd. j. eodem. cum ad sedem. notarunt præiudicium proprietati fieri, quòd posset procedere secũdum eum, cum pronunciatur super facto, non super iure, vt aliàs solet dici quando ciuili. actis. crimi. præiudi. l. vnic. sed dicit quòd in capitu. cum ad sedem fuit pronunciatum super iure, & expressè super possessorio. cõcludit quòd seruetur illud in foro suo. Collectarius verò dicit quòd non videt aliquem decretalistam tenere, quòd nó possit agi simul ad rem, & ad pœnam illius. l. & quòd Bernardus non dicit contrarium in eo quòd dicit q agendo solũ interdicto nó censetur petere pœnam illius. l. vnde dicit quòd quia agere ad pœnam illam non est agere criminaliter, videtur quod fieri possit. Criminaliter enim secus, secũdũ eum. inducit collecta sua de ordin. cognitio. capitu. primo. si tamẽ actum fuerit criminaliter ciuiliter agi poteist, de eodem. sicut notat Archidiacon. in crimine. l. Iuliæ repetundarum. j. quæstio. prima. iubemus. quia criminalis non tollit ciuilem, vel econtra secundum eum. non examino, quia excedit materiam decretalis.

5 ¶ † TERTIO quærit quid si canonici procedunt, ad electionem non vocato eo, qui est in possessione eligendi mala fide? nunquid poterit agere possessorio restitutorio, tanquã spoliatus? Reffert Collectarius Innocen. tenere qoòd non, nisi veniens fuisset exclusus. ad quod bene facit de causa possess. cum ecclesia. Remittit ad notata per Innocen. de election. cum mana. circa finem. & hoc credo verum, quia non potest dici spoliatus, nisi veniens nó fuerit admissus, aut suspicatus fuerit se posse repelli. vt. l. prædi. l. si id quod. in fine. nec obstat. capi. cum ecclesia. quia ibi clerici venerunt, & admissi non fuerunt. sed fortè agere potest de contẽptu, quia postquam est in possessione, vocem habet in electione. & ideò si non vocetur contemnitur. vt prædicto cap. cum ecclesia. & de electioni. quòd sicut. Sed tũc posset replicari de mala fide secundum aliquos per ea quæ scripsi. s. capitu. proximo. articulo. iij. in principio & in fine. Sed nó credo quòd sic valeat replicari, quia hoc modo induceretur spoliatio, quòd non licet, donec enim de mala fide conuictus, & iuridicè priuatus fuerit, debet in sua possessione tollerari. & non spoliari. Sed fateor hoc esse valde dubium, Ideò cogitabis.

¶ QVARTO quærit, quid si Andegaueñ spolietur per Pictauieñ de re sita in diœcesi Pictaueñ, & quòd commune Pictauieñ. pluries requisitũ, quòd de prędonibus faciat iustitiam non curat facere: nunquid commune, vel iudex Andegaueñ contra ciues Pictauieñ represalias potest cõcedere? & virtute huius concessionis liceat cuibet Andegaueñ ciues capere Pictauieñ? videtur quòd nó, quia nullus pro alio puniri debet. j. quæst. iiij. § item pro peccato. xxiiij. quæst. prima. capi. facit de regul. peccatum. & capitulo locupletari. & capitul. sine culpa. in contrarium facit, quia vbi ciuitas non vult facere iusticiam, consentire videtur. ij. quæsti. vij. negligere. Item talis iuste facit, quia iudicis auctoritate facit. item quia auctoritate propria possum capere debitorem meum fugientem, igitur multò fortius iudicis auctoritate facere possum, quòd prędictum est. Collectarius dicit quòd hęc est veritas, vbi ad superiorem non posset haberi recursus. sed contra singulares
6 personas concedi nó possunt, † cùm pro delicto domini, vel vniuersitatis non teneantur singulares. de sententi. excommu. Romana. libro vj. Item dicit quòd virtute represalium concessarum, non potest aliquis capere vel incarcerare, quia nó est singulis concedendum, quod magistratibus competit. sed iudici præsentare debet. vt custodiatur donec satisfaciat, & dicit hæc notari per Nouellam in mercuriali, in regula non debet. de regul. iur. lib. sexto. vbi de hoc dicam. & in capitu. & si pignorationes. de iniur. lib. sexto.

¶ QVINTO quærere possem in verbo *crimen*. post Go. & Hostien. de monacho, an possit restitutionẽ petere, de quo satis scripsi. s. capitu. proximo. articulo secundo § quærit circa hoc Paulus. vbi etiam remissiones de hoc dedi, & . j. eod. titu. capitulo cũ venissent. in secunda quæstione Henrici. Item de quo crimine hîc loquatur. dicit Innocen. quòd fortè homicidium, vel aliud simile directè opponebat. Et nota. verbum *ante restitutionem*. signat enim quòd posteà potest. de hoc iij. quæstio. prima. capitu. primo. & quæstio. secunda. audiuimus. Et quòd dixit text. *executio*. fortè ideò quia de notoria spoliatione loquitur, vel quia non sufficit sentẽtiam dari, nisi executioni mandetur, & possessio restituatur. de re iudi. cum aliquibus. vel loquitur de executione id est de continuatione
7 processus. Item ex verbo *præsumatur*. † nota repelli accusatorem propter inimicitias ortas in causa ciuili. de qoo. j. de accusati. cum oporteat. secundum Hostien. Item in verbo *inimicus*. supponit textus id quod cauetur in alio iure, videlicet
8 † quòd inimicus nó admittitur ad accusandum, etiam in excepto crimine nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. j. de symon. licet hely. j. de accusationi. qualiter. & capitulo cum oporteat. secundum Innocentium & notat etiam Ab-
9 bas ex isto textu. † quòd qui nostra bona tollit, inimicus noster est.

¶ SVMMARIVM.

1 *Qui beneficio abutitur eo priuandus venit.*
3 *Iuste spoliatus à iudice non restituitur, donec an iustè spoliatus sit, cognitum fuerit.*
3 *Monachus interdicto conueniri potest.*
4 *Monachus pro quocunq; crimine per eum commisso ad pecuniariam ciuiliter non conuenitur, quod propriũ non habet, nec habere possit.*
5 *Eorum quæ extra iudicium per superiorem fiunt non præsumi.*

¶ CAP. VII.

CONQUERENTE. Ista decretalis loquitur de spoliatione facta à iudice. Ideò opponitur primo, quia cum iudex iudicat inter partes sententiam pro acto referendo, & illam exequendo, non facit partem. ideò non videtur quòd contra eum agi debeat iudicio restitutorio. sed potius contra partem ad cuius instantiam sic processit, vel cui beneficium cōtulit, de quo alterum per sententiam priuauit maximè quia semper præsumitur pro sententia iudicis. quòd prosequere, vt in vltima glos. solutionem ibi vide. Hostien. videtur stare solutiōi glo. Nouella dicit, quòd hîc non fuit sententia, vel iudicialis priuatio, sed extra iudicialis possessio. Super quo tamen vide, ea quæ leguntur & notātur de senten. excon. venerabilibus § primo. lib. sexto. Sed pone quòd Cantuareñ. Archiepiscopus non vult hîc illum restituere quē Papa Alexander mandat restitui, nunquid Oxonieñ Episcopus ab Alexandro delegatus, de causa restitutionis poterit cognoscere, & restitutionem facere? videtur quòd non, cum hoc sibi non sit commissum specialiter. de offic. delega. cùm olim. &. capitu. P. & G. & hoc dicit Innocen. placere quibusdam qui dicunt quòd si Archiepiscopus huic clerico non restituit ecclesiam propria volūtate, delegatus iste nō potest eū cogere: quia, sub conditiōe vel in dīe, videlicet cum restitutio facta fuerit, delegari videtur. tamē ipse fatetur alios dicere, quòd cum verba intentioni debeant deseruire. ꝫ. de verbo. signifi. in ijs. quæ intentio Papę fuit quòd communis sit vtriusq; iudex. ꝫ. eodem. ex conquestione. & quòd ibi notatur poterit delegatus eum compellere. Et licet Innocē. opinionem non eligat, tamē dicit Nouella quòd hæc vltima opinio placet Innocen. & Hostien. propter mentem, quæ præferenda est. ꝫ. de verbor. signifi. intelligentia. pro quo. s. de mutui. petitio. capi. secundo. Sed ad veritatem opinio ista nimis fortis est. argumen. de rescriptis capitu. significauit & capitu. Radulphus. sed disceptare non curo, eo quòd verba rescripti quæ non habemus modum soluerent. ꝫ. de priu. c. proximo.

¶ SECVNDO opponitur, quia non debet imputari Archiepiscopo, quòd ordinem non obseruauit super delicto clerici corrigendo, cum in hoc ordo non videtur fore seruādus. & saltem non videtur quòd hîc ordo esset seruādus, quòd Archiepiscopus deberet super hoc eum tali ordine requirere ad iudicem delegatū, quia ex officio expediri debet. s. de rescriptis. capitul dilectus. de pact. capitu. cum clerici. de cohabita. clericor. capitul. super eo. Respondet Hostien. quòd ideò Papa mādat hic ordinem seruari, vt puniatur Archiepiscopus, in quo deliquit, eo quòd nullum ordinem primo seruauerat. ad hoc de transla. capitu. quanto. vers. cæterum. cum suis concordantijs. sed hoc non sufficit. vnde melius ad propositum dicebat Goffre. tunc ordini iudiciario locum esse, cùm occultum delictum subditi nouerit superior, nec apparet accusator vel denunciator, quo casu superior tenetur nunciare. xxiij. q. iiij. duo ista. quia de ipsius anima tenetur reddere rationem. xviij. quæstio. xj cognouimus. In notorio verò, vel cum accusator aut denunciator apparet, non ageret superior contra illum: sed suum officium exerceret. s. de offici. ordin. capitulo primo. sed nec ista sufficit. Dic ergo, aut delictum est notorium, aut non est notorium, neq; contra clericum laborat infamia, & tunc tene distinctionem Goffred. aut delictum clerici non est notorium, sed contra eum laborat infamia, & tūc aut non subest causa quare debeat sibi per Papam aufferri iurisdictio. & tunc non debet Papa in hoc suā iurisdictionem occupare. xj. quæstio. prima peruenit. Sed debet permittere quòd inquirendo contra clericum, super huiusmodi crimine secūdum iuris ordinem suam iurisdictionem exequatur. de offici. ordi. capitu. primo. de accusa. qualiter. ij. in clemen. vnica. de offici. ordin. Aut subest causa quare Papa debet ordinario suam iurisdictionem aufferre, vtpote quia sua iurisdictione abusus est, sine ordine subditum spoliando, & tunc potest Papa eius iurisdictionem occupare, & delegato suo com-

t mittere, vt hîc, vt in eo in quo deliquit puniatur. † & quia priuilegiū meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, vt in communibus iuribus, & in hoc casu procedat opinio Hostien.

¶ TERTIO opponitur, quia videtur quòd cùm spoliatio sit auctoritate iudicis, restitutio non sit danda. vt. ff. de acquirē posse. l. iustè possidet. Cynus. C. vnde vi. l. meminerint. in prima. quæst. respondet quòd lex iustè. intelligitur de auctoritate legitima interposita, & non aliâs, vt etiam notatur in l. illa iustè. & facit. C. si per vim vel alio modo. l. fina. &. C. de appella. l. nominationes. cum similibus. & an ingrediens possessionem de mandato iudicis incidat in pœnam dictę. l. meminerint. vide ibi Cynum in ij. quæsti. inter principem, & inferiorē iudicem super hoc distinguentem, & illam quæstionē discutientem, an iudex mittendo in possessionem posset dare licentiam per se intrandi, saluo quòd rescriptū principis quo ad hoc si esset impetratiuum de facili posset de surreptiōe notari secundum Collecta. allegat de rescriptis. cęterum. & cap. quia non nulli. non sic, si motu proprio fuisset cōcessum, propter notata s. eod. audita. secundum eum. Subdit Ioan. nouæ. vij. quæstio. prima præsentium quòd contra iudicem non datur restitutio. quòd intelligit Archidia. cum iudex procedit seruato ordine iuris, vel vbi est dubium, an iustè vel iniustè processerit, propter quòd credit nō habere locum indistinctè quòd hîc dicitur, maximè vbi iudex procedit iudicialiter. nā tunc siue iustè siue iniustè procedat, dummodo parte vocata valet, nisi appelletur. Sic intelligit quę scripsit Hostien. in summa eod. titu. § quando. vbi dicit, quòd si procedit iudex non seruato ordine iuris, incontinenti fit restitutio, etiam si incontinenti offerantur paratæ probationes. ij. quæsti. vj. argumenta ij. quæstio. prima. notum. vij quæstio. prima præsentiū. de in integr. resti. cùm venissent & hęc sententia secundum eum
2 probatur. lxxiiij. distin. quorundā. vbi colligitur, † quòd iniustè spoliatus à iudice non restituitur, donec cognitum fuerit, an iniustè fuerit spoliatus secundum Archidiaco ibi argum. vij. quæstio prima. præsentium secundum Butriga in quęst: vj. hoc quippe. vbi de hoc per eundem. Plus dicit Collectari. quòd si subditus prælato præsente, & non contradicente spolietur cōtra pręlatū possessorio poterit agere. inducit de sente. excommuni. capitu. quantæ & fac. eod titu. dilecto. lib. vj melius facit secundum eum, quòd le. & notatur. ij. quæstio prima notum. Nec obsta. si dicas, quòd hoc non fuit factum nomine prçlati, quia imo videtur fuisse, cum ex consensu obligetur, vt prædict. capitu. quantę. aliàs enim non obligaretur. de senten. excommuni cum quis. sed hoc nil credo falsius cum hîc cessent principia possessorij, cum per hoc prçlatus nec spoliauerit, nec spoliari mandauerit, nec spoliationem nomine suo factam ratam habuerit. ꝫ. e. cum ad sedem. maximè cum ad prælatum non pertineat contra regulam Apostoli nō percussorem, violentiam alicui inferre, seu in aliquem violentas manus iniicere, nec obst. capim. quantę. quia ponit casum nouē, & loquitur de superiore valente deffendere, & hoc obmittente facere per dolum. Primum ponit Bernardus Secūdum ponunt Innocen. & Hosti. & Nouella. Sed & si confiterer quòd sententiam excommunicatōnis incurreret, hoc tamen dicerē inductum per positiuam constitutionem specialem, nec ex hoc faterer competere restitutorium propter hoc, quòd tunc cessant eius principia, nec fortè multum temerarium esset dicere, quòd ibi non loquatur de sententia lata, sed de sententia propter dolum commissum adhuc ferēda. ad id autem quòd notatur in prædicto capitulo notum. in glo. hoc ideo dicit. respondebitur. ꝫ. eod. cum ad sedem.

¶ Collectarius nescio qua occasione ductus intrat hîc materiā. l. si quis in tantū. C. vnde vi. & quęrit de not. ibi per Cynū in quarta. quæsti. nunquid habet locum in infante, & in quarta, nūquid in patre. de quo etiā in. q. sequēti, & in alia sequēti, quid de Abbate, & prælato. & in prima secūda & tertia. quid de fœmina, de furioso, & prodigo. Itē in § sed pone iuxta hoc quid de vniuersitate vel collegio. cuius dicta in parte recitat

Collecta

Collectarius. sed ibi videas. alibi dixit. & Cyn. reffert Collecta
rius quòd vniuersitas accusare potest, recitatq; verba eius, quę
habes. C. qui accusare non poss. l. si cautiones. in. iij. quæstio.
¶ Sed contrarium finaliter ibi decidit Cyn. vide glo. vij. quę
stio. prima. sicut. xij. quæsto. secunda. Episcopus. & Archidia
conus in prædicto capitu. sicut. & in. §. caueant. de senten. ex-
communica Romana. libro sexto. ipse verò Collectarius cre
dit quod vniuersitas accusari nõ possit criminaliter, & dicit Ber
nardum & Innocen. in hoc remanere. de symo. dilectus. licet
de senten. excommunicat. grauem. à contrario sensu videatur
sentire contrariũ. Argumento enim à contrario stari non de
bet, cum alibi clarè notet contrarium, scilicet in capitu. dile-
ctus. In capitu. verò grauem. dicit finaliter aliquos dicere, &
non malè, quòd nõ potest accusari, quia causam criminalem
ducit per procuratorem de iura. calunni. capitu. primo. sed
ciuiliter bene. vide Cardina. vbi supra. & de constitu. capitu.
primo in principio. Et qualiter vniuersitate punita, possunt
puniri singulares, vide Cardinal. & Nouellam de pœnis fœli-
cis. lib. sexto. & qualiter collegium, & conuentus sunt idem,
3 vide Cardi. in prædicto capitu. Romana. † Subdit monachũ
conueniri posse interdicto, vt restituat aliena. secundum Ar-
chidiaco. xj. quæstion. prima. de persona. super quo vide Col
4 lectari. de iudic. intelleximus. † Verum alia die fuit decisum
in consilijs Rotę, monachum pro quocũq; crimine per eum
perpetrato ad pecuniariam ciuiliter conueniri non posse, pro
eo quòd proprium nec habere, nec debere potest. ipse etiam
Collectarius laxando hîc in principio. dixit subdito Episco
pi quòd contra Episcopum non dari interdictum, sed actio-
nem in factum, vel iudicis officium. remittens ad notata sua
de iudici. cæterum. vbi Innocẽ. circa hoc videtur varius, sicut
dicimus de vassallo contra dominum & de naturali filio cõ-
tra patrem. posteà ponit ea quæ habes in Cyno. in prædicta. l.
si quis in tantam. vbi quærit, qualiter dicta constitutio com
petat filio contra patrem. Subdit, quòd sicut filius non agit
interdicto criminaliter contra patrem. ij. quæstio. prima. pro
hibentur. cum collectis eius. de ijs qui me. cau. cùm dilecti. sic
nec clericus cõtra Episcopum, qui loco patris est. & licet Ab
bas dicat Episcopum & Abbatem teneri illa constitutione
in quantum ad eos peruenit, & non aliter, hoc ipse intellexit
non per interdictum, sed aliâs, vt supra. plus dicit quòd cleri-
ricus primo necesse habet veniam implorare sicut filius. ff. de
iureiur. l. nec generaliter. notat Archidiaco. xj. quæstio. pri-
ma. si clericus. & idem dicit de monacho ad Abbatem. indu-
cens collecta sua de serui. ordina. capitu. de famulis.

¶ Henricus cum quæritur vtrum spoliatus à iudice rebus,
vel beneficio, debeat ante omnia restitui. Distinguit ex nota-
tis in Speculo de petitorio & possessorio. §. finali. versu. & vt
hic articulus. & per Hostien. in summa. eod. titu. § quando sa
cienda. sed ad loca prædicta te remitto. De spoliatione autem
facta ab alio remittit ad notata sua de ordine cogniti. capit.
fina. & de institu. cùm venissent. qualiter autem vocatus ab
Episcopo teneatur ostendere titulum, remittit Nouella. ad
not. de reg. iur. cap. primo. libro sext. & qualiter etiam habet
docere dum agit restitutorio. dixi in clementi. causa. quæsti.
5 vltima. ꝟ. titu. primo. † Item notant hîc Io. & Abbas nõ præ
sumi pro ijs quæ per superiorem fiunt extra iudicium: quia
Papa mãdat prius restitutui spoliatum sed hoc est ideò, quia
spoliatio de natura sua non debet esse extraiudicialis, sed iudi
cialis. & secundum hoc intellige quòd notat Ioan. vij. quæsti.
prima præsentium. in principio summę. Item notat Hostien.
spoliationem sonare in vitium. sed quandoq; contra de renũ
ciat. quòd in dubijs. de pact. cùm clerici. de ætate & qualitate
cum bonæ. in fine. de cleri. non residenti. ex tuæ. & capitu. fina
li de magi. quanto. in fine. de collusi. audiuimus. de crimine.
fal. ad falsariorum. de clerici. ex fraternitati. & capitulo sequẽ-
ti. ¶ Item exponit Hostien. *manifesta*. id est notoria. eo quod
ex illa ferri potest sententia. nec enim crederetur Episcopo
de causa, nisi aliter fidem de ipsa faceret. vj. quæstio secunda. si
tantum. & capitu. placuit. sed vltra hanc notorietatem duo
alia requiruntur, videlicet, quòd causa ipsa sit rationabilis, &
quòd ordo iuris sit seruatus, vt etiam satis probatur hic. nec
ob. ad literam de ætate & qualitate. cum bonæ. vt ibi soluitur
Item notat Hostien. quòd quem teneor deffendere, non de-
beo impugnare. simile de natis ex libero ventre. capitu. vnic.
vbi de hoc. Item notant quidam in verbo, *proponere*. rescriptũ
extendi ad futura. sed malè. vt supra. de rescriptis. capitu. final.
ideò exponit Innocentius proponere, scili. et super præteritis
excessibus, vel causis, quia super futuris non liceret. vt prædi-
cto capitu. fina. secundum eum. Item notat Tancredus in ver
bo, *delegato*. in curia posse impetrari rescriptum etiã per reum
originalem. Simile. ꝟ. de appellationi. capi. primo. dicit enim
quòd datus fuit iste delegatus ad petitionem clerici, qui facta
restitutione super principali reus est secundum Hostiẽ. Item
notat Hostien. in verbo. *responsalem*. esse in oppositione haben
tis respondere venire, vel respõsalem mittere. de iuramento
calun. capitu. finali.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Maritus vxore spoliatus non restituitur quin prius, & copulam, & matrimonium probet.*

¶ *CAP. VIII.*



EX transmissa. Hæc decreta. vult quòd viro petenti restitutionem mulieris tria sint necessaria. videlicet probare desponsationem, & probare copulam. & cauere de impunitate mulieris, & quòd nec tunc esset restitutio facienda si constaret de nimia seuitia viri.

¶ Quæritur hîc qualiter agebatur petitorio videlicet, vel pos
sessorio. Innoc. recitat opiniones. dicunt enim quidam indu-
centes notata. ꝟ. eod. ex parte. & tex. hic, cum dicit legitimè.
Alij dicũt quòd imo hîc possessorio agebatur. & quòd nihilo
minus speciale est in hoc possessorio, quòd nõ fiat restitutio
nisi probentur legitima desponsatio per verba de pręsenti, &
copula. Et est ratio specialitatis, secundum aliquos, quoad co
pulam, quia si restitueretur non cognita, periculũ esset ne cor
rumperetur à viro. argumen. ꝟ. de sponsal. capitu. consultatio
nem. aliâs autem statim ex quo spoliatio probata esset, sub-
audi & despõsatio statim fieret restitutio, nisi obijceretur gra
dus diuina lege prohibitus. ꝟ. eod. literas. imo prædictis duo-
bus probatis, licet obijciatur consanguineitas non impedi-
tur restitutio. ꝟ. eodem ex conquestione. supra de officio. de-
lega. causam. Vel dic secundum Innocentium quòd ex quo
petebat eam sibi tãquam vxorem restitui, oportet quòd pro
bet legitima sponsalia argumen. ff. de lib. homi. exhiben. l. pri
ma. & per id quòd nota. supra titu. primo. cùm super. Nouel
la verò dicit tu dic vt glo. Glosa verò tenet quod hîc possessorio
1 agebatur, & ꝟ quod ideò est necessaria probatio copulę, quia ali
ter non potest haberi possessio in vxore. ac etiam matrimo-
nium, quia aliter in libera persona seruitus acquiri nõ potest,
& sic causam proprietatis continet. dicetur. ꝟ eodem. ex con-
questione. & capitulo ex parte. & sic habes hîc casum in quo
spoliato restitutio denegatur alios casus notat Ioannes in
quæstione prima. quorum & Vincen. supra. capitu. proximo.
& Goffred. hic, & Bernardus vt lite non contesta. capitu pri
mo. in quarta glo. & super illa in Nouella, & per Hostiensem
ꝟ. capitu. secundo. & plenè in Speculo de petitorio & posses
sorio. §. finali. per totum, vbi inuenies de hoc versus, quos po
nebant hic Petrus & Abbas.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Corpore possessionem non parari.*
2 *Ecclesia sine corpore acquirit.*
3 *Possessio an animo perdatur.*

4 *Pensionis obligatio sine constituentis consensu introduci non potest.*
5 *Vtrum & quando religiosus restitui possit.*
6 *Religiosus Apostata neq; restitutionem petere, neq; restitui debet.*
7 *Religiosum existentem in scholis Abbatis & conuentus consensu restitui potest.*
8 *Monachum neq; ex crimine, neque ex causa ciuili falsam pecuniaria conueniri posse.*
9 *Monachus nõ habet personam standi in iudicio, nec obligari potest, nec litem contestari, vel condemnari.*

¶ CAP. IX.



CVm venisset. Aduerte, intellectus huius decret. subtilis est, & iudicio meo nõ perfecte explanatus per scribentes, & hoc dicit in summa secundũ Nouellam; Si is qui per alium possidet, illo mortuo possessionem ingressus expellitur, restitutionem per interdictum petere poterit, & licet iste casus sit verus in se, tamẽ non explicat cõclusionem notabiliorem capituli, quoad materiam de qua in oppositionibus apparebit.

¶ PRIMO opponitur ergo de capitulo pastoralis. ĩ. de priuile. vbi dicitur, quòd si Papa concessit religiosis, vt ecclesias suas in proprios vsus possint committere decedentibus personis earum, non licet eis auctoritate propria absq; Episcopi licentia illarum possessionem intrare, Respondet Innocen. quòd ibi loquitur de possessione nũquam habita, quam non licet propria auctoritate intrare, hîc autẽ de possessione iam habita. quia hîc religiosi iam ecclesię possessionem habuerant per clericum. qui eorum nomine possidebat. Prætereà secundum Abbatem ibi loquitur de priuilegio Papæ, qui non intẽdit facere diœcesano præiudicium. hîc verò loquitur de priuilegio ipsius diœcesani, quod largè interpretandum est contra eum. vnde aliud est nunquam habuisse auctoritatem dyœcesani, vt ibi. & aliud est à principio habuisse, vt hîc secũdum Hostien. quæ omnia simul coniuncta vnam bonam solutionem operantur.

¶ SECVNDO opponitur, quia videtur quòd repugnat iuri id quod proximè dictum est, videlicet quòd isti religio
1 si per prius possessionem habuerũt, † nam absq; corpore possessio non acquiritur. vt. ff. de acquirend. possess. l. quemadmo
2 dum. Soluunt quidam, † quòd ecclesia bene sine corpore acquirit, ex sola donatione absq; alia traditione. vt. C. de sacrosanct. ecclesi. l. vltima. sed ipsi maledicunt, quia licet sit priuilegiata in acquisitione dominij per prædict. allegatam. l. vltimam. non est tamen priuilegiata in acquisitione possessionis pro eo quòd possessio quoad suam introductiõem facti est, & requirit apprehensionem corporalem, vt notat glo. in prædict. l. vltima. in fine super verbo in rem. quam approbãt doctores in Cyn. sic etiam notat Specu. de locato § nunc aliqua. versi. lvij. & recitat Nouella de consue. capit. vltimo super vltima glo. quòd priuilegium dictæ l. in rei vendicatione inductum, non trahitur ad publicianam. vnde Innocen. aliter soluit, dicens quòd hic interuenit corpus, in possessiõis acquisitione, & si non canonicorum, tamen clerici eorum nomine possidentis. Dicit tamen Innocen. quòd ad tollendum omne dubium quæstionis si sit sine quæstione facere voluisset. de
3 buisset clericus à se primam possessionem abijcere, † quia solo animo abijcitur, & amittitur. C. de acquiren. posse. l. licet. & constituere se, & per consequens incipere nomine canonicorum possidere. hoc enim modo omnino. i. absq; dubio canonici, & non ipse ecclesiam possident. vel dic secũdum eum, quòd hoc est in ecclesia speciale, quòd ex quo aliquid recipit nomine possessionis, quòd possessionem acquirit, vt supra de consue. capit. secundo. sed illud magis facit contra quòd pro eo, quòd textus ibi supponit consuetudinem necessariam fore, quòd hîc præsupponere esset nimium diuinare. Aliam solutionem ponit Bernardus in glo. secunda. post principium, & supponit solutio Bernardi quòd iste clericus concensit cõcessioni Archiepiscopi, & se spontè constituit nomine religiosorum possidere sub præstatione annuæ pensionis, & iste casus si verus esset videretur clarus, & satis videtur literæ applaudere in eo quòd dicit in fine clericum nomine religiosorum possidere, & ad hoc redibo posteà.

¶ TERTIO de concess. præbend. & aliâs vt in prima glo. Glosa ponit tres solutiões. Prima est, quòd ibi loquitur in donatione facta singulari personę de beneficio viuentis, quæ non valet. hîc verò loquitur in donatione facta collegio. sed ista solutio est superficialis, quia etiam in fauorẽ collegij non potuisset Archiepiscopus clericum inuitum priuare iure suo sine causa. l vj. distin. satis peruersum. ĩ. de locato capi. vestra. & de regu. iur. sine culpa. libro sexto. Secunda solutio habet, quòd donatio facta fuit sine præiudicio possidentis, & ideò non fuit necessarius consensus clerici. argumen. eius quòd legitur & notatur in clementi. si vna. de rebus ecclesiast. non alien. Sed ista solutio literæ aduersatur, quòd clericus nomine proprio possidens absq; onere pensionis constituitur nomine religiosorum amodo possidere. & cum onere pensionis quis autem diceret hoc sine præiudicio clerici posse procedere? existimo quòd nullus. Tertia solutio habet quòd in cõtrario inhibetur collatio fienda in titulum, non autem in proprietate. hîc verò datur tanquam proprietas. sed adhuc viget præiudicium clerici, de quo supra dicam posteà.

¶ QVARTO opponitur de capitulo prohibemus. ĩ. de censi. vbi Lateranẽ concilium inhibet cum decreto, ne noui census ecclesijs imponantur, quomodo ergo potuit Archiepiscopus istum clericum onerare nouo censu. Goffredus soluit, quòd prius ista pensio Archiepiscopo soluebatur, & sic non soluetur nouus census. sed non videtur bona ista solutio, eo quòd hęc solutio census non sit possessiõis translationem quoad ecclesiam, sed solum quoad pensionem de clerico in monasterium designaret. Prætereà secundum Hostien. hæc solutio literę aduersatur. nam verbum auctoritate, positum in textu nouam impositionem demonstrat. vnde dicit Hostiensis quòd decretalis contraria loquitur de impositione noui census absq; causa rationabili, & pia facta sine authoritate Episcopi. nam impositio quæ ex causa pia & rationabili fieret auctoritate Episcopi, est permissa. vt. ĩ. de censi. significauit. hîc autem fuit facta impositio census auctoritate Archiepiscopi, vt text⁹ hîc dicit, ac etiam ex causa rationabili, & pia, videlicet vt indigentiæ religiosorum prouideretur. magna enim est pietas atq; ratio, quæ pro religione facit. ff. de religi. & sumptu funer. sunt personę.

¶ QVINTO opponitur, quia videtur quòd absq; cõsensu capituli sui Archiepiscopus nõ poterit istam ecclesiam donare religiosis. vt. ĩ. de ijs quæ fiunt à præla. cap. tua. Respondet Nouella supplendum quòd interuenit consensus capituli sui. Dicit tamen quòd potuit fieri hæc donatio, etiam vocato rectore, qui erat. vel si vacabat ecclesia, non deputato legitimo deffensore, vt in prædict. clementi. si vna. dummodo nõ suæ mensæ sit, nec sui capituli, vt ibi. sed istud est diuinare, nec est necessaria talis suppletio in huiusmodi possessorio restitutorio, licet fortè bona esset, si petitorio ageretur nam si de voluntate Archiepiscopi monasterium possessionem habuit siue cũ consensu, siue sine cõsensu sui capituli nõ pôt à modo Archiepiscopus dicere se fuisse per religiosos spoliatum, qui se ipsum voluntariè spoliauit, nec per consequens agere potest restitutorio. ĩ. eod. accepta. de fili. præsby. veniens. de cleri. coniug. diuersis. de insti. cùm conuenissent. de ijs quę fi. à maiori parte cap. ex ore. cum similibus.

¶ Quærit finaliter, qualiter intelligitur ista decretalis. circa quod examinãda sunt tria. Primo, quis fuit status ecclesiæ de qua agit. Secũdo, quid facit Archiepiscopus. Tertio, quid fecit clericus, qui ipsam ecclesiam tenebat. Ex quibus de plano patebit intellectus ipsius decretalis. ¶ Quoad primum, dicũt quidam quòd ecclesia ista non tenebatur per clericum in titulũ, seu in beneficium. sed potius per Archiepiscopum in proprietatem, & ad vtilitatẽ mensæ suę, & quod clericus erat cõductitius

Archie

Archiepiſcopi,& nomine Archiepiſcopi eccleſiam poſside-
batad annuam penſionem. ſed hanc opinionem non credo
de iure veram. Et primo,quia diuinat. Secundo quia gloſis,&
doctoribus aduerſatur. Tertio quia aduerſatur textui.in ver.
ita quod.in principio. vbi patet, quòd Archiepiſcopus volens
clerico prouidere,noluit q vita illius comite fructus eccleſiæ
vſibus monaſterij proficerent.& ſic patet.q clericus in eccle-
ſia ius habeat,& ſic videntur ſapere omnes gloſatores.
¶ Dic ergo quòd clericus eccleſiã tenebat in titulum, ſeu be
neficium, & ſic rectè procedit prima glo. Bernardi, & in eo
quod opponit de.cap.primo de conceſ.præbend. Quoad ſe
cundum breuiter dico,q Archiepiſcopus quatuor fecit. Pri-
mum eſt,quia eccleſiam religioſis quantum in ſe fuit conceſ-
ſit.patet in textu videlicet,quoad proprietatem, & ſic proce-
dit finis primę gloſæ.patet quia nõ quoad titulum,ſeu in be-
neficium cum illud ſit ius perſonale, non reale, & tamen iſta
cõceſsio realis fuit,& nõ perſonalis. Secũdo etiam quantum
in ſe fuit eccleſię poſſeſsionem in religioſos tranſtulit patet,
quia vt clericus religioſorum nomine poſsideret, & vt reli-
gioſi per clericum poſsidereot.ipſe Archiepiſcopus ſtatuit q
in ſignum huius clericus religioſis annuam ſolueret penſionẽ,
vt hic patet in medio,& in fine huius decret. Tertio prouidit
clerico,vt in recõpẽſationẽ iuris,quòd in eccleſia habeat tẽpo
re conceſsiõis,ius percipiẽdi fructus eiuſdẽ eccleſię eidẽ eccle
ſię,ſeruiẽdo,donec viueret ad eũ pertineret, q ſonat textus in
verſu ita quòd.ibi:*poſt deceſſum*,&c. Quarto prouidit mona-
ſterio,nam,vt ex tunc ipſi monaſterio incorporaretur eccle
ſia,& vt monaſterium ex tũc eccleſiam poſsideret ordinauit
quòd clericus eccleſiam nomine monaſterij poſsideret, & in
ſignum huius ſtatuit quòd clericus religioſis ſolueret annuã
penſionem.iuxta.cap.ij.ĩ.de cenſi.& quòd fructus eccleſię ex
tunc ad religioſos pertinentes pro prędicta perciperet annua
penſione,vt patet in fine decretalis. Quoad tertium,dico pri-
mò, quòd clericus conſentit conceſsioni, & ordinationi Ar
chiepiſcopi quoad quatuor ſupradicta,& maximè quoad ſe
cundum & quartum,quæ præiudiciũ eius tangunt patet,quia
abſq; eius conſenſu illa Archiepiſcopus facere nequiuiſſet. nã
per prædicta Archiepiſcopus clerico titulum,& poſſeſsionẽ
eccleſiæ aufferebat,& eccleſiæ poſſeſsionem religioſis poſside
bat, quòd fieri non poterat abſq; conſenſo clerici, qui ijs ſine
cauſa non poterat priuari inuitus. vt.c. ſatis peruerſum. &.c.
veſtra.&.cap.ſine culpa.allegatis.cum concordanti. Præterea
tex.noſter.interpretatiuè reſpõdendo dicit,quòd clericus re-
ligioſorum nomine poſsidere incipit,igitur conſentit. patet
conſequẽtia,quia nec poſſeſsionem ſuam perdere, nec ex cor
pore proprio poſſeſsionẽ religioſis acquirere potuit ſiue pro
prio ipſius animo,& conſenſu. C. de acquiren. poſ.l.licet.&.e.
titu.l.iij.§.in amittenda.&.l.quemadmodum. & patet etiam,
4 † quòd obligatio penſionis ſine eius conſenſu non potuit in
troduci.ff.de act.& oblig.l.obligationum ſubſtantia.in fine.
Si autem conſentit ſuę propriæ amiſsioni,& illius in religio-
ſos tranſlationi,ac penſionis religioſis per ſe fiendæ obligatio
ni,& præſtationi iure conuincitur,quòd per hoc conſenſiſſe
videtur toti Archiepiſcopi ordinationi, & de eccleſia per
Archiepiſcopum factę conceſsioni. nam in habentibus ne-
ceſſariam conſequentiam ordinis in conſequente conſentiẽs,
eo ipſo conuincitur in antecedente conſentire.ff. de acquirẽ.
hęred.l.illud.C. de neceſſ.ſeru.hęre.inſtitu.l.penulti. Ex quo
ſequitur quædam beneficij tacitè inducta vacatio,& ſic nulli
ipſius clerici peremptio,ac libere poteſtatis Archiepiſcopi ad
faciendum dictam conceſsionẽ apertio.vt.ĩ.de regular. cap.
beneficium.li.vj.quòd dico procedere etiam ſi conſenſus cle
rici conceſsionẽ ſequatur Archiepiſcopi,dummodo inconti
nenti,eo quòd iſta formam non habent.ff.ſi cert.pet.l.lecta.§.
dicebam.C.de pact.l. petens & in clemen.vnic.in fi.ĩ.de con
ceſ.præpen.ex quibus patet veritas circa oppoſitiones primò
factas,cuius proſequutiõem ſtudioſo relinquo.
5 ¶ Quærit hic Hericus,† vtrum,& quando religioſus poſsit
6 petere reſtitui.& circa hoc diſtinguit,† quia aut eſt apoſtata,
vt probatur.ĩ.ne cleri.vel mona.cap.vt periculoſa.lib.vj.&
notat Archidiaco.xxiij.diſtin.cap.ſi quis ex clericis.&.xviij.
quæſti.ij.ca. Abbates.glo.ſic clerici.ad finem. vel eſt aliâs ex-
communicatus,& tunc non poteſt petere reſtitutionem ob-
ſtante exceptione excommunicationis. vt notant Bernardus
& Hoſtien.ſ.de reſcriptis.cap.dilectus.& de offic.dele. pru-
dentiam.§.ſexta.& de procurato. ex inſinuatione, & Bartho.
Brixien.& Archid.xxiij.diſtin.in nomine domini.& Archi.
xiiij.quæſti.prima in ſumma.& in.cap. Abbates.allegato.&
ĩ.de exception.pia.lib.vj.& per ipſum Henricum plenius de
iudi.intelleximus.ſubaudi.ſi excipiatur.quia aliter teneret pro
ceſſus.vt notatur in prædi.capi.pia. Aut non eſt apoſtata, nec
aliâs excommunicatus.& tunc,aut habet adminiſtrationem,
& tunc poteſt reſtitui in ijs quæ ad adminiſtrationem perti-
nent.ſ.de iudi.cùm deputati.de ordine cognit capi.ij.cum ſi
milibus. Aut nõ habet adminiſtrationem,vel habet, ſed vult
petere reſtitutionem de alijs,quam de pertinentibus ad ſuam
7 adminiſtrationem,& tunc † aut eſt in ſcholis prout debet eſ
ſe,pota de voluntate,& licentia Abbatis,& cum conſilio con
uentus ſui,vel maioris partis eiuſdem.iuxta præd.cap.pericu
loſa.& tunc poteſt reſtitui.vt.ff.de iudi l.ſi longius. aut non
eſt, prout debet eſſe ſcilicet de licentia Abbatis ſui, & cũ cõſi-
lio ſui conuentus, vel maioris partis ipſius,& tunc non poteſt
petere reſtitui.ĩ.ne cleri.vel mona. capit. ſuper ſpecula. Aut
non eſt in ſcholis, & tunc, aut petit reſtitui ad clauſtrum, &
tunc auditur.vt.xvj.quæſtio.prima.ſi cupis.&. capi. placuit.
ij.& ſic poteſt intelligi.ſ.de reſcript.cum dilecta.cum ibi no
tatũ per Hoſtien. & Nouellam, aut petit reſtitui ad alia quã
ad clauſtrum,& tunc aut vacante monaſterio,& tunc poteſt
vt prædi.cap.cùm dilecta.in fine.vbi hoc notat Bernard aut
nõ vacante,& tũc ſecus, niſi hoc petatur de mandato Abba-
tis,ſeu ſuperioris,vt hîc. Vel ex alia iuſta cauſa.vt.ĩ. de accuſ.
ex parte.remittit ad notata de hac materia.ĩ.de accuſa.ex par
te.& per Innocen.qui cleric.vel vouen.capitu. inſinuante. &
per.e.de priuile.cum olim.ij.in glo. & malè. & in Specul. de
actore.§.primo.ver.ſed quid ſi ſpoliatus.& verſu.ſi tamẽ mo
nachus.de quò etiam ſcripſi poſt Paulum.ſ.e.ti.cap.in literis.
circa articulum ſecundum.§.Paulus autem.verſu.quærit circa
hoc Paulus.& vtrobiq; dedi remiſsiones,& promiſi dicere.ĩ.
de accuſa.ex parte. vel in cap pe.eod.titu.ſed hodie quærеba-
8 tur in Rota,† vtrum monachus ex crimine,& ad pecuniariã
pœnam poſſet ciuiliter conueniri.& prout aliâs dictum fue-
rat,ita fuit hodie concluſum,quòd nõ,maximè directa actio
9 ne,& ad finem directę codennationis:† quia ijs modis mo
nachus nõ habet perſonã ſtãdi in iudicio nec poteſt obligari,
nec per conſequens litem conteſtari, vel etiam condennari,
cùm vtrobiq; perſonalis obligatio contrahatur.ff.de pecul.l.
iij.§.idem ſcribit.C.de iureiur.l.actori. Inducebantur notata
Io.xij.q.ij. non dicat. & Archidia.ibidem,& Specul.de ſta
monac.in principio per totam primam columnam. & nota.
glo.& Cynus.C.de Epiſco.& cleri authenti.cauſa. quæ fit cũ
monacho. vbi vide plene in Cyno in prima & ſecunda quæ-
ſtionibus.inducebantur etiam notata in Spec.titu.de reo.ver.
ſi autem monachus.& ſequenti.& nota per Innocen.ĩ.de pri
uilegijs.cùm olim.ij. De habente verò adminiſtrationẽ quo-
ad directam actionem,& directam condennationem, idem
dixerunt omnes,præter duos,eo quòd proprio nomine con
ſiderato remanet monachus,& ſic eo reſpectu de ipſo ſicut de
ſimplici monacho iudicandum eſt,de quo ſupra proximè di
ctum eſt. Reſpectu autem adminiſtrationis certũ eſt agi non
poſſe directè,quia ex delicto adminiſtatoris nõ tenetur.ĩ. de
regulis iuris.capitu delictum.libro ſexto.& quòd ſcripſit Ar
chidiaco.de reſcript.ſtatutum.§.acceſſorem.libro ſexto. Ve-
rum dixi,& fuit acceptũ dominis,quòd aduerſus Abbatẽ ſuũ
poſſet Epiſcopi officiũ implorari, vt de adminiſtratione, vel
portatione monachi pinguiori ſubſtraheret,& in emẽdatio-
nem delicti pro monacho daret, & monachũ ad pœnitentiã
ſtrictius viuere faceret. inducebam quòd habetur de appell.
reprehenſibilis.vbi de hoc per Innocen.& de fideiuſſo.capit.

peruenit.& quòd notant Innocen.& Hostien. & Nouella de symo. dilectus.& de accus.ex parte. sicut econtra agendo implorat monachus. vt prędict.l.penul § illo.videlicet.C.de necess.seruis.hęred. insti. Plus dicebam in minoribus delictis, de quibus potest Abbas monachum corrigere.iuxta lecta,& notata de offi. ordina.quanto.etiam in ijs Abbatis officium aduersus monachum implorari posse ex identitate rationis. verum quia ista propriè hîc non cadunt dicam in. capitu. dilectus.&.cap.ex parte.&.cap.penul.allegatis.

¶ Collectarius hic primo tractat, ea quæ leguntur & notantur per Cynum in.l.nõ abs re.C.vode vi.quæ ibi videas.Item etiam tractat ea quę scripsit Nouella de offici.vica. cap.si.lib. sex.in verbo generalis.versi.& scias quæ ibi scripsi in.iiij.quæstio.ver.& scias.Item tractat qualiter solutio pensionis probat possessionem,inducens ad negatiuam de causa posse.capi. fina.& de fide instru.capit.inter.in fine. & finaliter velle videtur quòd regulariter vera est negatiua,vt in cõtrarijs. sed casualiter vera est affirmatiua, videlicet dum aliàs probatur dominiũ,& in translatiõe dominij fuit possessio assignata quia tunc præsumitur hoc fieri in signum traditę possessionis, maximè in fauorem ecclesiæ,vt hic.& in prædict.capit.ex literis & hoc dicit hic notari per Hostien.in verbo annuam.inducit de priuile.capit.accepimus.& prępict.c.inter.licet Inno.videtur notare contrariũ de trãsactiõibus .c. prętereà.secundũ eũ.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Quando cõmittitur petitorium, de eiusdem possessorio index cognoscit.*
2 *Iudicem ad instantiam rei, sicut & actoris, qui rescriptum impetrauit procedere debere.*
3 *Delegatus ante præsentationem literarum nullam habere iurisdictionem vulgare est.*
4 *Verba pura, de præsenti, dispositiuáq; à futura partis præsentatione dependere non debent.*
5 *Iudex vel executor donec nominatus vel electus fuerit, iudex vel executor censeri non debet.*
6 *Paria sunt non esse, & non apparere esse.*
7 *Rescriptum post præsentationem ambabus partibus commune esse Bellemeræ est.*
8 *Symbolisantes facile coalescere.*
9 *Impetrãs post rescripti præsentationẽ rescripto ipso renũciare non põt.*
10 *Res eadem diuerso iure censeri non debet.*
11 *Rescriptum à principis concessione, non à præsentatione vires sumit.*
12 *Reus absq; vlla petitione ab actoris impetitione absolui potest.*
13 *Sententiam ipsi libello lætiorem non debere esse.*
14 *Reus ex persona sua adiudicatoriam sententiam reportare non potest.*
15 *Suspecti ab accusatione matrimonij repelluntur.*
16 *Possessorium secundo loco positum si circa eandem rem versetur petitorio præiudicat.*
17 *Possessorium per modum actionis propositum actoris petitoriũ super eadem re suspendit.*
18 *Inconsulta vxoris dimissio restitutiõem inducit.*
19 *Inducta ad vnum effectum alterum non operari.*
20 *Secundum rescriptum primi reuocatorium, illius primi mentionem facere debere expressissimam iuris esse.*

¶ *CAP. X.*

EXconquestiõe. Opponitur primo in principio.§.j.ibi.*cum autem prius.*nam hîc habes duo notanda secundũ Inno. Primũ est, q̃ si marito intẽtante in causa matrimoniali petitoriũ litis contestatio facta est,& mulier posteà petat restitutionẽ. sola restitutionis petitio procedet.sic.s̃.ti.j.c.pastoralis.Secũdum est, q̃ si maritus impetrat literas super petitorio, vxor potest agere possessorio. opponitur ergo, quia hæc videntur valde mirabilia. maximè quia in modũ reconuẽtionis hæc non possunt fieri eo q̃ maritus nõ admittetur ad agendũ in petitorio, nisi prius expedita sit q̃õ spoliatiõis.vt notatur.s̃.tit.j.c.ij.inducit Nouella opinionẽ quã tenuit demutu.peti.cap.j.videlicet post litẽ contestatã non fieri recõuentionẽ.ac.lec.& no.de offic.dele.c.P.& G. & de rescript.c.fina.soluit Innocẽ.dicens quòd hoc euenit ea ratione,quia connexę sunt hęc causę,videlicet possessionis & proprietatis,& ideò licet quęstio mulieris in litera nõ sit expressa tamẽ ratiõe cõnexitatis includitur.hęc
1 enĩ regula in iure est videlicet,† q̃ quando cõmittitur petitoriũ iudex cognoscit de possessorio eiusdẽ rei.s̃.ti.j.c.ij.ĩ.de sequestrat.pos. c.j.no.Io.ij.q.ij.c.j.& Bernardus.s̃ de ordi. cogni.c.ij.& in hoc cõcordant cõiter omnes secundum Martinum.vel melius secũdũ Inno.dici potest, q̃ generaliter hoc obtinet,q̃ non solũ is qui literas impetrauit sed etiã ille cõtra quẽ impetratę sunt literæ põt petere, q̃ ꝓcedatur per illas super contentis in eis tacitè vel expressè. quòd sic probat, quia iudex super ꝑsonas & res in rescripto cõtẽtas iurisdictionẽ habet.vt.s̃.de rescrip.cap.pastoralis.§.fi.Item quia iudicium fertur in inuitũ.ff.de verbo.obl.l.inter stipulantẽ.§.j.Item quia non dubitat ęqua iustitia,quin iudex pro vtraq; parte debeat esse cõmunis.C.de falsi.l.vbi ff.de offi.præsi.l.obseruandũ.ĩ. de re.iudi.c.cùm ęteroi.li.vj.Item quia non debet licere acto
2 ri,&c.ĩ.de regu.iur.non debet.li.vj † Ex quibus cõcluditur iudicem debere procedere ad instantiam rei,sicut & ad instãtiam actoris,qui rescriptum inpetrauit.

¶ Horum occasione moueo hic tres quæstiones principales, & quęro primo,nunquid ante præsentationẽ literarũ delegatus aliquã habeat iurisdictionẽ.Aduerte, quia refert Innocẽ. quosdã dicere, q̃ iudex delegatus nullã habeat iurisdictionẽ anteq̃ literę suę delegationis sibi fuerint pręsentatę argu.ĩ.de appella. vt debitus.& cap.super eo.ij.Dicunt enĩ ante præsentationẽ literas esse impetrãtis,& in sua optiõe esse *literas præsentare*, vel non præsentare, vel etiam eas lacerare. *Refert* tamen alios dicere q̃ cũ literę sint cõmunes,& vtriusq; partis intersit, iudex potest impetrantẽ ipsas cogere ad eas exhibendas arg. ff.ad exhiben.l.iij.§.j.&.secundo.& in eo q̃ legitur & notatur de probat.c.j.& de fide instru.c.accepimus.

3 ¶ Hostiẽ.autem approbat primã opinionẽ videlicet,† q̃ ante præsentationẽ literarũ iudex delegatus non habeat iurisdictionẽ.per præd.decre.super eo.probat quia virtute clausulæ generalis vel obscurę, ante declarationẽ iurisdictionẽ non habet.s̃.de rescript.pastoralis.in fi.& sic nullum dubiũ quin cũ quæstio mulieris de qua hîc loquimur in litera non sit expressa,iudices non possunt procedere donec exprimatur,sed nec posteà donec emaneat citatio ad petitionẽ impetrantis,vt hîc fuit.Item probat,quia videtur q̃ impetrans posset permittere re integra,cum aduersarij non intersit.vt.ff.de interrogato. actio.l.de etate.§.finali.cum cõcordantijs ad hoc.s̃.de app.c. cùm cessante.&.C.vt nemo inuitus agere,&c.in rubro & in nigro. Ad opposita respondet dicens,q̃ licet iudex iurisdictionẽ habeat ex quo habuerit literas,illam tamẽ nõ exercet, ante citationẽ quæ est fundamẽtũ,& principiũ exercitij,de off. dele.gratum. ad quã nõ potest proredere ad instantiam inuito actore, eo q̃ in actoris fauorem literę concessę fuerit. ar. C.de legi.l.q̃ fauore.nec obstat quòd dictũ est, iudiciũ reddi in inuitũ,& iudicẽ esse cõmunẽ.qui a hoc locũ habet, ex quo iudiciũ fundatum est & in iudice qui habet exercitiũ cũ principio exercitij.nã in optione actoris impetrantis est, vt si vult vtatur litera suis laboribus,& expensis impetrata, si vult abstineat, re integra, nã hoc posset etiã dato libello ante recõuẽtionẽ satisfacto aduersario de expensis, & interesse. C. quomodo & quãdo iudex.authẽ.qui semel.igitur fortius ante citationẽ. nec enĩ cogi debet de suo facere beneficiũ.x.q.ij.pręcario.nec labores, vel expẽsas suas cõicare, licet hoc facere possit si vult, & facit id tacitè quãdo facit citationẽ fieri sed non putat Hostiẽ. q̃ ante citationẽ literę possint dici cõmunes hoc saluo secundũ eũ,q̃ prędicta moderatè intelligi debẽt, videlicet cũ ad alicuius instantiã super re familiari sunt impetratæ Secus enĩ secundũ eum si cõcederẽtur super bono publico, licet aliquo instãte,& principaliter impetrante, vel si mãdetur fieri inquisitio de ecclesijs, vel personis.ĩ.de accusa.qualiter.j.&.ij.hoc enĩ casu posset iudex procedere ex quo literas recepisset, non solũ impetrãte desistẽte negotiũ ꝓsequi, sed etiã eo inuito vel renunciante, aut qualitercũq; contradicẽte.ar.s̃.de offi.dele.c.

quoni-

quoniam apostolica § is autem. & ĩ. de accus. licet. c. j. & .ij. & per totum. super quo vide Archidia. de procurato. c. is qui. li. vj. vbi Arhidia. tenet iudicem delegatum ante præsentationé rescipti nullam iurisdictióem habere.

¶ Collectarius verò dicit quòd cum Inno. sunt doctores iuris ciuilis, remittens ad collecta sua de procurat. c. mandato. circa medium. & ad id quòd legitur & notatur in clemé. cóstitutionem. da elect. super verbo nolle. & finaliter dicit se credere opinionem Innocen. veriorem probat, quia pars per suam præsentationé iudici iurisdictioné non confert, sed ipse princeps eam dedit. inducit notata Innocen. de testi. cùm venissent. ex quo infert quòd pars eam tollere non potest. argu. ĩ. de reg. iuri. cap. primo. & probatur secundũ eum intentio Innocen. vt videtur in clemen. causa. de cá. posse. & prop. per prçsentationem enim secundum eum non videtur dari, nisi potestas exequendi, seu exercitium. vt prædic. cap. pastoralis. in fine. sicut dicitur de confirmatione quæ vt notant doctores non tribuit ius electo, sed totũ ius consequitur ex electione principis id est ex ipsa cõmissióe iurisdictionem totam cõsequitur. nec obstat si dicas, quòd delegatus ante prçsentationem non potest vti rescripto quia non sequitur propter hoc quin habeat iurisdictionem. licet eam excerere non possit. vt in prædict. cap. pastoralis. Quòd enim literç sint communes notatur de rescrip eam te. & de probati. quoniam. & per Innocen. in prædict. cap. pastoralis. Ideò vt dixi. supra cogi potest impetrás altera parte instante ad eas exhibendũ. facit, quia interest partis eas videre cum non possit impetrare ex quo earum notitiam habuerit, nisi de eis faciat mentionem. de rescriptis. ca. cçterum. & facit optimè secundum eum. C. de diuer. rescripti. l. j. Verumtamẽ dicit Collectarius quòd aduersarius de re alia quàm in rescripto expressa impetrantem conuenire non posset, cum non sit commissa, nec reconuenire cum lis non fuerit contestata. de mutu. petit. ca. primo. nisi essent causæ quæ coram eodem iudice tractari deberent, vt hîc. Subdit tamen Guill. notasse in prçdicta clem. constitutionem. super verbo nolle. ꝙ licet is contra quem impetratũ est rescriptũ possit eo vti post prçsentationé, non tamen ante, & facit ad hoc ꝙ notat Inno. de priuil. cũ olim. circa finem vbi notat ꝙ ante præsentationẽ literarũ delegato factam nõ possunt ipsę literç probari per testes, secus post. & ad præmissorum maiorem declarationẽ quçrit Collectari⁹ pone, impetraui iudicẽ sed rescriptũ nõ habeo, quia forsan habet illud ꝓcurator agés in remotis, peto ꝙ iudex cui nundũ prçsentatũ est rescriptũ cõmittat. vel pone, impetraui executores super gratia mihi facta, audiens ꝙ vacat beneficiũ ad collationé meam, venio ad executorem dicens, quòd ipse est executor mihi datus super tali gratia, cuius literç sunt adhuc in curia, & requirens quòd mihi prouideat, ꝙ & facit literis suæ potestatis nundum receptis, nũquid valet cõmissio vel collatio? sequendo Inno. videtur ꝙ sic. sequẽdo Hosti. videtur contrariũ. Nec saltim sequẽdo Inno. viderẽtur talia extraiudicialia valere debere, licet nõ pro nũc, saltem pro tunc. s. qñ fiet fides ex quo non agitur de alio præiudicio. sicut dicitur de procõsulo, qui extra prouinciá sibi decretá cõmittit. & tamen est tunc priuatus, & valet non pro tunc, sed pro nũc. ff. de offi. procõs. l. obseruare. Adueniente enim veritate. &c. viij. di. veritate. facit quia cõmittere nõ est de processu notat Inno. de proba. quoniá. & Io. An. de offici. ordi. c. j. li. vj. Item facit quia is cui gratia signata est per Papam de beneficio vacc. vanteel vaccaturo etiam ante bullç receptionem acceptare potest, secundum quòd tenen curiales. Fatetur tamen iste, quòd ista dubia sunt, & declaratione egerent.

¶ Henricus autem circa sic distinguit, quia aut rescriptum est iudici præsentatum, & citatio inde sequuta, & tunc vera est opinio Hostien. argumen. ij. quæsti. vj. si quis libellos. & ita tenet Iess. in clemen. ĩ. de rescript. super verbo vexare. & in prçdicta clementi. constitutioné. super verbo nolenti. Aut rescriptum est iudici prçsentatum, sed tamen citatio non est inde sequuta, & tunc vera est opinio Innocen. s. quòd reus contra quem rescriptum impetratum est, potest petere quòd procedatur per illud. argument. prædi. capitu. pastoralis. in fine. & ita tenet Laudinus in prædict. clementi. ĩ. de rescript. saluo casu quem excepi post Hostien. ad fin. § s̃. proxime præcedentis. in versi. hoc saluo.

¶ Lignianus sequens verba Collectarij licet illum non nominet more suo reprobat Hostiẽ. in hoc quòd dicit delegatum ante præsentationem literarum iurisdictionem non habere quia actus partis cuiusmodi est præsentatio, non potest dare iurisdictionem per prius non habenn. C. de iurisdict. omni. iudic. l. priuatorum. s̃. de foro compe. capit. significasti.

4 ¶ Item quia verba principis cõmittentis quę sunt pura, & de præsenti, ac dispositiua non debent depẽdere à futura partis præsentatione. Facit quia scientia, vel consensus iudicis deputati in hoc non requiritur. ff. de iudici. l. cùm furiosus. s̃. de offic. dele. capitu. pastoralis. ff. de muner. & honori. l. munerum § iudicandi. Ad. cap. super eo. respondet dicens, se fateri quòd terminus ibi non currit ante prçsentationem literarum, quia ante procedere nõ posset parte de hoc excipiente. vt. s̃. de offic. dele. capit. cùm in iure. sed parte non excipiente secus.

¶ Martinus de salua dicta Ligniani approbans illius opinionem amplectitur addens, quod hæc opinio per omnes in gratiosis conceditur. & hoc probat per ratióem prima facie multum fortem, nam cùm iudex habet duplicem iurisdictionem seu potestatem, quarum vnam scit sibi competere, & de alia nescit quòd sibi competat, & vigore illius quam scit se habere processus quem facit valere nõ possit sed vigore alterius quam ignorat valere possit, valebit processus huiusmodi vigore illius quam ignorat. vt notat Innocen. de præscrip. cap. cùm ex officij. iuncto quod legitur, & per eundem Innocen. notatur de offic. dele. cùm super. & per hoc dicunt quidam, quòd in gratiosis etiam ante cõfectionem literarũ potest executor prouidere, quòd tamen non credit Martinus, quia non videt quòd collatio possit pẽdere, & tamẽ penderet eo quòd posset impetrari alius executor. Caue tamen secundum eum, quia productis literis datæ prioris & instrumento prouisionis, datç sequentis, obtinet impetrás, nisi probet reus quòd tẽpore prouisionis literæ executoriæ non erant scriptç, vel saltem bullatæ. sed cauere habet impetrans de anima. Contra id autem quod dictum est, inducit ipse notata Cardin. de offici. ordin. cap primo lib. sexto. & nõ soluit. Subdit posteà, quòd id quod dicit de collatione. s. illá per executoré nõ posse fieri ante confectionem literarum, locum habet etiam in commissione delegati ad causam scilicet quòd eam non potest ille facere ante confectionem literarum, quia nundum est sibi aliqua iurisdictio delegata, quá subdelegare possit. Nec obstat contra id quod dictum est collationem pendere non posse. capitu. si tibi absenti. de prçben. libro sexto. quia ibi non pendet collatio, imo statim valet. quanquam ibi bene pendeat, an ex illa mihi beneficium acquiratur, & an sim ipsi beneficio obligatus, nam conferens cuius est personæ electio, antequam conferat, postquam contulit variare non potest. vt ibi, aliàs enim si diceretur collationem pendere, sequerẽtur multa absurda, videlicet quòd si esset habilis tempore collationis, & inhabilis tempore confectiõis literarum, quòd ius quæreretur inhabili in beneficio, & quòd si ad beneficium spectaret excommunicare, & medio tempore excommunicasset quòd excommunicatio esset in pendenti. contra id quod legitur & notatur. ĩ. de appella. prçtereà. Super quo vide ea quæ scripsi. s̃. titu primo capitu. cùm olim. in secunda opposi. & quod legitur & nota. de electio. cap. in electionibus. li. vj.

¶ Legistę verò circa hoc sic distinguere solent, quia aut quæritur an iurisdictio delegata acquiratur absenti. & ignoranti, & sic ante præsentationem literarum, & tũc dicunt quòd sic. per id quod legitur & notatur in prædict. l. cùm furiosus. vbi vide notat. in collecta mea doctorum Aurelianeñ. Aut quæritur vtrũ acquiratur excercitiũ, hoc est vtrũ si ꝓcedat iudex ignorás suá cõmissioné seu delegationé valeat ꝓcessus & tunc

dicunt quòd non, quia si tutor ignorans se tutorem agat vt tu
tor non valet, quod facit.vt.ff.de eo qui pro tuto.neg.ge.l.quę
ro.ar.ff.de condition. & demon.l.multum.in fine. & hoc te-
net.G.de cug.in prę.l.obseruare.& Bartho.io prę.l.multum.
Sed ista distinctio licet sit in se vera, imperfecta est.
¶ Qoid dicendum? Aduerte, hic sunt duæ difficultates prin-
cipales. Prima est, quando quæratur Iurisdictio Iudici dele-
gato. Secunda est, an literæ delegationis, adeò ambabus parti-
bus sint cõmunes, quòd etiã re integra etiã impetrante inuito
cõtra ipsum possit aduersarius eis vti. Circa primam quatuor
tempora sunt consideranda, & iurisdictio ab exercitio distin
guenda. Primum tempus est ante confectionem literarum.
Secundum est, post confectionem, & ante præsentationem ea
rum. Tertium est, post præsentationem huiusmodi, & ante ci
tationem emanatam. Quartũ est, post presentationem, & ci-
tationem antedictas. Iis præmissis retrogradè incedẽdo, & ex
causa circa tertium, & quartum tempus, tam quo ad ipsius iu
risdictionis, quã etiam quoad exercitij iurisdictionis eius-
dem acqoisitionem, & etiam circa tempus secundum quo ad
ipsius iurisdictionis acquisitionem, sto cum Collectario, Lig
niano, Martino, Guillelmo, & Bartholo antedictis per supe-
rius allegata. Sed circa secundum tempus, quoad excercitiũ
hoc est quoad hoc an valeant processus factus, vel sententia la
ta per iudicem post confectinnem literarum suæ delegatiõis
& ante præsentationem earumdem. dico esse dicendum in ca
su isto eo mod oqoo scripsi de gestis per procuratorem ante
receptionem literarum procurationis suæ. j̃. de procu. capit.
is qui à procuratore in prima.q.principali §.quid tamen dicẽ
dum de dubio principali cum §.sequẽtibus. Quantũ vero ad
primum tempus videtur mihi distinguendum, quia aot in
ipsa literarum confectione iudex, vel executor eligitur, licet
coocesio aotecedat.aut in concessione pręcedente iudex, vel
executor, per concedentem fuit specialiter nominatus, & ele-
5 ctus. In primo casu sto cum Martino. † nam iudex vel execu
tor donec ad iudicandum vel exequendum nominatus, seu
electus fuerit iudex vel executor censeri non debet. quia tũc
est verũ dicere, ꝙ nõ est aliqua potestas sibi data, & sic pro illo
tēpore est verũ dicere, ꝙ factũ est ab eo factũ est ab illo, qui fa
ciẽdi potestatẽ oon habet, & per cõsequens pro illo tempore
fuit verum dicere, illud esse ipso iure nullom. de offic. vica. c.
penul. de iudi. at si clerici. de pręben. c. fi. de iur. patro. ꝙ autẽ.
hinc est ꝙ cum reuera pro illo tempore nullam habuerit pote
statem, litera suę potestatis habens pręcedeotem datam ad il-
lud tempus in modum veritatis referri non potest. Igitur viri
bus est necesse, ꝙ in modum fictitię retroactionis refferatur
ad illud. modo fictio retroactiua non confirmat illud, ꝙ fuit
ab initio ipso iure nullum. vt. j̃. de electioni. auditis. & patet
ex his quæ scripsit Nouel. in regula ratum. in quęstione mer
curiali. & quę scripsi maximè post Inno. de offic. delega. pru-
dentiam. in principio. in. v. q. & in. vj. quęstionibus sequenti-
bus. Io secundo casu dico breuiter per omnia, prout scripsi
circa secundum tempus, quia literę non dant potestatem, sed
probant. ff. de pigno. l. cotrahitur. &. C. de fide instrument. l.
contractus. & latè scripsit Nouella. Archidi. in prohemio sex
ti libri. in verbo transmittimus. nec obstat prędictis. l. vnica.
C. de mand. princi. quia licet dicat ꝙ non est credendum su-
per hoiusmódi potestate, nisi per literas hęc probetur, non ta-
men dicit ꝙ ante literarum confectionem oon habeat potesta
tem, vel ꝙ si aliquid agat ad potestatem pertinens ipso iure sit
nollum, imo magis innuit contrarium in hoc, ꝙ non dicit po
testatem dari per literas, sed probari. vnde antequam literæ
ostendantur fateor collationem executoris haberi pro nulla.
Sed postqoam literę sunt ostensę. & probatum per eas pote-
statem executoris collationem pręcessisse, collatio ipsa debet
6 pro efficaci haberi. † quia de his qoæ non apparent quandiu
non apparent, est idem iudicium, sicut de his quæ non sunt. ff.
de contrahen. emptio. l. iij. l. & l. ruptilia. Sed postquam appa
rent iudicatur sicut de his quæ sunt. ff. de testa. l. hæredes palã.
§. ij. Ex quibus patet ꝙ declaratio quam fecit booæ memorię

dominos Cardinalis sancti Eustachij, de qua est vna regula in
cancellaria quæ pro iure habetur, quę habet, quòd collatio
facta per executorem literis non receptis, nulla est ipso iure.
non videtur posse sustioeri, ita latè sicut iacet, saltem in mo-
dum declarationis. sed saluari potest. propter volũtatem pa-
pæ in modum nouæ ordinationis. de hoc tamen intendo di
cere, in prędicto. c. super eo. Et vide etiam super hoc, ea quæ
scripsi. j̃. de procura. lib. vj. c. fina. oppo. ij.
¶ Circa secundam difficultatem dicit dominus Martinus,
quòd nõ bene credit dictũ Inn. licet cõmuniter approbetur.
ratio sua est, quia rescriptum per me impetratum videtur ha
bere tacitam conditionem, si eo vti voluero. vt. j̃. de concess.
præben. c. quia cunctis. cum ibi notatis per Innocen. dicit ta-
mẽ distingui posse inter cõtenta, & nũ cõtenta sub rescripto.
de non cootentis, enim est iodubitatum: quia venire nõ pos-
sunt, j̃. de offi. deleg. cũ olim. nisi per viam reconuentionis. j̃.
de mut. peti. c. j. in authen. & consequenter. quomodo & quã
do iudex. cui conuentione cessante locus esse ooo potest.
¶ Ego autem sto cũ domino Martino quoad non contenta
in rescripto, sed quoad cõtenta in rescripto post rescripti præ
7 sentationem sto cum Innocen. & dico † quòd ex tunc, rescri
ptum cõmune est ambabus partibus, & per consequẽs quòd
contra impetrantẽ, etiã inuitũ potest aduersarius eo vti, eo
quòd in dubio pręsumitur princeps in iudicijs velle vtrique
parti æqualiter & vniformitur prouidere. C. de fruct. & lit. ex
pen. l. terminato. C. de senten. & interlo. om. iudi. l. cum Papi
nianus. & authen. & consequenter. C. de tempo. in inte. restit.
petẽ. l. petendę. C. de diuer. rescrip. l. j. C. quando prouo. non
est necesse. l. vltima. j̃. de mutu. petitio. c. prudentum. j̃. de re
gul. iur. c. non licet actori. & c. in iudicijs. lib. vj. sa. quia impe
trans ius speciale postquã eo vsus est, tenetur pati cõtra se ad
uersarium eo vti. ff. quòd quisq; iuris. l. iij. in principio. & § j.
Facit quia iudex per rescriptum vni parti dumtaxat datus
non est, sed vtrique commuoiter, vt ita ferat sentẽtiam pro-
non impetrante si iustitiam foueat, sicut pro impetrãte. ff. de
proba. l. circa. in fine. cum ibi nota. & quòd scripseruot Inno.
& Hostien. de offi. deleg. cũ contingat. hoc supposito, arguo
sic. si id qoùd minus videretur inesse, inest: fortius, & id quod
magis. j̃. de elect. cum in cunctis. in principio. sed minus vide
retur de iure iniquo, vel priuilegio vni parti singulariter coo
cesso, quòd eo iouito illo posset vti aduersa pars. quam de re
8 scripto ambabus partibus communiter cõcesso, † quia in ha
bentibus symbolum, facilior est transitus. ff. de rei vendica.
l. in rem. § item quęcunq. & tamen illud repertur statutum
in iudicijs, in iure vni parti singulariter cõcesso propter æqua
litatem seruandam inter partes. vt. l. terminato. & c. pruden-
tiam. & alijs similibus iuribus allegatis. Igitur fortius in com-
muni id dicendum est. per dictam legem primam. de. C. de
diuer. rescript. Quid plura? si cõmune est rescriptũ. vt dictũ
est, quomodo poterit vna pars alteri prohibere, ne eo vtatur,
saltem ad vsum ad quem institutum est? certè nequaquam.
vt. ff. de relig. & sump. funer. l. si plures. & quòd ootatur. ff. cõ
muni diui. l. Sabinus. in fine secundæ glosæ. & per hoc patet
responsio ad. l. quòd fauore. C. de legi. & ad. l. nulla. eod. titu.
ff. nam intelliguntur duobus concurrentibus, videlicet & ꝙ
fauore certę personæ, & quòd illi personæ & non alteri. nam
si fauore meo mihi & tibi aliquid communiter sit donatum
iure mihi quæsito ex commuoi donatione vtar te inuito, &
ideò appellatione tua ego aduersarius tuus te inuito iuuare
me poisum. vt prædicta. l. omnem. adeò quòd in mei præiu-
dicium illi renunciare non potes. vt scripsit Cy. C. de tempo.
appella. l. per hanc. in. vj q. licet aliàs liceat propriè renuncia-
re apellationi. C. de appella. si quis libellos. facit optimè. ff. de
cootra. ta. l. post mortem. in fine. &. j̃. de elect. c. ab eo. lib. vj.
Plus dico, quòd illa. l. quòd fauore. fallit in iudicijs propter
ęqualitatem seruandam inter partes. vt. l. terminato. & c. pru
9 dentiam. allegatis. Dico ergo ex iis, † quòd post præsentatio
nem rescripti impetrans non potest illi renunciare in præiu-
dicium aduersarij. sed quid ante pręsentationem & receptio
nem, vide

nem, videtur quòd tunc possit impetrans renunciare etiã adversario non requisito. sicut de appellatione communiter de noluente, ante certificationem iudicis, vel aduersarij. scripsit Cardinalis de electio. c. quamuis. lib. vj. §. cæterum. in glo. sed nunquid. in principio. facit quia ante præsentationem nó nocet aduersario. vt prædict. cap. vt debitus. Igitur nec prodest,
10 †quia non debet eadem res diuerso iure censeri. ff. de vsuca. l. eum qui. & quia onus, & commodum se consequuntur. ff. de reg. iur. l. secundum naturam. Item quia ante præsentatiõem non nocet impetranti quoad cursum temporis, vt prædict. c. super eo. Igitur à simili nec nocet, vt aduersarius possit pœnitentiam impedire. faciunt iura quę dicunt pœnitentiam admittendam. vt. ff. ad. l. Cornel. de fal. l. qui falsam. C. de appel. l. si quis libellos. canonizata. ij. q. vj. C. de sum. trini. epistola liquet. §. pe. cum concordantijs. In contrarium facit, quia impetrans ius nouum siue fuerit eo vsus, siue nó, dummodo vti potuerit tenetur pati contra se aduersarium eo vti. ff. quòd quisq; iur. l. iij. §. j. Præterea quia etiam ante præsentationem ius quæsitum est aduersario experiẽdi per rescriptum, igitur nec ante præsentationem potest impetrans mutare cõsilium in præiudicium aduersarij. ĩ. de regul. iur. c. quòd semel. &
11 c. mutare. lib. vj. cum concordan. patet antecedens, † quia rescriptum recipit vires à principis concessione & non ab ipsius præsentatione, quæ actus partis, vt prædictum est, & sic eadẽ ratio ante & post. Item quia quòd rescriptum sit cõmune, facit sola mens principis quæ pręsentationem antecedit. igitur in instanti concessionis ipsius commune est, & aduersario ius acquirit.

¶ Aduerte in hac materia in qua de gratiosis nó loquimur, sed solum de rescriptis iustitię. est cõsideranda materia ipsius rescripti: quia si conceditur actori contra possessionem in materia in qua nó detur possessori actio. iuxta l. j. §. penult. ff. vti possess. cessat practica. quia ante presentatiõem rescripti, imo & post, ante editionem actionis licet actori pœnitere, & ab actione discedere. iuxta lecta, & notata. C. de eden. l. edita. & C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel. Igitur si rescriptum impetratum fuerit per actorem actore renunciante rescripto non patet modus quomodo reus ex rescripto se iuuet, cum cessante actione cesset exceptio. ff. de excep. l. ij. in principio. Verum si practica super esset, vt quia esset materia in qua reo daretur actio, vt in duplicibus iudicijs, & super iuribus incorporabilibus. iuxta ea quę scripsi in cle. cã. de cau. pos. vel q reus impetrasset in casu. l. diffamari. C. qui ad liber. proclama. non licet. vbi tunc vigore rescripti impetrati, per reum actori licere agere: maius nobis restat dubium. de quo volo quòd cogites. & dicam in. c. super eo. allegato.

¶ Iuxta prædicta sequendo Inn. Secundo quærere possum, quid de priuilegijs, vt pone, cõcessum est alicui priuilegium in quo ius alterius continetur, vt puta quia capitulo ecclesiæ Metropolitanæ conceditur, ꝙ capitulum eligat Metropolitanum cũ suffraganeis. nũquid potest capitulũ huic priuilegio libere renunciare? respondet Inno. ꝙ sic, antequam vtatur priuilegio illo ar. C. de pact. l. si quis in conscribẽdo. Sed ex quo vsum est priuilegio, vel etiam siue vsu ex quo illud pręsentauit suffraganeis, vlterius ei renunciare nó potest sine suffraganeorũ cõsensu. ar. ff. de acqui pos. l. qui absenti. In alia materia distinguit, an pręsenti per se, vel per nunciũ detur priuilegiũ. super quo remittit Nouel. ad notata sua. de concess. præbend. quia cunctis. lib. vj. in glo. dicit Innocen.

¶ Caue autem, quia per hanc notam Inno. videtur decidi difficultas. s̃. proximè pręcedens valde subtiliter per prædictã. l. qui absenti. distinguendo tempus sequens pręstationem, à tempore pręsentationem pręcedente. iuxta ea quę diffusè scripsi in primo consiliorum meorum super capellaniatu bonoris absenti, & ignoranti, non quærendo. & ad hoc optimè accedunt notata Innocen. de concess. preben. c. j. li. vj. & Cardinal. de elect. c. generali. eod. lib. Sed restat dubium de tempore pręsentatiõem præcedente casu quo aduersarius cui ius quæritur ex rescripto, alias quam per pręsentationem sciuisset impetrationẽ, rescripto vellet vti. de qua remitto vt supra.

¶ TERTIO circa pręmissa quærere possum, põe aliquis dedit libellum, in quo petijt rem aliquam, vel iura aliqua vel aliquem dicit sibi obligatum, ecce ꝙ tunc ille contra quẽ agitur. etiam de iure suo probare potest. ff. de proba. l. circa. sed nunquid absq; alia petitione si probauerit reus se ius habere, poterit pro reo ferri sententia, sicut si pro eisdem rebus, vel iuribus egisset? Respondet Inno. ꝙ sic. ar. ff. de iureiurã. l. sed & si possessori. nam sicut ex iureiurando ibi oritur actio reo qui iurat rem suam esse, ita oritur, & si pro eo sententietur rẽ suam esse. sed si de iure suo nihil probauerit, nisi sibi adiudicabitur, sed tantum absoluetur ab impetitione aduersarij, si ipse aduersarius etiam nihil probat. C. de rei vendica. l. finali. infra de probatio. ex literis §. finali. & melius facit pro hoc. s̃. de offic. delega. cũ contingat. secundum Innocen. qui hoc dicto vltimo sequitur opiniõem Iac. Bal. & aliorum quorũdã legistarum notatam in prædict. l. circa.

¶ Hostien. autem qui etiam ponderauit Innocen. notasse casum. ĩ. de probat. licet. vbi remittit Nouel. ad notata sua in glo. sua quid ad rem. ver. ei autem est in opinione cõtraria. & dicit ꝙ vbi aliquã rem in iudicio peto mihi adiudicari, quia dominus sum me nihil probante, si probet reus rem esse suã non ideo potest iudex sibi adiudicare. probat primo, quia secundum libellum, & intentionem meam dominium meum, & non suum in iudicium deducitur, & super eo tantum lis contestatur. Secundo probat, quia nec etiam pro me actore probante potest dari sententia, nisi secũdum formam petitionis. ff. cõmu. diuid. l. vt fundus. ĩ. de symo. licet Hely. §. j. ad finem. vnde si hominẽ petiero. & nó ęstimationem, quamuis æstimatio valde propinqua sit rei petitæ, tñ si in æstimatiõe, & non in re petita fiat condemnatio, talis sententia reprobatur. C. de fideiusso. liber. l. cũ quidẽ. in fine. Si igitur pro me petitore in re tam propinqua, tam connexa, tam adhærente propriè petitioni meę non valet sic lata sententia, quomodo valebit ex parte rei lata in re petitioni meæ non dico cõnexa vel diuersa, sed etiam ꝙ plus est contraria? hoc enim certum est, ꝙ si res petita mea est, sequitur ꝙ tua nó est, & ecõuerso. vnde & dicit lex. quòd eo ipso quòd rem meam esse pronunciatum est, ex diuerso videtur pronunciatum tuam non esse. si verò pronunciatur meam nó esse, nihil de iure tuo intelligitur iudicatum. vt. ff. de procura. l. Pomponius. §. si stipuletur. §. deniq; ad finem. & . ff. de except. rei iudi. l. si inter me & te. Tamen dicit Hostien. per pręd ictam legem si inter me & te. quòd actore nihil probante, & reo probante rem petitam esse suam, potest iudex pronunciare rem petitam nó esse actoris. & per consequens, reus eam sibi restituere nó cogetur. C. de rei vendica. l. fi. sed dicit ꝙ nunquam potest iudex ex viso lius petitionis actoris, reo rem adiudicare. vel suã esse pronunciare: quia nec istud petitum est nec super hoc libellus oblatus, nec est etiam lis contestata, sine quibus sententia regulariter nulla est, tanq̃ lata iuris ordine nó seruato. vt patet ex eo ꝙ legitur & notatur. s̃. de libel. c. j. de lit contest. c. vn. ĩ. de re iudi. c. j. nec obstat. si reus in modum exceptionis probauerit se ad dominium pertinere. Ex hoc enim non potest res sibi adiudicari, quamuis retentionis commodum consequatur. vt patet in eo ꝙ legitur & notatur. s̃. de ordine cog. cũ dilectus. §. j. vers. vnde verus dominus. & §. fi. Et miratur Hosti. quomodo potuit contra hoc Iac. Bal. scribere, & qualiter potuit Inno. illius opinionem sequi, quia si quis aduertat quòd sit officium, vel quæ sint partes iudicis in hac causa, reperiet quòd si actor probat, & nó reus, res est actori adiudicãda. alioquin reus tantum est absoluendus, vt legitur expresse insti. de offi. iudi. §. sed si in rem. potest etiam pronunciare rem non esse actoris, vt dictum est, & sic per consequens reum absoluisse videtur, sicut statim sequitur in personali actiõe. Subdit etiã Hostien. quòd idem est etiã in personali actione. in qua dico mihi personaliter aliquem obligatum, vt patet institu. de offi. iudi. primo responso. in qua, & si ita pronunciet iudex, nihil videri Titium reum debere Seyo actori valet pronun-

ciatio, & videtur Titium quamuis hoc non expreſſerit abſoluiſſe. vt. ff. de arbi. l. quid tamen § ſi arbiter. Sed nunquam ſecundum eum dicendum eſt, quòd ſi petam à te centũ ex cauſa mutui, & non probem, tu verò probas in eadem inſtantia me ex eadem cauſa tibi centum debere, quos tamen non petijſti, quòd iudex me tibi debeat condẽnare. hoc enim valde ridiculoſum, & abſonum eſt, ſentire. vt patet ex præmiſsis, & in eo quòd notatur. ſ. tit. j. paſtoralis. in fine. Sed nunquid dictum Inno. omnino caret effectu? reſpondet Hoſtien. ꝙ non. Dixit enim quòd exaudiri poteſt & ſaluari, quando agitur cõfeſſoria, vel negatoria, quia tunc videtur libellus oblatus, & lis conteſtata ſuper iure vtriuſque partis, & vtriuſque ius videtur in iudicium deductum fuiſſe. vt legitur & notatur. ſ. de iudicijs. c. examinata. Item dicit quòd ſaluari poteſt in communibus iudicijs, in quibus vterque actor, & vterque reus, quòd dic. vt legitur & notatur. j. de proba. ex literis. Item & in cauſa appellatiõis in qua ſi petatur cõfirmari tãtum, vel infirmari tantum ſententia, per conſequens in primo caſu videtur petita infirmatio, & in ſecundo confirmatio. & ſufficit in vtroque caſu, quòd iudex dicat prout dicere poteſt confirmo, vel infirmo, vel appellationem pronuncio iuſtam, vt. C. de appella. l. eos qui. ad finem primi reſponſi. & . ij. q. vj. ad finem § ab eo autem. & legitur & nota. j. de teſta. Raynutius § dictus verò. ad finem. & § cum autem. & § quia verò. ad finem. & c. Raynaldus § à cuius. ver. j. & ver. fina. & § verum primo reſponſo. ad finem, & idem etiam eadem ratione, & etiam fortiori propter periculum animarum, quando petitur electio confirmari vel infirmari. vt. ſ. ti. j. cum ſuper. Et idem vbi vnus clericus petit beneficium ab alio, & actor nihil probat, & reus probat, ꝙ beneficium ad ſe pertinet. in hoc enim caſu beneficium non actori ſed reo adiudicabitur. vt patet in eo quòd legitur & notatur. ſ. de reſcript. cap. ij. & c. inter cęteras. & eſt ratio. quia ex quo conſtat iudici, ꝙ actor non habet ius in beneficio, & quòd reus habet ius, tunc ex officio propter periculum animarum potiſsimè debet illum qui ius nõ habet remouere, & alium inſtituere. vt patet in eo quòd legitur & notatur ſ. de cleri peregrio. capitu. fina. & de pac. cap. accepimus. & c. cùm cleri. & de inſtitu. cap. iij. & idem in cauſis matrimonialibus, quando aliquis, vel aliqua in virum vel vxorem petitur vel ad iudicium prouocatur, nam quicquid petitum fuerit, ex quo tamen de veritate cõſtiterit ſecũdum ipſam, ſiue pro matrimonio, ſiue contra matrimonium ſententia ferri debet, non obſtante etiam contraria iam lata ſententia, quæ in hoc caſu nunquã in rem tranſit iudicatam. vt legitur & notatur. j. de re iudi. cap. lator. & . capi. tenor. & . cap. conſanguinei. & j. de ſponſali. cap. ſicut ex literis. ad finem. & de cog. ſpiritual. cap. fina. j. de frig. & male. c. fraternitatis § nos tamẽ. & ſequẽtibus. Idem forſan & in alijs in quibus vertitur periculum animę, & quę eiuſdem materię ſunt, & maximè quando agitur inter ſimplices & religioſas perſonas, vt patet in eo quòd legitur & notatur. ſ. de iud. c. dilecti. Idem vbi reus offert ſe probaturum quòd dominium rei petitæ ad ipſum ſpectat tali pacto habito cum actore, quòd ſi hoc probauerit, res petita ſibi adiudicetur. & ſic intelligitur. j. de re iudic. cum cauſa. in fine. & maximè ſi iungat, quòd ſi non probauerit adiudicetur actori. Sic enim in ſe propriè & verè recipit onus probandi. & ſic loqui videtur, & intelligi poteſt. l. quam pro ſe induxit Inno. ſ. l. circa. in fine. de proba. & . ſ. e. c. primo. vel eſt illa l. ſpecialis in cauſa ingenuitatis, vt quidam dicunt. Sed præcedens intellectus magis placet Hoſtien. per prædicta. Idem quando actor deffert iuramentum reo, quòd iuret rem ſuam eſſe. nam & hic videtur vtraque pars conſentire, quòd ſi hoc iurauerit ſtandũ ſit iuramento. & ſic loquitur alia l. inducta per Inno. videlicet ff. de iureiur. l. Sed & ſi poſſeſſori. Quid enim mirũ in ijs duobus caſib⁹, hoc enĩ regulariter eſt tenendũ, quòd ex quo partes conueniunt, & conſentiunt in pronunciatione, iudex hanc approbare debet. Quid enim aliud debet prætor agere, niſi vt lis finiatur, & à controuerſia diſcedatur? quaſi diceret nihil. vt. ff. de oper. noui nunciatio. l. j. § 3. poſt operis. & § ſequenti. & tra ditur hęc regula. ff. de re iudi. l. ſi conuenerit. ff. communi diuidun. l. iudicem. & . l. ſequenti. & in authen. vt differentes iudices § ſi verò contingerit. collatio. ix. & arg. C. de fideiuſ. l. finali. C. de teſti. l. finali § j. j. de teſta pręſentata § ſi. ver. optimè. & ſequenti. ſ. de electio. cum inter. R. iuniorem. ff. de in ius voc. l. nec impuberes. in fine. & ad idem argumentum. ff. ſi qui. cau. l. ij. in principio. ff. ſi certum petatur. l. quidam extimauerunt. j. ti. j. c. finem. & . c. ſi. Et ſecundum hoc etiam ſaluari poteſt opinio Iac. Baldi circa hanc materiam notata in præd. l. circa. ſecundum Hoſti. qui tamen putat, quòd Ia. Bal. alium habuit intellectum, & ad hoc declarandum recitat glo. l. circa, & eam exponit ꝙ tamen Nouella omittit. Concludit igitur Hoſtiẽ. quòd cautus debet eſſe reus, quòd reconueniat, vel conueniat actorem, ſi vult rem ſibi adiudicari. Dicit etiam quòd vltra exẽpla ſupra poſita, alia eiuſdẽ naturæ pòt inquirere ſtudioſus.

¶ Henricus autem hic recitat dicta Hoſti. decurtãdo & nihil addit, niſi quòd illud ꝙ dicit Hoſti. de cauſis beneficialibus dicit ipſe intelligendum, prout ipſe ſcripſit de offic. vica. c. j. vbi tamen non tangitur per eum propriè iſta materia, niſi in hoc quòd ibi dicit quòd vltra contenta in libello non poteſt iudex inferior Papę procedere ad clerici depoſitionem propter crimen etiam de quo conſtat, licet Papa hoc poſsit.

¶ Collectarius verò dicit, quòd id quod dixit hic Inno. nouerat finaliter ipſe Inno. licet variando. de offi. dele. cum contingat. dicit etiam quòd doctor ſuus approbat ſententiam Innocẽ. indiſtinctè. per ea quæ leguntur & notantur. ff. vti poſ. l. ſi. & . ij. q. vj. in principio. Reſpondens ad rationes Hoſtien. quòd non obſtant, eo quòd litis conteſtatio eſt actus communis inter actorem & reum, vnde reus negando tacitè dicit rem ſuam eſſe. vt legitur & notatur de litis conteſtatio. c. vni. Item facit regula de qua re. ff. de iudi. & regula non licet actori j. de regu. iur. vbi dicit Dynus hoc tenere. Sed eſt verum quòd Dynus iſtud ibi non examinat, & licet ibi dicat quòd ſi reus probet rem ſuam eſſe ex hoc conſequitur ius agendi, tamen nõ dicit ꝙ ſine petitione ſuper illo poſsit pronunciari. Item inducit, quòd in actione perſonali vbi quis dicit alium ſibi obnoxium abſoluitur reus, licet hoc non petierit expreſſè, ſed tacitè. ſ. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia ad finem. Inducit etiam quòd legitur & notatur. ſ. de reſcrip. c. ex tenore. & de conſuetu. c. cum inter. vbi fertur ſententia pro non petente. propter euidentiam iuris partis, vt in notorio. Inducit etiam clemen. auditor. de reſcrip. & collecta ſua de libell. oblatio. c. finali in fine.

¶ Martinus de ſalua dicit, quòd pro opinione Hoſtien. videtur caſus. ſ. de electio. querelam. Ad quòd dicit ſe reſpondere neſcire, quia ibi dicit, quòd reuera eccleſia ſancti Saluatoris ſpectabat ad eccleſiam ſanctæ Suſannæ. quæ vice rei fungebatur in ſpiritualibus, pleno iure, & tamen non adiudicatur ei in vim petitionis partis actricis, ſed reſeruatur quæſtio ſuper iure proprietatis inter eccleſias. Sed non apparet quòd pars actrix ibi aliquid ſibi adiudicari petijſſet. Item dicit quòd verè bene facit. ſ. de cauſa poſſ. cum eccleſia. & . ſ. e. c. j. Item dicit, quod de hoc eſt expreſſus textus. j. de præſcrip. cum olim. Item inducit. j. de cenſib. c. venerabilis. c. conſtitutus. & c. cum dilectus. dicit poſteà quòd nimis obſtat prædict. l. ſed & ſi poſſeſſori. & magis quàm. l. circa. Sed quia prædictæ decretales in quibus licet reus probet de iure ſuo, non ideò ſuper iure ſuo pronunciatur: quia hoc non petijt. nimis faciunt pro Hoſtien. ideò ipſe Martinus nõ audens eligere finaliter remãſit dubius.

¶ Quid dicendum? vide quòd ſcripſi in clemen. cauſa. de cau. poſſeſ. in. ij. quæſtione principali § oppones. primo verſu. Sed ſunt alij, & breuiter, aliàs ſteti cum ſententia Hoſtien. per motiua eius, & quia licet dominium in genere idem ſit in omnibus: tamen dominium rei à dominio actoris in ſpecie differt. & ideò ſub libello deducente dominium actoris, non poteſt directè comprehendi dominium rei. argu. ff. de exceptio. rei iudica. l. cum quæritur. cum legibus ſequentibus. & . j. de re iudica Abbate. lib. vj. & hoc quantum ex verbis. Quantum verò ex mente id certius eſt, quia intentio libellantis in eo quòd

tendit

tendit ad proprium dominium declarandum, resistit eius cōtrario: videlicet dominio rei, sicut dicimus de sententiante, per prædict. §. si stipuletur. & præd. l. si inter me & te. quantum verò indirectè, patet hoc idem: quia licet ista consequentia sit bona, declaratur dominium esse actoris, igitur censetur declarari non esse rei, per iura proximè allegata. tamen ista consequētia non est bona, declaratur dominiū nō esse actoris, vel res sibi hoc adiudicatur, aut sibi silētium imponitur, seu ab eius impetitione reus absoluitur, & iustè igitur reus dominus est, vt de se patet. quia non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. C. vnde cog. l. non ob hoc. Si ergo nec directè, nec indirectè, nec ex verbis, nec ex mente rei, comprehenditur sub libello actoris, non video qualiter ex libello super dominio rei posset pronunciari, & tamen sine libello regulariter nō pronunciatur, vt authen. offeratur. in fine. C. de lit. contesta. non ob. l. circa. in fine. quia licet dicat morem geri reo probare volēti, & sniam scdm se dandā, non tñ dicit quā sententiā, nec ex quo libello. Ideò. l. illā intelligā secundū alia iura, videlicet de sentētia, q̄ de iure ferri pōt, vel ex libello rei adiudicatoria reo, vel ex libello actoris adiudicatoria actori. ar. C. de inoffi. do. l. vn. & . ȷ̄. de ele. cum expediat. li. vj. Non ob. prędict. l. sed & si possessori §. j. fateor enim q̄ sicut ex iuramento per quod reus iurat rem esse suam actio acquiritur reo, vt ibi. Si per sententiam quę videlicet debito modo, scilicet iuris ordine seruato ferretur adiudicatoriè pro reo quęreretur actio. Item quia in hoc sententia, & iusiurandum æquiparantur. C. de iureiuran. l. actori. Sed dico q̄ ex hoc non sequitur, quòd ex libello actoris sententia possit ferri pro reo. & est ratio diuersitatis, quia delatio & præstatio huiusmodi iurisiurandi solennitatem ordinis iudiciarij non requirunt. Sed sententia atque probatio eam respiciens ordinem libelli, & litis contestationis de necessitate requirunt. alia verò. ȷ̄. in contrarium allegata hinc inde facilem habēt expeditionem. Ideò causa breuitatis eorum dissolutionem studioso relinquo.

¶ Caue tamen, & perpetuo menti cōmenda, quia ad has opiniones Inno. & Hosti. curialiter concordandas, haberes secundum prędicta sic distinguere, quia aut actor solum deduxit suum proprium dominium in libello, petens illud declarari, &c. & tunc obtineat opinio Hosti per ea quę prædicta sunt. aut actor deduxit etiam in libello suo dominium rei, petendo declarari reum non esse dominum, seu nullum ius reo cōpetere in re. & tunc procedet opinio Inno. nam iudex nedum potest pronunciare super directa conclusione libelli actoris, sed etiam potest pronunciare super conclusione directè opposita conclusioni libelli actoris, dūmodo constet de illa ex actis eo q̄ communis est vtrique parti, & ideò fatetur Hosti. quòd si actor petijt pronūciari rem esse suam, & reus probauit rem esse suam, vel non esse actoris, iudex absque alia petitione poterit pronunciare rem non esse actoris, eo q̄ istud est directè oppositum petitiuni actoris. Similiter dicit Hostien. quòd si appellans petit sententiam confirmari, iudex absque alia petitione poterit infirmare, & econtra. Quid plura? tenent omnes
12 † quod reus absque propria petitione potest absolui ab impetitione actoris, & traduntur fundamenta huius per Innocen. Hostien. & Nouellam. de offic. deleg. cum contingat modo si actor petijt declarari rem non esse rei, pronunciare eam esse rei, est rectè oppositum suæ petitioni. Sed finaliter quid tenendum verè, valde dubito. Sed tamen de præsenti magis adhæreo opinioni Innocen. propter secundum membrum distinctionis proximè præcedentis, iuncto quòd tacitum & expressum regulariter ęquiparantur in iure. ff. si certum petatur l. cum quid. & præsertim in summis & libellis. vt prædict. § si stipuletur. & prædict. l. si inter me & te. & infra de verbo signifi. cap. his. argumen. eorum quæ leguntur & notantur in capitulo dilecti. & capitulo Abbate allegatis. Modo ad propositum petens declarari rem esse suam, & per reum sibi restituendam, tacitè petit declarari eam non esse rei. patet quia pronunciatio tacitè hoc importat. vt § si stipuletur. & l. si inter me & te.
13 ergo libellus eadem ratione. † ita. quia nihil plus potest esse in sententia quam in libello. vt l. vt fundus. & l. cum quidem. & capitulo licet hely. allegatis. & c. qualiter ij. infra de accusa. & hoc rectè videtur velle prędicta. l. circa. in fine. cum dixit, & non ab re esse opinor morem ei geri probandi se ingenuum, & sententiam secundum se dandam, cum nulla cautio intercedat iuris. nam supplere ibi rei petitionem præcessisse & litem super ea contestatam fuisse, esset nimis ad textum illius. l. diuinare. quia tex. in nulla parte ibi hoc aperit. Item secūdum hoc casus illius. l. nullam dubitationem habuisset cōtra. l. j. § quòd Labeo. ff. ad Carbonianum. Item secundum hoc ratio illa cū nulla captio, &c. in fine posita superflueret. Item secundum hoc possidēti pareretur actio in prophanis corporalibus, & simplicibus iudicijs, contra. l. j. § interdictum autem. ff. vti possid. quòd probo, quia dando libellum adiudicatorium, & petendo eidem per aduersarium responderi, & litem super eo contestari reuera ageret. instit. de actio. in princi. quòd sine actione non posset fieri. ff. de nego. gest. l. si pupilli §. videamus prętereà etiam intelligere illum textum, de sententia adiudicatoria ferenda contra actorem, & non de sententia adiudicatoria ferenda pro reo, nedum esset valde diuinare ad illum textum, imo esset verba impropriare, & sensum eorum destruere, in hoc quòd dicit, & sententiam secundum se dandam. & esset etiam eneruare mentem illius rationis. Cum nulla captio, &c. quę ibi sequitur. ac etiam probationis, quia pro sententia adiudicatoria contra actorem ferenda sufficeret reo minus probare. scilicet se non esse libertum actoris, probare autem se ingenuum non erat necesse, nisi pro sententia adiudicatoria pro reo ferenda. Est igitur ibi casus pulcherrimus & specialissimus, vt sine actiōe, & libello rei ex solo libello actoris & processu habito super eo, cum probationibus rei fertur sententia adiudicatoria pro reo, cuius ratio ibi assignatur in fine. cum nulla cautio, &c. quem intellectum Innocen. vbique secutus est, & pręsertim in dicto capitulo cum contingat. ibi omnino vide quæ scripsi in. ij. iij. & iiij. q. & post finem. vij. quæstio-
14 nis, & est ibi casus valde mirabilis, † quia reus ex persona sua non potest consequi sententiam adiudicatoriam, si possidet saltem regulariter, vt statim probatum est, & tamen illam ex persona actoris consequitur sola sua probatione mediante, vt ibi dicitur. Simile. C. de tempo. in integ. resti. peten. l. petenda. ad quòd pauci aduertunt, & ideò menti tenendum est. Nec obstat q̄ dixi dominiū rei non esse deductum in libello actoris, quia fateor hoc affirmatiuè, sed dico quòd comprehenditur negatiuè, & hoc sufficit per prędicta. Nec ob. iura in quibus patet, quòd licet constaret de iure rei, non fuit pronunciatum illud ad reum pertinere. dico enim quòd ea quę proximè dicta sunt, intelliguntur de petitione primaria litis contestationem requirente. Dico enim de alia petitione tempore sententię concurrente, alio modo esse de honestate seruandū, & consuetum etiam obseruari, videlicet quòd cessante requisitione rei, saltem tempore sententię concurrente iudex debet saltim de honestate abstinere à pronunciando rem esse rei, ne videatur supplere in facto, etiam si reus probauerit rem esse suam. argumen. eorum quæ leguntur, & notantur. C. vt quæ desunt aduoca. l. j. & ij. Sed si reus qui nullam petitionem dedit, & rem suam probauit, dicat domine licet petitionem non dederim sufficit petitio actoris, & processus habitus super ea, vt rem quam probaui esse meam pronuncietis esse meam, quare peto quòd ita pronuncietis, certe puto quòd tunc iudex debet eum audire, & pronunciare rem esse suam. & ita procedat opinio Inno. modo ad propositum in iuribus per Matthæum de salua allegatis, non fuit ista practica obseruata. la pro parte ista primo abreuiatio litium, vt non fiat per plura, quod potest fieri per pauciora, & fauor partium vt earum parcatur laboribus, & expens. ȷ̄. titulo. j. finem. Secundo quia casus speciales quos Hostien. inducit nullum maius fundamentum habent de rigore iuris, quam cęteri casus. Tu tamen elige opinionem tibi magis gratam, & consulo saltem quòd ante tacitum teneas opinionem Hostiensis & quòd post tacitum Innocen. opinionem obserues.

¶ SECVNDO opponitur, quia videtur quòd mulier ante omnia non fuerit restituenda, quia aut excipiendo spoliationem proponebat, & tunc non debuit restitutionem optinere. vt supra de ordine cognitio. cum dilectus. & maximè si excipiebat post litem contestatam, quia tunc non potest proponi talis exceptio cum sit dilatoria. vt ibi dictum est. Aut proponebat agendo, & tunc tanquam duæ mutuæ petitiones simul tractandę erant: & per consequens non erat causa restitutionis proponenda. vt prędicto capitulo cum dilectus. quam oppositionem prosequere vt hic notatur in glosa tertia. & vide quæ ibi notantur.

¶ Solutio, dicunt quidam, quòd primo fuit vir à muliere super spoliatione conuentus, & ideò vir non potuit sibi refferre quæstionem proprietatis. supra de ordine cognitio. capitulo super spoliatione. primo enim coram ordinario, & primo etiam coram delegato petierat mulier se restitui, licet postquá saltem coram ordinario petierat restitui, fuisset coram delegato fortè reconuenta à viro. vel dic secundum Io. qui hoc notauit. ii quæstio. ij. quòd istud locum habet quando super re de qua principaliter agitur fit reconuentio, illud quando super diuersis Goffred. Et propter hoc dicit vtilius cónento petitorio super eadem re de spoliatione reconuenire, quam excipere. Idem not. C. de ordine cogniti. capitulo finali. Et idem notant hic Vincen. Innocen. & Abbas. & pro his fac. clemen. causa. de causa possessio cum ibi notatis in glosa penultima. Sed Hosti. intelligit quòd hic fuit exceptum, & postea actum vt supra dixi. dicens opinionem Ioan. Bernardi Vincen. Goffred. Innocen. & Abbatis non esse veram. Ad euidentiam cuius mouendo quæstionem tales terminos ponit, pone quòd petunt Canonici alicuius ecclesiæ electionem suam confirmari. & aduersarijs quos habent pręcipi ne ipsos de cætero impediant quominus liberè eligant. nunquid si aduersarij petant restitui præiudicabitur petitionem Canonicorum secúdum sententiam Ioan. & sequacium? videtur quòd sic quòd Hosti. non putat verum. argumen. supra titulo primo cum ecclesia. & capitulo cum super. & capitulo cum dilectus. de election. cum ecclesia. & capitulo Cumana. & capitulo in Genesi. de in integ. resti. c. secundo ĵ. de præben. capitulo dilecto. non ob. capitula per Ioan. inducta, quia possunt intelligi quando primo de spoliatione excipitur, & ex eadem posteà agitur secundum ea quæ notantur in prædicto capitulo cum dilectus. & capitulo super spoliatione. Vnde hic prius fuit exceptum secundum eum. vel dic, quòd omnia iura ista videlicet. c. istud. & infra eodem literas. & capitulo sequenti. & supra vt lite nó contestata. accedens. ij. sunt specialia. loquūtur enim in coniuge alterum coniugem spoliante, & posteà accusante, qui ideò suspectus est, & præsumitur contra ipsum. argumen. supra eo.
15 Item cum quis. † omnes autem suspecti ab accusatione matrimonij repelluntur. infra qui matrimo. accusa pos. capitulo significante. & hæc ratio redditur. ĵ. eodem literas § porrò. ver. quòd si non habeat. Item fauor matrimonij hāc specialitatem inducit secundum eum. Item dicit vim non esse faciendam in eo, quòd aliqua iura ex supradictis videntur loqui. quando petitorium & possessorium simul proponuntur: quia & ita est hic, cum non possit peti restitutio vxoris, siue viri: nisi proprietas probetur, vt patet in eo quòd notatur supra eodē ex transmissa. item secundū eū si opponitur cósanguineitas restitutionem petenti, & excipiens confiteatur matrimonium consummatum esse, non potest esse spoliatio non notoria. Quid ergo si non confiteatur matrimonium, sed excipiat hoc modo? non confiteor me maritum tuum. Sed & si hoc esset, non es audienda, cum sim consanguineus tuus, quòd me offero probaturum, vtique in hoc casu maritus audiendus videtur. & sic potest intelligi supra de ordine cognition. capitulo primo. & supra de officio delega. capitulo causam quę. j. secūdum literam priusquam. quidam libri habent. & argumen. ĵ. de testib. ex tenore. secundum Hostien. qui dicit prędictam opinionem nullo iuuari, nec etiam per hanc decretalem prędictis rationibus, maximè cum hic non dicatur suspendi petitorium, sed possessorium notorium prius terminari, eo quòd potest inducere periculum animarum, propter petitorium, quòd posset nimis protēdi, & sic daretur materia adulterandi. per quòd dicit quòd si is qui spoliauit Episcopū toto suo Episcopatu agit contra eum ciuiliter, & ipse reconuenit illū de spoliatione illa, quòd si spoliatio illa sit notoria, quòd statim fieri debeat restitutio. pro quo supra. vt lit. non contesta. quoniam § porrò. de appellation. capitulo oblatæ ad finem. quòd autem hic de spoliatione constaret, patet secundum eū: quia de hoc Papa non mandat inquiri, & secundum hoc optimè stat litera si est ita.

¶ Nouella autem dicit, quòd sibi non videtur quòd per hęc dicta Hostien. lædatur opinio Ioan. & sequacium. nam exemplum quòd dat de Canonicis petentibus confirmationem nó obstat. nam in eo quòd confirmationem petunt, implorant officium iudicis, nec dirigunt actionem cootra certum remittens ad ea quæ scripsit de causa possessi. cum ecclesia. super glo. ij. quòd scripsi etiam in prædicto capitulo cum dilectus. in sexta oppositione § quarto dicit. & in fine septimæ oppositionis. dicit etiam quòd in hoc quòd canonici inhiberi petunt &c. non intentant petitorium, sed possessorium retinendæ. alia etiam non. ob. quæ per te videas. Vltra hoc etiam extra casum quo pronunciari petitur non tenere matrimonium carnale, vel spirituale, raro, vel nonquam veniet in practicá agi petitorio, reconueniatur possessorio recuperandæ super eadem re. Sed aduerte, quia imo bene secundum Martinum in omnibus iuribus incorporalibus in quibus dantur possessoribus actiones, inducit lecta & notata de iudicijs. examinata. & de causa possessio. cum ecclesia. Hostiē. autem post omnia
16 hic in fine. c. dicit hoc dici posse, † quòd possessorium secundo loco propositum, ex quo versatur circa eandem rem, præiudicet petitorio. remittens ad notata infra eodem literas in principio super verbo postulabat. & in Speculo de petitorio & possessorio post principium. ver. si verò. Martinus verò ref serens hanc opinionem teneri per Ioan. Andr. Paulum Guilel. & Ies. in prędicta clementina causa. & per Archidiaco. secunda quæstione secunda capitulo primo. dicit, quòd ista est cómunis opinio omnium canonistarum ad quā inducit hanc decretalem &. c. literas. infra & capitulo accedens. &. c. pastoralis. & clementi. causa. superius allegata. illud tamen post, me præsente voluit modificare in cathedra ad casum in quo reconueniens de spoliatione super eadem re petitorium suspenderet. & alias non. vt primo capim pastoralis. & credo quòd bene dicat. Et de hòc scripsi in primo capi. super spoliatiõe. in prima questione & in prima clement. causa. in xxvij. quest. vbi plenius, & dic vt ibi & forte aliquid de hoc dicam infra eodem capi. literas.

¶ Collectarius verò ad propositum materię oppositionis pro
17 ximæ præcedentis hic notat. † quòd possessorium propositū per modum actionis suspendit petitoriu m actoris, super eadem re, licet secus si super alia re. & est ratio diuersitatis secundum eum, quia quæstio possessorij super eadem re est præiudicialis, eo quòd probata violentia, actor violentus proprietatem amittit. C. vnde vi. l. si quis in tantam. Iterum quia ratione possessionis existentis apud violentum, esset oneratus spoliatus probatione super proprietate, cum possessor probare non habeat, vt lite non contesta. quoniam § quod super. & esset iniquū quòd propter improbitatem spoliatoris spoliatus sic oneraretur, & ipse releuaretur. infra titulo primo. capitulo contingit. & infra eodem capitulo sępe. & quia spoliato quæstio proprietatis non reffertur. vt supra eodem in literis. Item notat Colllectarius in verbo remouit. † quòd inconsulta vxoris dimissio restitutionem inducit. Fac. lecta & notata per Innocen. & Hostien. vt lite non contesta. capitulo primo. quòd fortè secundum eum in alijs rebus indistinctè locum habere non posset. vt si domum meam dimitterem inconsultè, vel eam pro derelicto haberem. remittit ad collecta sua de accusati. si constiterit. Rursus notat ibi: *ante ipsius causæ ingressum.* mulierem ante libelli oblationem petentem restitutionem

mariti

mariti esse audiendam. inducens notata Innocen. de rescript. ex parte. & fauorem restitutionis quæ fieri debet ante omnem actum iudicialem secundum Innocen. vbi supra. & etiam ante citationem secundum Archidia. ij. q. ij. c. ij. & capitulo nullum. & c. in scripturis. ead. q. argument. s. e. c. j. vbi dicit ante omnem contentionem, & alibi dicit, quòd primo, &c. ij. q. ij. præceptum. quia qui omne dicit, &c. tempus ante libelli oblationem includit. argumen. de iure patro. relatum. lxxxvj. di. pasce. in fine. cum similibus. & maximè dicit hoc procedere in accusato, vel denunciato qui ante restitutionem non tenetur respondere indistinctè. ij. q. vij. per totum. & .iiij. quæstu. j. per totum. imo nec citari debet, quòd fortius est. ij. q. ij. in scripturis. & .c. sequenti. & hoc dicit satis probari hic, & supra vt lite non contesta. c. j. super quo vide Innocen. de causa posses. c. ij. Plus dicit Collectarius quòd si mulier petijt restitutionẽ coniugis, & eam obtinuit, adhuc potest eum posteà nihilominus recusare secundum Innocen. vbi supra. nec ob. de electio. c. nulli. & . c. ab eo lib. vj. de his quæ fiunt à præla. ex ore. de iureiurand. quemadmodum. de causa possessio. cum olim. de offic. deleg. insinuante iiij q. iij. si quis testibus. quia cum ante omnem actum iudicialem fiat restitutio, vt proximè dictum est, & omnem actum iudicialem excludat, vt prædicto capitulo super spoliatione. nõ potest obstare sibi iudicialis ingressus. Facit, quia inductum ad vnum effectum, alium non operatur. ĩ. de ordine cognitio. cum dilectus. cum similibus. Vlterius dicit in verbo appellauit, quòd licet in causa possessorij à possessione non appelletur, non tamẽ ista à possessione appellauit, sed appellauit, quia petitoriũ super possessorio non admittebatur. dicit tamen quòd secundum Innocẽ. & quasi omnes à momentanea possessione appellatur. allegat de testib. c. significarunt. ĩ. e. cum ad sedem. Reffert tamen ipse Collectarius notata circa hoc per Paulum in clementi. vnica. de sequest. & Archidia. in prædi. §. si de possessione. quę vtrobique vide. Subdit quòd hic non appellabatur, quia fieret restitutio, imo ex causa contraria. & remittit ad collecta sua. ĩ. e. cum ad sedem. super verbo vnde vi. noueris tamen quòd prędicta scripta Collectarij non examinaui, quia non sunt hic propriè collocata. Sed dicam in proprijs locis. Item notat hic Hosti. post magistrum suum in principio in verbo obstaculo. quòd prima litera in qua remota est appellatio nunquam reuocatur per secundam. de hac clusula non facientem mẽtionem. Ideò enim in hac secunda litera facta est de hoc mentio ad idem allegat. supra de rescri. c. inter cęteras. ipse tamen dicit, quòd hodie de consuetudine in hoc casu non admitteretur exceptio. remittit ad notata infra titulo primo. c. ij. Dicit autem dominus Martinus de salua quòd de notabili videtur textus. s. de rescrip. cum dilecta. & hoc notat Innocen. de offic. deleg. ex literis. & quòd de hoc etiam not. infra titulo primo. c. ij. vnde
20 heit, ĩ quòd vbi impetratur secundum rescriptum reuocans primum, debet fieri in secundo expressissima mentio primi, vt prædicto capitulo ex literis. Sed non sic cum impetratur rescriptum super causa appellationis, saluo quòd & tunc de clausula appellatione remota, posita in primis literis est facienda mentio in literis super causa appellationis obtentis, quia illius clausulæ expressio potuisset mouere principem ad literas super appellatione denegandas, eo ꝙ pdicta clausula natura sua habet appellationẽ impedire. de quo. ĩ. de appell. c. pastoralis. §. pterea. & ĩ. de app. c. pastoralis. in princi. cũ ibi no. Præterea dicit Hosti. ꝙ licet literæ delegatorum tacerent de processu habito coram ordinario, tamen de hoc non excepit mulier, nisi dicat, quòd post assignationem literarum fuit factus processus ordinarij, vt sic etiam non obstet. ĩ. de appella. c. vt debitus. Vlterius dicit Hostiẽ. quòd vt sit plana litera: & cessent omnia contraria in litera in verbo: *postulabat*. supple prius excipiendo, & posteà ex eodem petendo. Item in verbo negata. dicit quòd non negarunt interloquendo, sed petitionem non admittendo secundum Innocen. qui hoc notauit de oper. no. nunciatio. capitulo penultimo. in fine penultimæ glosę. & si. in verbo: *in principali opponatur*. quòd cum quęstio incidens talis esset sine qua principalis causa poterat terminari, non obstante appellatione, potuit in principali procedi. vt infra de appellatio. super eo. i. quicquid hic notetur per antiquos, solue vt ibi notatur. Item in verbo: *voluerunt*. subaudi & processerunt exceptione non admissa, alias voluntas quæ non processisset ad actum non induxisset grauamen. ad hoc infra titulo secundo. capitulo primo. de pœn. distin. prima. cogitationis. Item in verbo: *appellauit*. dic quòd potuit, licet in rescripto remota esset apellatio, quia hec causa est in iure expressa scilicet quòd ante omnia terminetur causa spoliationis. supra eodem in literis. & capitulo item cum quis. Hostien. per quòd videtur quòd id quòd scripsi post Martinum. s. in verbo, *obstaculo*. in fine. non procedit. argumen. eius quòd Innocen. de lit. contestatio. capitulo exceptionis. libro sexto. de quatuor casibus in quibus petens restitutionem coniugis exceptione repellitur notatis hic per Iono. in glos. penultima. vide hic per Bernardum in quarta glosa, & in his quæ scripsi supra vt lite non contestata. capitulo primo. in suppletione super glos. hic est vnus. & in glos. illa. & supra eodem ex transmissa. ad finem versu, & sic habes hic casum.

¶ Hic incipit notabilissimus tractatus de fructibus perpetuę memorię commendandus, & durat vsque ad finem huius decretalis grauis.

∴

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Fructus cum omni causa tum in actionibus bonæfidei, quam stricti iuris si ad id quod meum est agatur à tempore moræ, si petantur veniunt debereque iure actionis peti. & nu. 20.*
2 *In vi compulsiua & expulsiua siue petantur, siue non, fructus cum omni causa venire.*
3 *Actio petitionis hæreditatis eius est naturæ, vt in ea etiam si non petantur fructus, cum omni causa veniant.*
4 *Malæfidei possessores fructus omnes cum re ipsa præstare debent.*
5 *Bonæfidei possessores extantes tantum fructus resarciunt.*
6 *Bonæfidei possessor post litem contestatam omnes fructus restituit.*
7 *Malæfidei is dicitur esse, qui rem quam possidet alterius esse scit.*
8 *Totius & partis idem iudicium.*
9 *Bonæfidei possessor de fructibus consumptis non tenetur.*
10 *Quotquot sunt possessorum post litem contestatam æquiparantur.*
11 *Possessores omnes post litis contestationem de omnibus fructibus perceptis & percipiendis, siue extant, siue non, tenentur. & nu. 24.*
12 *Quo iure fructus nasci debeant.*
13 *Officium iudicis subsidiarium, locum sibi esse vbi actio deficit.*
14 *Possessorem sine titulo ad percepta & percipienda teneri Ray. est.*
15 *Errorem iuris fructuum adquisitionem non impedire.*
16 *Possessorem bonæfidei naturales fructus etiam perceptos suos nõ facere.*
17 *Possessori bonæfidei vt fructus suos faciat, quæ possessio requiritur.*
18 *In bonæfidei possessore continuatã fidem oportere, vt fructus lucretur.*
19 *Conditioni sine causa locum esse, quando ad alium res peruenit sine causa.*
21 *Vsuræ in obligatione non esse.*
22 *Possessor bonæfidei cum titulo colorato de fructibus consumptis minimè teneri, de extantibus secus.*
23 *Fructus expensarum quæ in ipsorum tum quærendorum, tum in conseruandorum gratia fiunt, deductione fieri intelliguntur.*
25 *Possessorem malæfidei à percipiendis fructibus titulum non excusare.*
26 *Possessorem malæfidei mora arguit.*
27 *Possessor malæfidei de omnibus fructibus percipiendis, siue à petitore, siue à possessore percipi potuerunt indistinctè tenetur.*
28 *Possessor bonæfidei post litem contestatam de fructibus quos honeste percipere potuisset, tenetur.*
29 *Bonæfidei possessorem per litis contestationem malæfidei possessorem non fieri.*

30 *Sola denunciatio malam fidem non inducit.*
31 *Culpa negligentiæ obnoxium ad fructus quos percipere omisit possessorem reddit.*
32 *Quod de fructibus qui à possessore, non actore percipere potuerunt, intelligit Bellemera. & nu. seq.*
34 *Quomodo fructus non percepti à possessore præstantur, vbi ad debitum agitur, vel ad id quod suum est.*
35 *Fructus, & iure actionis, & mercenario iudicis officio venire.*
36 *Dominium rei, & fructuum, non esse idem.*
37 *Quæ mercenario iudicis officio veniunt petitione non indigent.*
38 *Fructus principaliter, & directè venientes, actionis iure venire dicuntur, & petitione opus esse.*
39 *Fructus accessoriè venientes petitione non egent.*
40 *Condemnatio in percipiendis fructibus facienda est vbicunque mala fides deprehenditur.*
41 *Mobilium appellatione, neque nomina, neque debita venire.*
42 *Violentus possessor rem cum fructibus etiam qui percipi potuissent restituere, damna resarcire, & de iniurijs satisfacere compellitur.*
43 *Fructuum naturales alij, alij verò industriales. Item alij percepti, alij percipiendi. & nume. sequen.*
45 *Fructus coloni efficiuntur quomsmodo ab eo, vel eius nomine à solo separentur.*
46 *Quo modo formandus super fructibus libellus.*

¶ CAP. II.



Rauis. ¶ Queritur primo, qualiter veniunt fructus in actionibus bonæ fidei, vel stricti iuris. de quo notatur duodecima questione secunda non liceat. in glos. hic aduerte. & ff. de rei vendicatio. l. ex diuerso. in glos. etiam perceptorum. & ff. quòd metus cau. l. sed & partus. in glos. secunda. & instit. de re. di. § si quis à non domino. & de offici. iudic. § j. in glos sed de quibus fructibus. & ff. de vsuris. l. fructus. in glos. finali. & in Specu. parte secunda. titulo de fruct. & interesse § primo. & hic per Innocen. & Hostié. & per Bernardum in glosa penultima, & per Hostien. de procurato. ex insinuatione. vbi scripsi in octauo notabili, & per Henricum infra de iure patrona. cum dilectus. & in remissio-
5 nibus per eum ibi datis: vnde circa hoc dicit Innocen. † quòd vbi peto quòd meum est tam in actionibus bonę fidei, quàm etiam in actionibus stricti iuris, veniũt fructus, partus, & omnis causa à tempore morę. vt ff. de vsuris. l. videamus & l. mora § in bonę fidei. & ff. depo. l. prima § hanc actionem. & hoc verum si petantur expressè in libello: nam si expressè non petantur in libello, iudex non potest de his condemnare. ff. de edil. edict. l. ediles § item sciendum. ff. de vsuris. l. partum. & l. Paulus § finali. & l. sequenti eodem titulo. nam sine petitione condemnare non potest, nisi de his que post litem contestatam contingunt, illa enim omnia officio iudicis veniunt in
2 condemnatione vt in iuribus proximè allegatis. † Fallit in vi compulsiua, & expulsiua, hoc est in actione quòd metus causa, & in interdicto vnde vi, & in conditione. l. si quis in tantã. C. vnde vi. in quibus venit omnis causa, etiam si non petatur. ff. quòd metus causa. l. sed & partus. de vi & vi armata l. j § rectissimè. & l. idem est § vltimo. & l. si plures. & prędicta l. si quis in tantam. & quòd legitur & notatur supra quòd metus causa. capitulo finali. vnde & in interdicto agitur de accesso-
3 ria sine principali per prædictas leges. † Item fallit in petitione hæreditatis in qua etiam omnia veniunt ratione vniuersitatis. vt ff. de petitione hęredita. l. item videndum § finali. & l. & non tantum. & l. item veniunt § fructus. & per totum secundum eum. Pone ergo quòd ista quę accessoriè veniunt vt fructus, damna, & interesse non fuerunt petita, vel fuerint, aut non fuerint petita fuit lata sententia super principali, nulla facta mentione de illis, nunquid de cætero de eis agi potest? dicit Innocen. quòd non, & de cætero super hoc non potest ferri sententia, quasi super omisso. Inducit C. deposi. l. quarta. C. de vsuris. l. cos. primo responso. C. de fructib. & lit. expen. l. tertia. ff. de action. empti. l. qui pendentẽ. & l. qui per collusionẽ. ff. de eo quòd certo loco. l. in bonę fidei. & l. licet. secus si plura peterentur, non quasi accessoria, sed quasi principalia. vt prædicta. l. centum. nec est contra. ff. de exception. rei iudicat. l. si in iudicio. vbi videtur dici quòd in bonę fidei iudicio ad hæc accessoria agi potest exceptione rei iudicatæ non obstante, quia illa lex potius videtur facere pro parte ista, quia ibi loquitur quando ineptè agebat, & ideò fuit reus ab instantia iudicij absolutus secundum eum. quasi dicat quòd in hoc casu potest iterum aptam actionem proponere, quòd est verum, vt patet in eo quòd legitur & notatur supra de iudici. examinata. Sed hoc non dicit lex prædicta, imo loquitur quando de vno accessorio actum est ratione preteriti temporis, & nunc agitur de eodem ratione temporis quòd posteà fluxit, in hoc enim casu quando principalem actionem proponet, poterit ratione futuri temporis petere idem accessorium in qualitate, sed aliud in re, quòd in primo iudicio ratione præteriti temporis petitum fuit. & est ratio, quia aliud petitur nunc quam primo. vt patet ibidem, & eodem titulo. l. si quis cum totum. & l. cum quæritur. cum duabus legibus sequentibus. Subdit etiam Innocen. quòd interdicto vnde vi bene agitur ad accessoria, siue principali. vt ff. de vi & vi armata. l. idem § finali. & l. Si plures. Quotidiana est materia ista, & duas habet principales difficultates. Prima est, de fructibus perceptis. Secunda est, de non perceptis, seu percipiendis. Circa primũ occurrunt quatuor questiones principales, Prima est, à quo tempore fructus percepti debentur. Secunda est, quo iure petantur. Tertia an petitio sit neccessaria. Quarta est, quid si in sententia Iudex de fructibus non fecerit mentionem, de quibus per ordinem videamus.

¶ Queritur ergo secundo principaliter à quo tempore fructus debeãtur. ecce habes istam materiam per Cynũ tractatam C. de rei vendicatione. l. certum in oppositione ad quam te remitto. Et vt ad breuia te reducam tres conclusiones mẽti tene,
4 quas tibi explicat per ordinem per. l. certũ. Prima est † quòd malę fidei possessores omnes fructus cum ipsa re pręstare debent. vt. j. declarabitur. & sic etiam perceptos, extantes, & consumptos, & sic etiam pro semper si semper fuerunt malæ fidei possessores, à tempore, & pro tẽpore pro quo possessores malæ fidei extiterunt vt. j. declarabitur. Secunda conclusio est,
5 † quòd bonæ fidei possessores cum quibus lis contestata nõ fuit solum habent præstare fructus perceptos, & tempore petitionis extantes, & sic non tenentur nisi à tempore morę. vt hic notatur
6 tur per Innoc. Tertia conclusio est, † quòd bonæ fidei possessores cum quibus lis iam extitit cõtestata, tenentur ad vniuersos. j. etiam ad consumptos, videlicet à tempore litis contestatę. Et loquitur prædi. l. cũ petitur aliquid tanquam suũ: quia in titulo de rei vendicatione collocatur, & has tres questiones ponit hic Bernardus in vltima glosa. versu. cum hac distinctione. quam glosam ante omnia hic premittere habes, Salua prima conclusione, quam Bernardus videtur velle distinguere vt dicam. j. in vij. questione. De prima questione tractat Cynus C. de rei vendicatiõe. l. si fundum. & in pręd. l. certũ. post principium colomnę secundæ. & licet glosa distinguat inter titulũ habentem & non habentem, tamẽ Cynus tenet post Petrum quòd indistinctè malæ fidei possessor quantumcunque titulũ habeat tenetur etiam de percipiendis, quia in culpa est negligẽdo fructus, à qua culpa non excusatur propter titulum, ex quo scit rem esse alienam secundum eos, & qualiter dicantur percipiendi, spectat ad materiam secundę difficultatis principalis. Dicit tamen Collectarius quòd si celeriter malam fidem superuenientem purgaret, excusaretur, quo ad perceptos. ar. de re. eccle. non alie. Si quis presbiterorum. & de locato capitulo potuit. Sed non placet. quia postquam tenetur ad restitutionẽ non purgat, nisi restituat. j. de reg. iuri. capit. peccatum. lib. vj.
¶ Sed queres Qualiter comprobatur quis esse in mala fide
7 † certè qui scit rẽ ad alium pertinere, quam possidet in mala fide est & hoc est clarum secundum ea quæ no. j. de regu. iuris. possessor. lib. vj. Et idem si credit rem ad se nõ pertinere, quia

eo ipso

eo ipso æstimare debet ad alium pertinere. & si nesciuerit ad quem pertineat. C. vnde vi. l. cum quærebatur. Conuincatur autem de hoc, si dum emit & recepit rem à possessore denunciatum sibi fuit quòd ad illum minimè pertinebat. C. de rei vendicatio. l. si fundum. & hoc verum dum credidit denunciantem ius denunciandi habere, vel saltem de hoc verisimiliter dubitauit, secus si sciret eum ius denunciandi non habere, vt post Dynum scripsit Cynus in prædicta. l. si fundum. vbi prosequere, licet recitet hic Collecta. Si vero pro aliquo tempore fuit possessor bonæ fidei, & pro aliquo tempore fuit malæ fidei, tunc quoad restitutionem fructuum perceptorum etiam consumptorum pro tempore quo fuit malæ fidei iudicatur, vt de malæ fidei possessore, & pro tempore quo fuit bonæ fidei, vt de bonę fidei possessore. vt. ff. de acquiren. re. domi. l. bonę fidei. § primo. Sed quoad faciendum fructus suos licet tamen restituendos, distinguitur inter illum qui à principio habuit bonam fidem, & post cepit habere malam, qui quoad hoc illi æquiparatur qui semper habuit bonam fidem. vt. ff. de vsuris. l. qui scit § vltimo. & illum qui à principio habuit malam fidem, & posteà incipit habere bonam: quia post tempus quo habuit malam fidem æquiparatur in omnibus malæ fidei possessori. vt scripsit Cynus post Pe. in prædicta. l. certum. Et reffert hic Collecta. dicens idem notari per Innocen. supra eodem in literis. in principio. Subdit Collect. quòd si malam fidem superuenientem celeriter purgaret quantum ad fructus perceptos excusaretur. argumen. infra de reb. eccle. non alien. capitulo si quis. de locato. c. potuit. Sed non valet hoc. quia in illis iuribus valet purgatio moræ quoad pœnæ euitationem, non autem quoad rei alienæ retentionem, quòd hic esset, si fructus perceptos propter celerem rei restitutionem lucraretur. & probatur prædicta prima quęstio in fine decretalis istius, vbi dicitur, *violentum possessorem*. eo quòd à sui principio fuit possessor malę fidei teneri ad omnes fructus eũ percipiẽdos.

¶ Secunda conclusio habet dubium duplex. Primum est, de tempore moræ contractæ, & malæ fidei superuenientis, ante litem contestatam. Secũdum est, de consumptis fructibus de quibus possessor bonę fidei locupletior est effectus. Quoad primum voluerunt aliqui dicere, quòd licet quoad petitionem hęreditatis veniant fructus etiam ante litem cõtestatam à tempore malę fidei superuenientis. vt. ff. de petitio. hęredit. l. sed & si lege commissoria. § si ante. tamen secus, cum agitur rei vendicatio. Veruntamen glossa in prędicto § si ante. notat contrarium, scilicet quòd idem est in rei vendicatio. quòd in hæreditatis petitione. Et idem sentit hic Innocen. cum dicit, quòd in actionibus bonę fidei, & stricti iuris, veniunt à tempore more. & hęc fuit opinio Iacob. de Rauen. quæ videtur placere Cyno in. l. certum. ratio sua est, quia statim quòd est malæ fidei non debet negligere fructus hãc puto veram, quam regulam habeo quòd malæ fidei possessor tenetur præstare vniuersos fructus. vt prædicta. l. certum. igitur si talis est pro aliquo tempore, licet ante litem contestatam pro illo fructus pręstabit vniuersos: † quia idem debet esse iudicium de toto & parte. ff. de rei vendica. l. quæ de tota.

¶ Quo ad secundum solet distingui inter fructus naturales, & industriales, vt de naturalibus consumptis, teneatur in quantum factus est locupletior. & intelligatur glos. quę est instit. de re. diui. § si quis à non domino. sed secus de industrialibus, de quibus post consumptionem non teneatur, etiam in quantum factus fuerit locupletior, & sic intelligatur glos. contraria quæ est instit. de offi. iudi. § j. & notatur etiam hæc distinctio ff. de rei vendicatio. l. ex diuerso. & merito secundum Nouellam industriales dicuntur, quia vt dicit Hieronymus super Isaiam. Sudore, & labore nimio ad vbertatem fructuum venimus, & quomodo grandis pœna est, quando tempore collationis perduntur. vide eundem Hieronymum super Oleę. Nec valet secundum Petrum de bellapertica distinguere quo ad industriales titulum habentem, à titulo non habente, quia titulus nihil facit, ad acquisitionem fructuum, quoad rei vendicationem. nam qui bona fide consumpsit desijt possidere sine dolo, & sic officio iudicis ad eos non tenetur. vt prædicto § si quis à non domino. &. ff. fini. regundo. l. quarta § post litem. licet conuentus hæreditatis petitione qui titulo caret de consumptis, de quibus factus est locupletior teneatur. vt. ff. de petitio. hæred. l. sed & si § quòd autem. & § consuluit. & l. itẽ veniunt § eos. ratio enim ibi est, quia in petitione hæreditatis conuenitur possessor vniuersali iudicio in quo comprehenduntur nedum fructus. sed etiam æstimatio eorundem, vide licet si consumpti sunt, & in quantum possessor factus fuerit locupletior. nam precium huiusmodi æstimationis ibi succedit loco rei. sed iudicium rei vendicationis est singulare, nec competit nisi ad rem ad quam petitio est formata. Et ideò cõtra bonæ fidei possessorem qui fructus tales consumpsit nullum remedium competit, quia ibi non succedit precium loco rei. Super quo omnino vide Cynum C. de rei vendicatio. l mater. Sed reuera hęc ratio ęquè in naturalibus sicut in industrialibus vrget, nec apparet ratio diuersitatis, sed eadem videtur æquitas vtrobique. & ideò videtur quibusdam potius dicendum, quòd prædicta distinctione resecta, de consumptis siue industrialibus, siue naturalibus bonæ fidei possessor rei vendicatione conuentus minimè teneatur. nec obstat opinio quæ habet quòd bonæ fidei possessor facit industriales suos, sed non naturales. Primo, quia negari posset. Secundo. quia dici posset, quòd licet faciat industriales suos, non tamen reuocabiliter. quia restituendi sunt, quare ergo non competit in industrialibus consumptis sine cã repetitio sicut in naturalibus? non apparet, quia eadem æquitas est quo ad restitutionem in meo, & in mihi debito secundũ quosdã, qui per hoc dicere volunt indistinctè quòd nedum de naturalibus, sed etiam de industrialibus tenetur possessor bonæ fidei rei vendicatione conuentus in quantum factus est locupletior ad instar petitionis hęreditatis, cum sit eadem ęquitas vtrobique. & sic habes hic tres opiniones quarum prima distinguit, & secunda indistinctè negat, & tertia indistinctè affirmat.

¶ Quid ergo dicendum. Ioan. Fab. in § si quis à non domino. videtur esse in tertia opinione, tamen Pet. de Bellapertica. in prædict. l. ex diuerso. videtur tenere primam opinionem quo ad fructus industriales, dicens quòd de consumptis non teneatur bonæ fidei possessor, etiam in quantum factus est locupletior. tamen Ioan. Nico. & Ioan. Rol. sequuntur opinionem vltimam dicẽtes, quòd imo bonæ fidei possessor tenetur de consumptis industrialibus, in quantum factus est locupletior, & probant sic, quia vbi est æquum dari actionem, & non est alia datur in factum. vt. ff. de præscriptis. verb. l. quotiens. sed vbi percepisti fructus de fundo meo, & ex hoc factus locupletior, ęquum est te mihi teneri. vt. ff. si certum petatur. l. si me & Titium. & l. si enim seruum. eodem titulo. & ff. de condi. indeb. l. nam natura. Secundo probant sic, quia hoc habet locum in naturalibus, ergo & in industrialibus ex identitate rationis. Tertio, quia si diceret contrarium, aut hoc, quia illud dictaret ęquitas, vel quia cessaret hoc casu, & hoc non, per proximè dicta, aut quia possessor illorum factus fuit dominus, & hoc nõ quia eadem ratione, nec de extantibus tenetur contra prædic. l. certum. Quarto quia in petitione hæreditatis habet locum illud. igitur & in rei vendicatione, cum ęquiparentur. ff. de rei vendicatio. l. sin autem § sed & si is non ob. ratio Petri quę fundatur in hoc, quòd possessor factus fuis illorum dominus, & illos desijt sine dolo possidere, quia licet ista rei vendicationẽ excludant, non tamen excludunt simpliciter omnem actionem. sed sustinendo Petrum prędictæ rationes etiam faciliter soluerentur, primo enim æquitas primam rationem respiciẽs demum cum res mea peruenit ad alium, vendicat sibi locum. & ita loquuntur leges ad hoc supra allegatę. non sic in proposito, quia fructus industriales nunquam fuerunt proprietarij. sed solius possessoris, vt patebit infra. per hoc responsum est ad secundam, quia dominium fructuum naturalium proprietarij est, & non possessoris. vt prędicto § si quis à non domino. ratio de industrialibus, quia magis ex propria negatione, quàm ex aliena re possessor videtur acquirere. ff. ad leg. fal. l.

tertia.ff.de hæred. vel actio.vendi.l. venditor ex hæreditate.
circa medium.nec obstat tertium,cum infers aduersus prædi
cta, quòd eadem ratione non teneretur de extãtibus.nam ma
ior æquitas est in extantibus.nec veniunt illi ex principijs di-
rectę actionis,sed solum officio iudicis, propter æquitatem.
Ad quartum dicitur, quòd in petitione hęreditatis propter
maius periculum iura aliud statuerunt.ff.ad carbo.l.prima.§.
Sed & si quis.infra de electio. vbi maius. posset enim totum
expendere in graue hæreditatis præiudicium, & hæredis.
Et quia fructus hęreditatem augent. vt.ff.de de peti hæred.l.
item veniunt.§.fructus.secus in rei vendicatione, & re singula
ri.tum quia consumpti sunt sine dolo: tum quia vendicãs do
minus nunquam fuit:tum quia vendicatio formata ad certũ
quid aliud non comprehendit, vt dixi.nec obstat.l. quarta.§.
post litem.allegata.quia potest intelligi de cõsumptis,de qui
bus non est factus locupletior, qui æquiparantur non perce-
ptis. vt institu.de offic.iudi.§. illorum.vers.si verò. Bertrãdus
autem caprioli tenet cum Petro probans, quia textus dicen-
tes possessorem de consumptis non teneri, loquuntur genera
liter. Igitur generaliter sunt intelligẽdi.argumentum.ff.de le.
præstan.l.prima.§.generaliter. Secundo probat,quia dicit tex
tus quòd si bonæ fidei possessor fructus perceptos cõsumpsit
eos lucratur.ff.fini.regundo.l. quarta.§. post litem.allegato.
quæ verba debent intelligi cum effectu.infra de sponsal. ex li
teris. & tamen nullum esset lucrum in effectu si restituere
teneretur. Tertio quia etiam ad fructus extantes nulla compe
tit actio. sed solum officium iudicis. vt insti.de officio iudicis
.§.primo. Ergo multo minus si sint cõsumpti: non enim pos-
set dari actio eo quòd consumpti. vt eodem titulo .§. illorũ.
versu si verò.nec quia locupletior, quia illis extantibus magis
locuplex foret. & sic non apparet ex quo actio oriretur.argu
mentum.ff.de fur.l.serui & filij. Præterea nec officium iudicis
competere potest, quia non officiũ iudicis merçenarij, quòd
actioni deseruit, quia fructus non extant, super quibus tale of
ficium resideret, nec apparet actio cui tale officium deserui-
ret, nec etiam officium nobile, quia illud est extraordinariũ,
& subsidiarium. vt. ff. de minor.l.in causæ. quòd non com
petit, nisi in casu expresso. vt.l. quòd si minor.§. finali eodem
titulo. nec sequitur ita est in petitione hæreditatis, igitur & in
rei vendicatione, quia fructus & fructuum æstimationes hæ
reditatem augentes. vt.l. item veniunt.§. fructus in hæreditate
computantur. vt.l. si rem vel prætium eodem titulo. sed secus
in rei vendicatione, quę est iudicium singulare, & vnam solã
rem singularem petitam continet. vt.ff.de rei vendicatione.l.
prima.allegat textum.ff.de vsuris.l.pactum.

¶ Ego autem idem putans indistinctè adhęreo opinioni secũ
dę, & vltra motiua Petri & aliorũ, moueor propter duo. Pri-
mum est propter iudiciorum consuetudinem, quæ est legiti
ma legum interpres.de consuetudine.cum dilectus.ff.de legi.
l.si de interpretatione. secundum quam nusquam condemna
retur possessor ad illos, & quia cõtrarium ponere esset facere
lites inexterminabiles.

9 ¶ Secundo me monet, † quia regula habet, bonę fidei posses
sorem de consumptis fructibus non teneri, sed eos facere lu-
cri, vt.l. certum.§. post litem. & .§. illorum allegatis. cum simi-
libus. quam regulam reperio fallere in vnico casu. scilicet in
hęreditatis petitione. & rationem fallentiæ pluries dixi supra
non autem reperio eam fallere in rei vendicatiõe, nec in alijs
singularibus actiõibus. Igitur stabo regulæ & iuri cõmuni in
illis. vt.ff.ad municip.l.j.in fine.

¶ Tertia conclusio habet, quòd bonæ fidei possessores cum
quibus lis iam extitit contestata, tenentur ad fructus vniuer-
sos idest etiam ad consumptos videlicet à tempore litis con-
10 testatæ & est ratio, † quia post litem contestatam omnes
possessores efficiuntur pares, & æquiparantur possessores bo
næ fidei possessoribus malæ fidei, ab illo tempore quo ad om
11 nium fructuũ restitutionẽ. † ab illo enim tempore tenentur
omnes de perceptis & percipiendis, & de extantibus, & con-
sumptis. vt præd.l. certũ.in fin. & .ff.de peti.hæred.l.sed & si le
ge commissoria.§.si ante litem contestatã. & est ratio ratiõis,
quia litis motio & contestatio vim cuiusdem solennis denun
ciationis operatur. s. de restitutiõe facienda, & per cõsequens
si post talem denunciationẽ fructus negligit, vel eos cõsumit,
in mala fide, se constituit. & ideò propter malã fidẽ ad omnes
tenetur. ar. C. de rei. vendica.l. si fundũ. & quia in hoc voluit
legis auctoritas fauere actioni. vt moræ litis actori nõ præiu
dicent. sed omnia ad tempus litis cõtestatę reducãtur. vt.ff.de
rei vendi.l. si post acceptum. & melius eodem tit. C.l. morę.
12 ¶ TERTIO principaliter quęritur, † quo iure petantur
fructus. Pet. de bel. par. in præd.l. ex diuerso. & in pręd.l. cer-
tum. vt ibi scripsit Cyn. in. vj. q. circa hoc sic distinguit: quia aut
loquimur de naturalibus aut de indrustrialibus. Si loquimur
de fructibus naturalibus, tunc aut loquimur de fructibus pen
dentibus, & tunc dic quod eadem actione petuntur: qua & ipsa
res. s. rei vendicatiõe: quia dum pendent, pars rei sunt. vt.ff. de
rei vendi.l. fructus pendẽtes. de act. emp.l. Quintus Mutius.
ad.l. fal.l. in lege falcidia placuit. Aut sunt separati & extantes
& tunc petuntur rei vendicatione. sed non eadem qua & ipsa
res. nam sunt ipsius domini: quia tales nullius bonę fidei pos-
sessoris sunt. vt. .ff. de vsur.l. fructus. Aut sunt consumpti a bo
næ fidei possessore, & tunc non tenetur nisi in quãtum factus
fuerit locupletior. non enim erant sui, ideo non debuit de eis
locupletari, cũ iactura proprietarij. vt.l. si me & Titium. vel
certi conditiõe generali. vt.l. certi. conditio. eo. titu. & dicit
eum locupletari si tantum de suo alijs expendisset. vt.ff. de
peti. hæred.l. sed & si lege cõmissoria.§. quos autẽ. de quo satis
scripsi. s. quęstione proxima.§. quo ad secundũ. Aut sunt con
sumpti à malę fidei possessore, & tunc ipse tenetur conditiõe
sine causa. vt. C. de conditione sine cau.l. iij. Item vtili rei ven
dicatione, quia dolo desijt possidere. ff. de rei vendi.l. qui peti
torio. ff. de reg. iur.l. parem. & hęc de fructibus naturalibus.
De industrialibus autem dicit, quòd si percepti sunt à bo-
næ fidei possessore facti sunt sui. ff. de vsur.l. qui scit.§. j. versic.
porrò. & .l. fruct⁹. ff. de acqui. re. do.l. bonę fidei emptor. insti.
de re. diui.§. si quis à non dño. & ideò non põt teneri pro eis
rei vendicatiõe. tamen si extãt, tenetur illos restituere officio
iudicis. institu. de offi. iudi.§. & si in rẽ. & in .§. illorũ. ver. si ve
rò bona fide. ibi: dũ dicit consumptorũ à contrario sensu, &
prędicto.§. si quis à non dño. in fi. & .ff. fini. regun.l. iiij.§. post
litem. & pręd.l. certũ secundo responso. ¶ Plus dicit Bartho.
quod etiam pro fructibus quos possessor non facit suos cõpetit
etiam officiũ iudicis, per quod cogi põt possessor ad restituẽdi,
eo quod æquitas illius officij plus exuberat isto casu. sed nõ pla-
13 cet mihi. † quia istud officiũ est subsidiariũ & datur loco actionis
deficientis, & ideò cõpetente ordinario remedio actiõis cessa
re debet. ff. de mino.l. in cãæ. & .l. quod si minor in fine. Si autẽ cõ
sumpti sunt nunquã tenetur etiã si factus sit locupletior: quia
eos lucratur pro cultura, & cura. vt .§. si quis à non dño. & .§.
post litẽ. allegatis. Et prędicta etiã habes notata in spe. parte. ij.
ti. de fructib⁹ & interesse.§. primo circa principiũ. ver. & indu
strialibus autẽ. ibi plenius. & vide etiã omnino quod ibi sequitur
pro ijs quę. ?. proxime sequitur. Caue tñ quia Bartholus in
præd.l. fructus. ff. de rei ven. voluit opinari quod bonę fidei posse
ssor de fructib⁹ industrialib⁹ ab eo pceptis & cõsũptis de qui
bus factus est locupletior tenetur conditione sine causa fun-
data in ęquitate pręd.l. si me & Titiũ. quia illa ęquitas non so-
lum habet locũ, si aliquis est effectus locupletior ex re mea,
sed etiã si ex mihi debita. vt ibi patet. Constat autẽ quod fructus
industriales pcepti ex re mea, licet non sint mei, tñ sunt mihi
debiti, deberi enim dicitur etiã quod officio iudicis venit. ff. de ver
bo. signi.l. pecuniæ. sa ff. de rei vend.l. item si verberatũ.§. j. vers.
nam & si fructus. nisi intelligas de naturalibus. & videtur hoc
expressũ secundũ eũ. ff. de cõdi. inde.l. indebiti. in prin. & quod ibi
notatur. vrget rõ, quia si hoc est in petitione hæreditatis vbi pe
titor habet minus iuris, ergo multò magis in rei vẽdicatione,
vbi maior est ęquitas ex parte petentis, vt. ff. de rei vendi.l. offi
cium. & hæc placet mihi, & forte ad hoc redibo.

¶ Si autem percepti sunt à malæ fidei possessore, tunc si extãt
petuntu

petuntur rei vendicatione quia tales non facit suos. vt. ff. de acqui. re. do. l. qui bona fide. & . l. bonę fidei emptor. § incōtrariū & prædicto. § si quis à non dño. versi. ei verò. allegato. Si verò eos consumpsit, tunc tenetur conditione sine causa. l. malæ fidei. vel rei vendicatione vtili. quia dolo desijt possidere, vt dixi in alio mēbro. Si verò percipiens primo fuit bonæ fidei, & posteà malæ fidei, tūc ꝓ tēpore quo fuit bonę fidei vt de bonę fidei possessore, & pro tēpore quo fuit malę fidei, vt de malæ fidei possessore reputat esse dicendum argumen. ff. de rei vendicatione. l. quę de tota. & prædict. l. qui bona fide. Saluo ꝙ hęc differentia est, quia ille qui semper fuit bonę fidei possessor non tenetur de consumptis. sed ille qui primo fuit malæ fidei possessor, & posteà bonę fidei, teneretur de consumptis tempore bonę fidei, quia in culpa esset si consumeret secundum eum.

¶ Quid dicendū? primo videamus nunquid sit verū id ꝙ Petrus videtur dicere atq; supponere. videlicet, quòd bonæ fidei possessor fructus naturales ab eo perceptos non facit suos. glo. Accur. in. l. ex diuerso. videtur cum Petro tenere, quòd illos non facit suos. Collectarius autem allegat notata Inno. infra de rebus eccle. non alienand ad nostram. & de loca. capitulo propter. in fine. & glosæ de foro competen. cum dilectis. in fine. & Cardi. de reb. eccle. non aliena. dndum. in fine li

14 bro. vj. † & Ray. in rubrica de pœna symoniæ tenentis quòd quicūque possidet rem sine titulo, tenetur ad percepta & percipienda. & idem si habet titulum Dynus de regulis iuris capitulo primo. & Ioan. duodecima quæstione secunda. non liceat. & Hostien. in summa. de pœniten. & remissionibus. § quibus & qualiter. versicul. quid de prædonibus sed istos omnes intelligit, vbi nō habent titulum, & sunt malæ fidei possessores, vbi enim essent bonę fidei possessores facerent eos suos in foro contentioso secundum Bernardum & Innocen. Si tamen contraherent contra iura esset iuris præsumptio contra eos. Ideò non audirentur nisi præsumptionem purgarent. infra de de regulis iuris qui contra. libro. sexto. sed vbi non contrahunt contra iura præsumitur bona fides, vt sic faciant fructus suos secundum eum. Et refert aliqua de notatis per Innocen. supra eodem in literis. in pricipio. Item quòd nullus possessor etiam bonæ fidei fructus naturales faciat suos, tenet Speculator parte secunda titulo. de fructibus & lit. expensis. § primu in principio. versicul. dic igitur. respondens ad legem bonæ fidei emptor. quòd ibi vide. & videtur textus. ff. de vsuris. l. fructus. allegata. vbi omnino vide Accur. in glosa finali. sed in contrarium, videtur quòd imo omnes tales fructus percipiendi faciat suos. quia textus dicit quòd idē ius habet in fructibus sicut dominijs. vt. ff. de vsuris. l. qui scit. § j. vers. porrò. modo dominus rei efficitur dominus fructuum suæ rei quam possidet ff. de rei vēdi. l. solū. § meum. Item quia maius ius habet in fructibus perceptis, quam vsufructuarius. vt prædict. l. qui scit. § preterea. & tamē fructuarius omnes suos facit. vt. ff. de vsufruct. l. vsufructu legato. Item videtur casus in prædict. l. bonæ fidei emptor. Distingunt quidam, quia aut bonæ fidei possessor habet titulum & tunc facit omnes fructus suos aut non habet titulum, & tunc secus. sed in contrarium videtur prædict. l. fructus. vbi nullum habebat titulum. Sed respondent quòd ille titulus reducitur ad non titulum: quia talis donatio non valet. vt. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. j. ij. & . iij. sed ista distinctio mihi non placet. & primo quia l. fructus. in fine dicit generaliter, ꝙ nec cuiuslibet bonę fidei possessoris fiunt huiusmodi fructus naturales, quia non ex facto eius ij fructus nascūtur. Item quia habere titulū, vel non habere, quo ad hoc nihil facit, ed quo ad solum consideratur possessio cum bona fide. Item volunt iura ꝙ alicui per seruum ab eo bona fide possessum, ex re, & ex operis eius acquiratur, eo quòd opera serui in compensationem alimentorum suorum, videtur esse possessoris alimenta prętantis. vt prædicta. l. qui bona fide. ff. de acqui. rer. domi. & . l. acquiritur. § idē pla. et eod. tit. modo fructuum perceptio & inquisitio fienda per seruum ęquiparantur in iure. vt. ff. de acqui. rer. domi. l. quæsitum. in fine. ergo in cōpensationem operarum efficiuntur fructus industriales possessoris, Igitur secus in naturalibus, eo quòd in naturalibus cessat ratio de industria, opera, & cultura. argmentum. ff. de iure patro. l. adigere. § quamuis. Alij dicunt quòd si lucratiuus sit titulus, non facit suos, secus si onerosus. sed non placent prædicta. Philip. de ponte dicit, quòd bonæ fidei possessor facit fructus naturales suos, si nō errat in iure, secus si in iure errat. ꝓ primo in. l. bonę fidei emptor. & pro secundo, in. l. fructus. sed adhuc non placet, quia attento iuris errore par est causa naturalium, & industrialium. Item quia. l. fructus in fine lo-

15 quitur generaliter de omni possessore, vt dixi. Itē quia † error iuris non impedit acquisitionem fructuum vt prędic. l sed & si lege cōmissoria. § scire. Item quia potiora iura allegans audiri debet. C. de edic. Diui Adria. tollen. l. finali. sed magis habet dominus proprietarius, quàm possessor in fructibus naturalibus, cum nascantur sine facto ipsius possessoris. vt prędict. § meum. & patet, quia pro eis publicianā contra dominum non haberet. vt. ff. de publiciana. l. pe. & final.

16 ¶ † Concludo igitur indistictè ꝙ possessor bonæ fidei fructus naturales ab eo perceptos non facit suos. & hanc etiam tenebant in cathedra Ioan. Nico. & Rollandi, & Bertrand. caprioli. Ad cōtraria respondeo, & primo cū dicitur, ꝙ idē ius habet in fructib⁹ bonæ fidei possessor vt dñs. respōdeo illud verū in industrialib⁹ in quib⁹ loco dñi habet. Ad aliud cū dicit ꝓ maius ius habet in fructib⁹ bonę fidei possessor quā vsufructuarius, respōdeo, ꝙ illud est verū in industrialibus, secus enim est in naturalibus, quia in naturalibus maius ius habet vsufructuarius, quā bonæ fidei possessor, eo quòd vsufructuarius fructus percipit, de domini voluntate. Sed quæ est differentia inter istos quoad industrales? dicit Accursius quòd bonæ fidei possessor facit illos suos, statim quòd separati sunt, etiam à quocunque, & quocunque nomine separentur. sed non vsufructuarius nisi ipse eos percipit. inducit l. si vsufructarius messem. ff. qui. mod. vsufruct. amitt. quæ potius facit contra. vnde non placet Iac. de Rauen. neque dominus supra ꝓximis. Dicūt ergo quòd ista est differētia, quia bonę fidei possessor fructus huiusmodi industriales facit suos. statim ꝙ sunt separati à solo, etiam à quocūque, & quocūq; nomine separentur. sed vsufructuarius non facit illos suos, nisi nomine ipsius fuerint separati. argumen. insti. de re. diui. § is verò. & . l. qui scit. § pręterea. alleg. & de admi. le. l. in singulos. in fine. & . ff. de vsufruct. l. defuncta vsufructuaria. & hoc placet, quia si per se ipsum percipiat, casus clarus est per proximè allegata, & intelligo separatos à solo, statim ꝙ à terra separati sunt vt. ff. de rei vendica. l. antepenul. Si verò ab alio nomine vsufructuarij percepti sunt per inde est, ac si ipse per se ipsum percepisset. vt. ff. de admi. tut. l. ita autem. § gelsisse. & . ff. de iudi. l. rectè defendit. ĵ. de reg. iur. qui per alium, libr vj. & pro hoc videtur textus. ff. qui. mo. vsufruct, amit. l. si vsufructuarius messem. allegata si bene inspicitur. licet Accursius alleget eam contra. Ratio autem diuersitatis est inter istos, quoad fructus industriales, per alium non istorum nomine a terra separatos: quia aut bonę fidei possessor possidet opinione domini, idest tanquā dominus, alias non haberet publicianam, nec vsucaperet. ff. de publiciana. l. quecunque. § primo. & . ff. de nox. l. si seruus depositus. & . ff. de vsucap. l. si pignori Sed vsufructuarius non possidet opinione domini. vt, ff. de acquiren. rer. domi. l acquiritur. Ideò non facit illos suos nisi ratione iuris sui, puta si vtatur fruatur Sed si nec ipse, nec alius pro eo illos separat à solo non fruitur. argumētum pro hoc in prædicta. l. bonę fidei emptor. Facit pro primo, quia alius percipiendo non impediret quominus domino acquirerentur. Ideò eadem ratione nec impediret quominus acquiretur bonæ fidei possessori. argumentum. ff. de regul. iuris. l. id quòd nostrum. secus tamen in vsufructuario, quia vsufructus factum requirit. vt. ff. quando dies vsufruct. legat cedit. leg. vnica. Ideò non mirum si factum fruitionis

ineorũ acquisitiõe requiratur, vt. C. de pact. l. traditiõibus. Ad. l. bonæ fidei emptor. respondent prædicti domini tenendo opinionem Hugõis quam ibi scripsit Accur. super verbo omnes, vt verbum omnes intelligatur non de naturalibus, sed de industrialibus, non tamen ex ipsius bonæ fidei possessoris: sed ex alterius industria prouenientibus, & pro hoc facit verbum pene ibi positum cum glosa sua. Super quo omnino vide quæ scripsi infra eodem capitulo in. xiij. quæstione. §. tertio. de diuisione. versu alia diuisio. quia fructuum, &c.

¶ SECVNDO videamus, nunquid ad hoc quòd bonæ fidei possessor faciat fructus suos sit necesse quòd habeat titulum? & videtur quòd sic: quia aliter non videtur posse habere bonam fidem. ff. de petit. hære. l. nec vllam. in principio. & ideò leges communiter dicũt bonæ fidei emptor, & cętera. vt prędic. l. bonę fidei. Sed Accur. & domini præ libao tenent cõtrarium. quòd intellige, vbi aliunde potest causari bona fides, vt puta ex iusto errore. vt. ff. de acqui. rer. domi. l. qui bona fide. iuncta. l. quæsitum. in fine. eodẽ titulo. Item patet hoc, quia bona fide hæreditatẽ possidens non tenetur nisi inquantum factus fuerit locupletior. vt. ff. de peti. hæred. l. sed & si lege. §. consuluit. & l. item veniunt. §. eos. & tamen talis non habet titulum, quia si sic non daretur petitio hęreditatis contra eum. ff. de petiti. hęred. l. regulariter. & C. in quibus cau. datur long. tempo. pręscript. l. hæreditatem. & facit quòd scripsi supra eadem quęstione. §. distingunt quidam. Vide etiam Cynum circa hoc in prædicta. l. certum. in tertia quęstione. qui respondet quo ad hoc, & §. si quis à non domino. allegato. dicens quod ibi loquitur de titulo ex habundanti. dicit etiam ꝙ prędict. §. post litem. & prędict. l. qui scit. §. primo. in fine. ad hoc per Accursium allegatis hoc nõ probant, sed tamẽ stat cum Accur. per prędict. §. eos qui. & prędict. l. sed & si. §. scire. Caue tamen quia Iacobus de Arena, & Bartholus, & eorum sequaces tenent contrarium de bonæ fidei possessore titulum habente dicentes, quòd talis fructus naturales facit suos. per prædictã legem bonę fidei emptor. in principio, quia ibi dicit quòd bonę fidei emptor facit fructus non solum quos percipit sua diligentia sed omnes, vnde vt sit bona aduersaoo oportet intelligi. l. sed oẽs. scilicet quos non sua diligentia percipit alias ad pręmissa non aduersaretur, vt est ratio secundum eos, quia ratione possessionis efficiuntur sui, non ratione seminis, & curę. vt. ff. de vsuris. l. qui scit. §. in alieno. Sed reuera ratio eorũ nihil valet, quia sicut ratione seminis, & curę fructus non efficiuntur illius, qui seminat, vel curam prębet, possessione circunscripta in quo casu solum loquitur. §. in alieno. Sic nec ratione tituli, vera proprietate carentis etiam possessione circunscripta fructus efficerentur titulum habentis. licet autem reperiam quòd hęc duo, videlicet possessio & indurustia sufficiunt ad fructuum acquisitionem. vt prędict. l. qui scit. §. primo. versu porrò. & melius eod. titulo. l. fructus. in principio. Reperio tamen quòd possessio bonę fidei vnacum titulo ad hoc non sufficit, vt prędicta l. fructus. in fine. & ad legem bonæ fidei emptor. in principio. potest dici quòd l. suos refertur ad vsum, & non ad proprietatem. & hoc ibi denotat verbũ interim. & gl. interlinearis posita super illo verbo. Et facit quòd ibi dicit loco domini pene est cum glo. interlineari posita superiori verbo pene. & aliã solutionem ibi habes in glo. quarta. & in glo. sequenti. & ideò pręmissis non obstantibus magis credo quòd nec etiam bonę fidei possessor cum titulo, naturales facit suos. de accessionibus verò ciuilibus dicit Bartholus, quòd si opera, & industria possessoris perceptę fuerint, fuerit possessoris, vt quia locauit. tunc enim soluens ei liberatur, & faciunt. ff. de cõdi. inde. l. si vrbana. in principio. alias posset esse dubium. Super quo remittit ipse ad notata sua in prędict. l. si vrbana, quę est valde notabilis, ad ista secundum eum

17 ¶ TERTIO videamus, † quę possessio est necessaria bonæ fidei possessori, ad faciendum fructus suos. super quo Bartholus in repetitione prædict. l. fructus. ff. de rei vendica. solum remittit ad notata sua. ff. de vsufruct. l. si fur. & de acquiren. pos. l. iij. §. econtrario. vbi plenè secundum eum. Cyn. hanc pertractat in prædict. l. certum. quæstione secunda. videtur quòd naturalis eo quòd naturali ratione fructus fiunt bonæ fidei possessoris, pro cultura & cura. vt. §. si quis à non domino. & quia vsufructuarius qui facit fructus suos possidet naturaliter. ff. de acquiren. posses. l. naturaliter in principio. & non ciuiliter. ff. de acqui. rerum domi. l. acquiritur. in fine. Sed Azo. & Iacob. de Rauen. tenet contrarium. vt. ff. de vsur. l. qui scit. §. in alieno. & ff. de acqui. rerum dom. l. homo liber. in fine. non obstat. §. si quis à non domino. quia expõe vt ibi. nec est verum quòd sola cura hoc operetur, vt probat in prædict. §. in alieno nec obstat quòd dicitur de vsufructuario, quia fructus suos facit non ratione possessionis, sed ratione sui iuris, & nos quærimus de acquisitione fructuum ex sola possessione & bona fide Prætereà licet vsusfructuarius rem possideat naturaliter tantum vsum fructum, tamẽ quasi possidet naturaliter & ciuiliter, vt sentit glos. ff. ex quibus causis ma. l. ait prætor. §. item ei. quia iura quasi possidentur. vt. ff. de acqui. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. Accur. tamen in prędict. l. quęsitum. videtur notare vtranq; requiri. Petr. de bel. par. dicit, quòd accipiendo ciuilem, vt doctores nostri recipiunt. illa sola causa est acquisitionis fructuum. Sed accipiendo ciuilem pro illa quę per acquisitiones iuris ciuilis acquiritur, vt per vsucapionem, & naturalem, pro illa quæ acquiritur per acquisitionem iuris gentium. vt per traditiões. prout & ipse accipit, vtraq; sufficit nisi vitium extrinsecum habeat, vt ab initio malam fidem. vt. ff. commodati. l. si vt certo. §. si duobus. secundum eum. Ioan. Nicot. Ioã. Rollan. & Bertrã. caprioli tenent oon esse curandum de hac subtili distinctiõe quam inter naturalem, & ciuilem, possessionem prædicti faciunt. saltem in proposito. sed sufficit secundum eos, quòd ille qui rem tenet, & fructus eius percipit, hoc faciat opinione domini, & bona fide. argumentum in §. meum. & l. bonæ fidei emptor. allegatis. siue ciuilem, siue naturalem habeat possessionem. facit quia habetur pro domino. vt. l. qui scit. §. prętereà allegato. hinc est quòd si ad nundinas iui vacua possessione dimissa, & rem interim ab alio bona fide emisti. & possessionem recepisti, & fructus percepisti illos fecisti tuos secundum eos. Sed nõ placet mihi iste casus, quia super eodem potiora iura habens io illo est in dubio præferendus. C. de edic. Diui Adria. tollen. l. iij. modo quo ad fructuũ acquisitiõem potiora iura habet dominus, qui ad nundinas iuit, quàm ille qui possessiõem interim occupauit. nam ille habet ius in proprietate & in possessione. Primum supponitur, & secundum probatur. ff. de acquirẽ. posses. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. possessionem enim animo retinuit, quam glosę communiter ciuilem appellant, donec reuertens admissus non fuerit, aut crediderit se posse repelli vt ibi. & l. si id quod. §. vltimo. eodem. titulo. Subintrans verò supponitur non habere ius in proprietate, nec reuera habet ius in possessiõe, quia duo insolidum eam habere non possunt. vt. l. iij. §. ex pluribus. eodem titulo. licet aliquæ glosæ eius occupationem clandestinam naturalem possessionem appellent. Si tamen subintrans ex vtilo probabili iusto errore ductus contra reuertentem dominũ suam occupationem bona fide deffenderit, animo pro domino possidenti, tunc crederem dicto dominorum prędictorũ standum fore. quia ab illo tempore per non admissiõem domini reuertentis desijt dominus possidere, & per hoc subintrans corpore & animo. verã possessionẽ bona fide quæsiuit quę cũ cura & opera fructus industriales lucro facit, vt patet ex p̃d. Dicas ergo cum eis p̃dicta distinctiõe abiecta sufficere quòd verè possideat bona fide, tanquam dominus dummodo non sit alter naturaliter rem possidens, ad quem ratiõe iuris quòd habeat in se pertineat fructus percipere, sicut vsufru

ctuarius

ctarins. nam sicut proprietas & possessio veri domini illum impedire non debet sic & fortius nec sola possessio bonæ fidei possessoris, imo si prohiberetur sibi competeret interdictum. vt. ff. vnde vi. l. tertia. § vnde vi interdictum.

18 ¶ QVARTO videamus † nunquid ad hoc quòd bonæ fidei possessor faciat fructus suos requiritur quòd bona fides fuerit continuata, vel nunquid sufficit quòd à principio habuerit bonam fidem. de quo per Cyn. in prędict. l. certum in quarta quæstione. dicit Accur. quòd sufficit bona fides ab initio, vt pdict. l. qui scit. § vltimo. sed in contrariũ facit prædict. l. bonę fidei emptor. § in contrarium. Respondet Accur. quòd ibi loquitur opponendo, non ponendo. Iacobus de Rauen. & Cyn. dicunt quòd sufficit, vt faciat fructus suos, vt prędicto. § vltimo. sed tenetur eos restituere, vt prædict. § in contrarium, & hoc voluit glo. antepenultima. ibi: in vltima solutione quæ verior est secundum eos. Ioan. Nicou & Bertrandus caprioli tenent quòd non sufficit habere ab initio bonam fidem, & quòd à tempore malę fidei superuenientis, non facit fructus suos. per prædict. § in contrarium. quid ergo dicendum ad prædictum. § finale? dicunt aliqui ibi speciale in illo qui seminauerit. sed non placet, per finem illius. §. Soluũt prędicti domini premittentes verba intelligenda esse penes materiem. ff. loca. l. si vno anno. de conditio. & demonstratio. l. quibus diebus. § dominus testamento. modo illa lex qui scit. est in titulo de vsoris, causis, & accessionibus, ideò intelligitur prędic. l. qui scit. § fin. de fructibus qui actioni publicianæ accedunt, vel qui per eam peti possunt. & qui ex illo respectu dicuntur esse possessoris publicianã habentis. nã sicut in rei vendicatiõe veniũt fructus, ita in publiciana. ff. de publiciana. l. eum qui. § finali. in fine. etiam postquam sciuit rem alienam vsquequo sit euictus. vt prædict. l. eum qui. § finali in fine. & post euictionem agit contra venditoré, de euictione pro ęstimatione illorum fructuum. volunt dicere quòd licet actor habens publicianam non faciat reuera fructus suos post scientiam rei alienæ, tamen veniũt sibi in publiciana. & quo ad hoc videtur illos facere suos. sed non placet Ioan. Ro. quia sic imponeretur lex verbis & non rebus. cõtra. l. secundã. in fine. C. communi. de leg. Ego puto cum Bartholo & Bertrando circa hoc sic posse distingui, quia aut superuenit mala fides verè in personam hæredis, & sic cum mutatione personarũ, & tũc nõ facit fructus suos. infra de acqui. rerum domi. l. quæsitum. aut in personam primi possessoris, absq; mutatione personarum superuenit mala fides verè, & tunc a mõ nõ facit fructus suos. sic loquitur. § in cõtrariũ allegatus. & pro hoc in prædict. l. qui bona fide. § cæterum. & § tandiu. & l. quęsitum. in fine. eodem titulo. & ad hoc allegat Collectarius de electione capitulo commissa. § cæterum. lib. sexto. & dicit per prædictum. § ibi nisi voluntate mutata, &c. locum esse moræ purgationi quoad perceptos. quòd nõ placet, quia ibi durabat titulus & bona fides respectu possessionis, licet esset corrupta intentio respectu finis. sed hic deficit ex toto bona fides. nec obstat capitulum si quis presbyterorum. de reb. ecclesiasticis non alienan. capitulo potuit. de locato. quia loquũtur quoad pœnæ incurrendæ euitationem. nos verò loquimur quoad fructuum aliorum, vel alij debitorum restitutionem. Aut superuenit mala fides, nõ si quidem verè, sed præsumptiuè seu fictè, vt puta per litis contestatioẽ, vt in rei vendicatione. vel per controuersiam motam in hęreditatis petitione, & tunc hoc nõ obstante facit possessor fructus suos, licet teneatur eos conseruare, & restituere. vt ita loquitur. l. qui scit. § vltimo. ibi enim loquitur in fundo petito, & post litis contestationem. vt ibi notatur in princio glosæ antepe. quam glosam perpetuò menti tene.

¶ Sed quid ecõtra, puta si à principio possessor habuerit malam fidem, & posteà cœpit habere bonam. vt quia posteà sibi dictum fuit, quòd venditor erat dominus, nũquid iste saltem à tempore quo fuit bonę fidei fecit fructus suos? dicunt quidam quòd non. dicunt enim possessionis originem inspici. vt si fuit ab initio vitiosa, posteà vitiosa, reputetur. argumen. de vsucap. l. si is. § si quis. & ff. de acquiren. possess. l. clam. in principio. Sed cum Petr. de bel. per. magis mihi placet tempora esse distinguenda, vt pro tempore quo fuit malæ fidei de fructibus quos percepit iudicetur de eo, sicut de malæ fidei possessore. vt in hoc omnes concordant. & pro tempore quo superuenit bona fides, iudicetur de eo sicut de bone fidei possessore, vt idem sit iuris de parte ad partem quòd de toto ad totũ. vt prædic. l. quę de tota.

¶ QVINTO redeamus ad nostram quęstionem principalem, & solum põderemus membra in quibus dubitant moderniores. Primum membrum dubium est de naturalibus fructibus perceptis, & consumptis per bonæ fidei possessoré, de quibus, & in quatum factus est locupletior, qua actiõe petantur, dicunt enim quidam quòd conditione sine causa. sed

16 Ioanni Nicoti & Bertrando prędictis non placet, † quia non sine causa, tunc demum locũ habet, quando res ab initio peruenit ad alium sine causa. vel si cũ causa peruenit, quãdo causa deducta est ad non causam. vt. ff. de condi. sine causa. l. prima. modo hic non peruenerunt fructus ad bone fidei possessorem sine causa: cum possessio bonæ fidei sit causa sufficiens in hoc casu nec causa huiusmodi reducta fuit ad nõ causam, quia dñs factus fuit per consumptioné. dicunt alij cõpetere vtilem actionem in factum ex ęquitate prędictæ. l. si me & Titium. argumentum. ff. de præscript. verbis. l. quotiens magis tamen placet Ioã. Nicoti quòd si sint certi, petantur, certi conditione ex æquitate. l. si me & Titium. argumentum. l. certi conditio. ff. si certum petatur. Sed si incerti sunt, tunc dicit eos petendos per officium iudicis, & dicit hanc admitti incertudinem quia causam habet probabilem ab aduersario. per prędictam. l. qui de tota. § primo. & quorum lega. l. prima. § quia autem. sed non video rationem quare non possit competere conditio sine causa, cum quicquid dicant isti causa reducta sit ad nõ causam, dum veritas proprietatis detecta est. quia tunc de possessione bonæ fidei quę fructuum percipiendorum causa fuit ad possessionem malę fidei deuentum est, quæ huic perceptioni resistit. non enim possunt peti fructus, nisi de proprietate constiterit. vt. ff. de excep. l. fundi. nec possum videre qualiter per consumptionem dominus efficiatur. nam ante consumptionem non potest dici dominus factus vt dixi supra eodem. § quid dicẽdum. & § concludo. maximè per consumptionem que nundũ venit. nam causa que nundum est, nundum effectum producere potest, vt probãt communia iura, nec potest dici quòd post consumptionem dominus sit effectus ipsorum fructuum. quia tunc per consumptionem esse desierunt, & rei quæ esse desijt, & amplius nõ est, dominium cuiquam acquiri potest, vt de se patet nec possum videre quomodo hoc cessente denegatur actio in factum, & detur officium iudicis: cũ subsistente sufficienti ęquitate ad pariendum actionem de communi iure, non sit recurrendum ad extraordinarium subdianarium auxilium officij iudicis competẽte communi, & ordinario auxilio generalis actionis in factum, vt prędict. l. quotiens coniuncta. l. in causæ. allegata. Secundum membrum, dubiũ est de consumptis à malæ fidei possessore. nam hoc quòd dicit Petrus, quód possunt peti vtili rei vendicatione non placet Ioan. Nicoti: quia rei quę desijt esse & non extat, non potest quis dici directus, nec etiam vtilis, seu quasi, & sic non potest competere sibi rei vendicatio directa, nec etiam vtilis. argumentum. ff. de rei vendica. l. in rem. insti. de re. diui. § si verò propriam. nec habet locum cessio, de qua etiam hîc nõ agitur, quia etiã quæ non est, cedi non potest. argu. insti. de re diui. § non tamen. & quòd dicitur de illo qui desijt possidere, intelligitur re extante secundum eum. Sed nihilominus sto cum Petro, & primo quia vtilis rei vendicatio concurrit cum conditione sine causa, quam dicit. Ioã. Nicoti hîc cõpetere. ff. de dona. causa mortis. l. qui mortis. & pro hoc. C. de dona. quę sub modo. l. prima. & l. quotiens. facit quia re perempta post moram perpetuata actio per moram competit. ff. de verborum obligatio. l. si ex legati. modo malæ fidei possessor contractando

& consumẽdo fructus alienos, furtumq; cõmittendo, & non restituendo fuit in culpa, & in mora. Igitur rei vẽdicatio perpetuata cõpetijt re perempta, saltem vtilis, & sic intelligitur §. si tamen. allegatus.

¶ QVARTO principaliter queritur, vtrũ vltra petitionem rei principalis, quo ad fructus sit petitio necessaria. super quo vide quòd scripsi post Innocen. supra eodem capit. questione prima in principio. vers. & hoc verum si petantur. hoc enim quòd ibi scripsi valde notabile est, & fecit me multum musare. nam textus quos allegat Innocen. non dicunt verbis expressis, quòd in interdicto vnde vi, vel in cõditiõe. l. si quis in tantam aut in actione. quòd me. cau. fructus veniant absq; libello, vel petitione. veruntamen fatendo dictum Innocentij fortè dices, quòd illi textus hoc ex mente probant. Dicunt enim in illis actionibus ex natura earum fructus venire accessoriè. Igitur volunt iura illa quòd sub propositione deductione, & intentatione huiusmodi actionum comprehendantur etiam huiusmodi fructus, vt idem sit iudiciũ de principali, & accessorio, & vt accessorium naturam sequatur sui principalis. de offi. deleg. si super. & de reg. iur. accessorium. libro sexto. Aut enim comprehenduntur directè. & principaliter in ipsa actione. & tunc comprehenduntur in petitione sicut pars ipsius actionis. Aut veniunt accessoriè ex officio iudicis mercenario, quòd actiõi, vel interdicto deseruit, & tũc non est necessaria petitio, sicut nec in alijs, quæ post litem cõtestatam accedunt. vt. ff. de edil. edic. l. ediles §. item sciẽdum. & eadem ratione idem dicendum esset in omnibus bonæ fidei iudicijs, in quibus fructus veniunt ex natura ipsius actionis. vt. ff. de neg. gest. l. quia tãtum dẽ. Sed in veritate multũ obstare videtur huic vltimo dicto prædicto §. item sciendum. vbi indistinctè videtur dicere ea que ante litem contestatam veniunt in petitione enumerari debere. sed dices quòd ibi loquitur in actione quanti minoris. Sed minus obstat ibi glosa super verbo præstare. que dicit, quòd imo loquitur ibi in actione ex vendito, de qua constat quòd bone fidei est. vt in institu. de actio. §. actionum. Item obstare videtur quòd sic iudex hic de facto suppleret, quòd non debet facere regulariter. Item valde obstant notata Cyn. C. de iudicijs. l. sancimus. in ix. quæstione maximè in versu non obstat §. item sciendum. & ideò valde est mihi dubium dictum Innocen. quòd nunc non decido negotijs præpeditus. sed dicam infra eod. capit. in .ix. questione §. sed Ioannes Fabri. vsq; in fin. & si possim dicam in capitu. cum dilectus. de iure patro. vbi de hac materia per Henricum in quarta distinctione.

¶ QVINTO principaliter quæro, quid si in sentẽtia iudex de fructibus nõ fecerit mentionẽ, nũquid de cetero de eis agi potest? Innocen. hic dicit quòd non, vt scripsi supra eo. ca. in questione §. pone ergo saluo interdicto vnde vi. vt ibi notatur in fine. Collectarius tamen hic allegans contra quòd habetur. ĩ. eod. olim. in fine. distinguit, quia quandoq; veniunt fructus officio iudicis, & accessoriè, & tunc optineat dictum Innocen. Quandoq; verò veniunt iure actionis, & tunc secus. allegat. ff. de petit. hered. l. hereditatem. &. C. deposit. l. quarta. à contrario. Dicit præterà Hostien. ĩ. eo. olim. ij. tenere fructus peti posse iure actionis scilicet rei vendicatione, & hoc probari hic, & in questione prima reintegrãda. & de electio. quia sepe. lib. vj. æquè enim hic condemnant iura spoliatorẽ ad restitutiõem fructuum, sicut & principalis. super quo remittit ad Archidiaconum in prædicto. c. sepe. in verbo plene. & in materia expensarum ad notata. ĩ. eodem capitulo finali. & de appella. reprehensibilis. & ad Archidia. capitul. cũ appellationibus. libro sexto. Saluat Inno. in actionibus stricti iuris, in quibus omnia in libello exprimi debent, & de expressis contentari actor, vt notat Innocen. secundum eum. ĩ. de senten. excommu. sacro. interesse eum quòd in actionibus bone fidei est, venit iure actionis. in actionibus stricti iuris, venit officio iudicis. vt notatur secundum eum, de offic. deleg. p. & g. & de pluspeti. capitulo vnico. Sed certe saluatio quã dat Innocen. nõ valet, quia sic Innocen. non cõtradiceret sibi ipsi in eadem glosa, cum dicat fructus de quibus hic loquitur saltem in tribus actionibus sine petitione venire. Vnde verè valde dubito de dicto Inno. quia in fructibus qui iure actionis veniunt non videtur posse procedere. vt probare videtur prædict. l. iiij. à contrario. nec obstat lex terminato. quia loquitur in expensis que regulariter non veniunt iure actionis, sed officio iudicis. Super quo vide quæ ibi notãtur per Cyn.

20 in quarta quæstione. † modo omnes fructus qui possunt peti à possessore bonæ, vel malæ fidei consumpti, vel extãtes petuntur iure actionis. saltem cum quis petat quòd suum est, vt satis deductum fuit, supra eodem capitulo in tertia questione principali. Igitur videtur quòd omissio in sententia non præiudicet. maximè ne condemnatio proficiat condemnato. ff. de excep. rei iudicate. l. euidenter. vnde metu huius distinxit Martinus sublimani. quia aut petiti sunt fructus vna cum ipsa re, & tunc condemnando in re tantum, videtur absoluere in fructibus. argumen. C. si aduer. rem iudi. l. prima. cum ibi nota. & ita loquitur. l. iiij. C. depositi. Aut non fecit in libello mentionem de fructibus. & tunc secus. iuxta ea que scripsit Cynus in prædicta. l. quarta. in secunda oppositione. Sed non valet hæc distinctio vt patet ex ijs, quæ scripsit Cyn. post Petrum in prædicta. l. j. C. si aduer. rẽ iudi. in. j. questione. & patet per prædict. l. quartam. quæ solum distinguit an sit vna actio, vel plures. vnde videtur aliquibus quòd probabiliter posset dici contrarium eius, quòd hic notat Innocen. maximè dum petuntur fructus iure actionis, & hoc siue per eandem, siue per aliam actionem. nam si per eandem, casus videtur. ff. de vi & vi ar. l. tertia. § finali. & si per aliam, casus videtur in prædicta. l. quarta. à contrario. Nec obstat quòd saltem post litẽ contestatã veniũt fructus officio iudicis, vt § iũ sciendum. quia non sequitur ex hoc quin debeãtur iure actionis alias per litis contestationem faceret actor suam conditionem deteriorem, contra. l. ff. de nnua. l. aliam. nec obstat quòd in actionibus bonæ fidei veniunt fructus officio iudicis, quia nihilominus est verũ dicere, quòd veniunt iure actionis. Dicunt enim iura quòd in ijs actionibus fructus veniunt ff. quòd metus causa. l. illud. § primo. cum. l. sequenti. de petit. hæred. l. item veniunt. § item non solum. & § sequẽti. ff. depositi. l. prima § hanc actionem. ff. de vsuris. l. videamus. quasi per totam legem. sed hæc dicuntur diuersis respectibus. dicũtur enim venire iure actionis: quia ex natura actionu veniũt, & ex iure illius peti debent. & dicuntur venire officio iudicis, quia ad officium quòd debet iudex exhibere illi actiõi quòd in bono, & equo consistit, pertinet quòd fructus faciat restitui cum ipsa re. vt insti. de actio. § in bone fidei. & quia in ijs actionibus principaliter veniunt res & fructus accessoriè, id est propter res, licet aliæ principaliter consideratis principijs ipsarum actionum. sicut dicimus quòd in rei vendicatione principaliter petitur dominij declaratio, & officio iudicis restitutio, licet vtrumque veniat iure actionis. vt patet ex ijs quæ leguntur & notantur in prædicta. l. ex diuerso. & instit. de actio. § primo. Item nõ obstat prædict. l. terminato. quia vel loquitur in expensis, quæ nõ veniũt iure actiõis, sed solũ officio iudicis, vel si loquitur in expẽsis que iure actiõis veniũt, ibi est casus specialis, & est ibi ratio specialitatis, quãtum ad hoc ne lites ex litibus oriãtur. vt ibi notatur per Cyn. in secunda oppositione.

¶ Super quo vide que notauit Cynus. C. de iudic. l. prima. in secunda & quarta oppositiõibus. & in. ij. oppo. & notatur per Ioã. Nicoti ff. de eo quòd certo loco l. si post mor. m. in distinctiõe. nec obstat. C. depositi. l. iiij. quia imò probat propositũ a cõtrario. vt dixi. s. nec ob. ff. de actio. empt. l. qui pendentem. quia potest dici, quòd quia ibi erat tradita vindemia, & sic ex parte venditoris paritum ex toto contractui non poterat ibi amplius agi actione ex empto: ideò necesse est alias actiones ibi dari. & ad. l. qui per collusionem. eod. titu. in fin.

21 vbi dicitur, † quòd vsuræ non sunt in obligatione, sed tantũ officio iudicis, veniunt, & ideò forte soluta peti non possunt. Dici potest quòd illa est differentia inter fructus, & vsuras, quia fru

quia fructus sic veniunt officio iudicis quòd etiam veniunt
iure actionis, vt dixi. Sed vsuræ sic veniunt officio iudicis, quæ
iure actionis venire non possunt, vt ibi. & ista potest esse alia
solutio ad prædictam. l. quartam. C. depositi & ad. l. tantum-
dem. allegatis. quæ solum loquntur in vsuris, & potest esse ra
tionis diuersitas, quia possessiones naturaliter fructus produ
cunt. pecuniæ verò nullus naturalis est fructus. a. l. l. verò in
bonæ fidei. ff. de eo quòd certo loco non oprtet respondere:
cum dicat ibi textus expressè interesse loci in iudicijs bonæ fi
dei iure actionis venire. ad. l. centum capuæ. eodem titulo pa
tet responsio, quia ibi loquitur in stipulatione quæ cōtractus
dicitur stricti iuris. Caue tamen, quia istud non pono pro ve
ritate decisiua, sed solum causa collationis ad studētis animū
commouendum. sed dicam infra eodem capitulo in decima
quæstione principali § borum occasiōe. vsq; ad finem illius
quęstionis. & fortè etiam in prædicto capitul. cum dilectus.

¶ SEXTO principaliter quæritur vtrum illud quod di-
xi scilicet possessorem bonæ fidei non teneri de consumptis,
& c. locum habeat in possessore beneficij ecclesiasti. i. videtur
quòd non. quia Hostien. & Nouella de iure patrona. cum di
lectus. allegato. dicunt indistinctè quòd qui minus canonicè
beneficiū est adeptus, non facit fructus suos: imo tenetur eos
restituere, quantocunq; tempore illud tenuerit. vt ibi patet, &
infra de appella bonæ. & de prębend. c. dilecto. in fine. vbi idē
notat Hosti. super verbo ad restitutionē. dicens, quòd si quis
minus canonicè adipiscatur beneficium, scilicet symoniacè
vel per fraudem, vel surreptionem aliquam in perpetuū non
præscribit. vt peædicto capitulo dilecto. & expresius infra de
cleri excommu. ministran. capitulo postulastis. & infra de in
stitu. capitulo tertio. imo ex quo de hoc constat in iudicio
contentioso condemnatur ad restitutionem omnium per-
ceptorum. vt prædicto capitulo dilecto. & de ijs quę fiunt à
prelatis capitulo conquærebatur. & idē in foro animæ, quia
si sua conscientia ei dictat hoc sibi non dimitti ablatum, & c.
xiij. quæstione. vj. capitulo primo infra de vsuris cum tu. se-
cundum eum. & idem Archidiaconus septima quęstione pri
ma eum qui. & Bernar. de causa possess. & proprie. capitulo cū
super. in fine glosæ secundæ. & Hostien. ibi. de maior. & obe
dien. statuimus. super verbo percipienda. & Cardinal. de reb.
ecclesię non alienan. capitulo primo. glo. vltima prędicti em
inter bonam, & malam fidem nō distingunt nec iura pro vl
timo allegata. facit infra de homicid. sicut dignum. de elect.
quia sæpe. de verbor. ordi. pręsenti. de censi. exigit. libro sex-
to. licet titulus & iudicialis auctoritas excusent à percipien-
dis. notat Goffred. & Hostien. de procurato. ex insinuatiōe.
de officio deleg. cum causa. in fine per legem si fundum. C. de
rei vendicatio. nisi titulus pro non titulo habeatur. C. de fide
instrumentor. & iure fiscali hastæ. l. prima. libro decimo. de
quo. ī. dicā. In contrariū notat Inno. fructus beneficij perce
ptos, & consumptos bona fide non esse restituēdos. ī. de elec.
nihil. in glo. Ista ex sola. versu & satis dici posset. & Dyn. ī.
de regul. iur. capitul. primo quæstione quæ incipit Septimo
quęritur. ibi. sed in consumptis, & c. libr. v. Dicit enim Inno-
cen. vbi supra, quòd si electus & confirmatus bona fide perci
pit fructus beneficij, quia credit suam electiōem canonicam
& se legitimè confirmatū, facit fructus suos. ff. de vsuris. l. qui
scit. § præterea. & idem tenet supra eodem in literis, in princi-
pio, & in fine tertię columnę ibi. Item eis sunt reddendi fru-
ctus castrorum, & villarum quas posident: quia cōmodum
possessionis est habere fructus, & c. Dynus autem ad proposi
tum dicit quòd in consumptis fructibus nedum communis
error, sed etiam singularis error iuris, vel facti excusare debet
vt. l. sed & si lege commissoria § scire. & l. certum. allegatis. &
idem frater Ioan. in summa confessorum titulo de Symo. q.
xxj. quę incipit quæ sit pœna. Henricus in prędicto capitul.
cum dilectus. dicit, quòd licet secunda opinio sit satis æqua,
primam credit animæ tutiorem: quia proxima iura loquuntur
in temporalibus, in quibus bona fides aliter consideratur, &
aliter operatur quàm in spiritualibus. vnde Hustien. & No-
uella, infra de iure patrona. cura & de senten. excommunica.
vt famę. dicunt, quòd casus tales & consimiles qui omnino
sunt canonica per solas leges, per glosas magistrales cum secu
ritate animæ non deducuntur, vt patet per notata de solutio.
capitulo finali. Fatetur tamen quòd expensæ seruitij diuini
ęquè deducende essent. argumento supra de appella. perue-
nit. ij. infra de offic. ordinan. capitulo præsenti § porrò. libro
22 sexto. † Credit tamen de iure & ęquitate quòd possessor bo-
næ fidei cum titulo colorato non tenetur de consumptis fru-
ctibus, sed de extantibus tantum, nisi post litem contestatam
essent percepti, & consumpti. nam de illis etiam teneretur si-
cut possessor malæ fidei. vt prędict. l. certum præter expen-
sam in seruitium, vel vtilitatem ecclesię in quibus ecclesia fa-
cta est locupletior. ff. de neg. gest. l. si pupilli § si quis. in fine.
23 † & intelliguntur fructus deducti expensis, quæ fiunt quærē
dorum, congregandorum, & conseruandorum fructuū gra
tia. ff. de petit. hæred. l. si à domino vel à parte § vltimo. Con
cordat Ray. titulo de symonia § nono. circa pœnam. & hæc
vltima magis placet, saluo quòd inquantum factus est locu-
pletior ad instar possessoris hæreditatis videretur ęquum di-
cere ipsum teneri. iuxta ea quę scripsi. s. eodem capitulo in se
cunda quæstione § quoad secundum. possessorem autem be-
neficij absq; titulo collorato, ęquiparatur male fidei possesso
ri, quia sine titulo collorato nō potest haberi possessio benefi
cij in beneficio, vt patet ex ijs quæ leguntur & notantur de
institu. capitulo tertio. & de regulis iuris capitulo primo. li-
bro sexto.

¶ SEPTIMO post principalem difficultatem expeditā
quæ loquitur de fructibus iam perceptis, ad secundam prin
cipalem difficultatem quę loquitur de percipiendis acceda-
24 mus. Et primo qui possessores de fructibus percipiēdis teneā
tur. & prima facie videtur respondendum, quòd semper ma
lę fidei possessores & post litis contestationem bonæ fidei
possessores ad huiusmodi fructus percipiendos teneantur.
vt prædicta. l. certum. in principio. & in fine. Sed caue, quia
vtrumq; dictum habet dubitationem, nec aliquod istorum
duorum dictorum clarè probatur per dictam. l. certum. si be
nè inspiciatur. & quo ad primum dictum, videtur hic distin
guere Bernardus inter possessorem malę fidei simplicem, &
possessorem violentum. quòd non placet, quia licet tex-
tus iste videatur specialiter loqui de violento possessore, ta-
men leges loquntur simpliciter, ac generaliter & indistinctè
de malę fidei possessore. ff. de rei vendica l. si nauis § finali. &
C. de rei vendi. l. si fundum. & l. domum. & l. certum. & om
nes similes.

¶ Secundo igitur circa primum dictum quero vtrum malæ
fidei possessorem excuset titulus, à percipiendis. Accur. vide-
tur tenere quòd sic. inducens. C. de rei vendica. l. si fundum. in
eo quòd dicit de perceptis: quia per hoc videtur innuere con
trarium de percipiendis. loquitur enim in illo qui posidet
titulo emptionis. Et idem tenet Specul. parte secunda. de fru
cti. & inter § primo. circa medium primę colūnæ. vers. si ve-
45 rò cum titulo. vbi latius vide. Petrus, Iacobus, Ioannes Nico
ti. & Ioan. Rolandi tenent contrarium, quia in hoc non con
sideratur titulus, sed solum bona fides. vt. l. bonę fidei emptor.
& l. qui bona fide. alleg. & pro hoc. ff. de rei vendica. l. si fru-
ctus. & l. nauis § fina. quę loquitur generaliter. facit quia ma
læ fidei possessor tenetur, si quid contingat propter culpam
suam. vt. l. si quid possessor § sicut. ff. de petit. hæred. & ff. de
rei vendica. l. si homo. & l. si culpa. & institu. de officio iudi
§ pro illorum. modo titulus non facit quin sit in culpa. Igi
tur nec etiam quin teneatur de percipiēdis. non obstat l. si fun
dum. quia non valet ibi consequentia, tenetur de perceptis, er
go non tenetur de percipiendis, quia licet illa lex hoc non di
cat, alię hoc dicunt scilicet eodem titulo l. domum. & prædi
cta. l. nauis § finali. vnde vt scripsit Cynus post Petrum in
quæst. ij. in ipsa lege dum loquit de perceptis suppleri debet
¶ Septimo nunquid potest petere actor in libello qnòd condennetur reus ad fructus si extant, vel ad eorum æstimationem si nõ exstant? Respondet Barth. quòd sic. vt. ff. de iis qui. vt indignis. l. eum qui. quòd apparet secundum eum: quia debẽtur viurę fructunm, ergo peruenitur ad ęstimationem. vt ff. de petitio. hęre. l. heres furiosi. in fine. cõiuncta. l. in fideicõmissi. § si. ff. de vsur. & quòd sic procedat libellns alternatiuus sa. quia actor non potest esse certus an extent, vel non. vt. ff. quorum legato. l. 1. § quia autem. nec obst. quòd certum quid peti debeat in libello. s. de libel. obla. cap. primo. Dicit enim quòd sine diuersa siue contraria quis petat sub alternatione, reppellitur, quia incertum petit. sed vbi idem, vel similia, aut pręcedentium exponentia sub alternatione adiungit, tunc secus. quid enim reffert si petam prebendam ex donatione mihi facta per Gregorium, vel per Papam? certe nihil. & ita est hic simile si ex causa fideicommissi. vel substitutionis peterẽ. vt. j. de testa. Raynutius. cum ibi notatis super verbo, vel substitutionis. & prædicto. § quia autem. si tamen essent tales fructus quos constaret esse cõsumptos, vt ficus, poma, & similia, qui cito consnmuntur. vt. ff. vt in poss. leg. ea. l. is cui. § quęri poterit. tunc potest. imo debet ęstimatio peti. vt. ff. de vsufr. le. l. vsusfructns mihi in biennium. Dicam ergo sic, quòd Titius possedit talem rem, quę ad me pertinet iure dominij, vel quasi à tali tempore citra, & ex ea recolligit. xxx. corbes frumenti, quare peto pronunciari rem ad me pertinere dicto iure, & illum cogi & compelli ad eius restitutionem cum fructibus prędictis perceptis. qui vsq; ad sententiã percipietur. Sed nõ placet eius subtilitas quoad alternationem, quantitatem, & æstimationem, cum sufficiat generalitas tam de iure, quàm de consuetudine, prout obseruant omnes curię, & maximè palatium Apostolicum, & dixi supra. Talis enim specificatio & declaratio solet in executione reseruari, quemadmodum fatetur Bartholus huiusmodi fructuum taxationem

posse per iudicem sententia ad tempus post sententiam quod respicit executionem referuari. per notata Cyni in prædic. l. terminato. in vltima quæstione. de quibus dixi. s. eod. cap. in x. quæsti. in principio. vnde eodem modo non placet quòd dicit Bart. vbi supra, fructus qui percipi potuerunt debere peti sub certa quantitate, & æstimatione. quia in iudicijs admittitur generalitas, & remittitur declaratio fructuũ, scilicet quantitatis, qualitatis, & æstimationis eorũ in executiõe, tam quoad perceptos, quam etiam ad percipiendos, cum videlicet petuntur officio iudicis mercenario, & accessoriè, prout omnes boni practici petere consueuerunt. licet fortè secus esset, si iure actionis peterentur, nisi incertitudo excusaretur ex ignorantia probabili, vt tetigi. s. post Petrum de blel. pert argu. præ. §. quia autem. & eius quòd notat. Inno. & Hostien. de in integr. restitut. constitutus. & hęc de materia fructuum sufficiant de præsenti.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Dominum domus vbi de illius iuribus controuertitur illum agere sufficit.*
2 *Episcopus omnium ecclesiarum suæ diœcesis præordinatos, omnisq; illarum siue spiritualium, siue temporalium cura est.*
3 *Ecclesia vacante præscriptioni locum non esse.*
4 *Vim inferre dicitur non solum is qui expellit, sed etiam venientẽ non admittit.*
5 *Reposcimus per iudicem quod nobis debetur.*
6 *Vim vi incontinenti repellere iuris est.*
7 *Possessio vitiosa aduersus extraneos prodest.*
8 *Clandestinus possessor quis dicatur.*
9 *Ignota non timentur.*
10 *Nemo quod omnes sciunt probabiliter ignorare debet.*
11 *Nemo membrorum suorum dominus dicitur neq; seipsum possidere.*
12 *Vim vi repellere licet in ciuili possessione quantum ipsa ciuilis possessio durat.*
13 *Incõtinenti fieri quando aliquid dicatur iudicis arbitrio relinquitur.*
14 *Pro recuperatione rei suæ indicere bellũ nemini licere.*
15 *Iuris executionem iniuriam non habere.*
16 *Quis, contra quem, & ex qua causa bellum indicere potest.*
17 *Imperator ecclesiæ aduocatus.*
18 *Obedientia ad instar voti perfondis est, & iuramenti.*
19 *Res ecclesiæ in nullius bonis sunt.*
20 *Vicarius suo nomine possidens beneficium interuertendo possessionem si ab alio expellatur habet interdictum.*
21 *Quis modus vim repellendi*
22 *Quando incontinẽti fieri dicatur.*
23 *Incontinenti fieri dicitur, dum sit secludum quod commodè fieri potest ex persona & rei qualitate.*
24 *Honor, & fama per iudicem reparari non posse.*
25 *Minantem a minato percuti posse quando minas exequi minans consueuerit.*
26 *Filium à patre defendi iuris est.*
27 *Filius patrem deffendere tenetur.*
28 *Vxorem a marito & cõtra tueri debere.*
29 *Amasius amasiam & amasium amasia defendere, Baldi est.*
30 *Idem de sponso & sponsa iudicandum.*
31 *Item & de socijs itineris.*
32 *In iurium incorporalium turbatione, vel spoliatione possessionis propulsationem cadere, quæ incontinenti fieri debet.*
33 *Calor inconsultus vitio caret.*
34 *Vnum dolus deterior est, quàm multæ culpa.*
35 *Malo non esse adsentiendum etiam si mors immineret.*
36 *Compensationi locum non esse in ijs qui se tanquam excedentia & excessa habent.*
37 *Violentiam ab altera absorberi si ciuiliter agatur certum est.*
38 *Vim vi repellere licere etiam iniusto possessori contra illum respectu cuius vitiosè non possidet.*
39 *Possidere iniustè vel vitiosè quid.*
40 *Qualiter præsumatur bona fides.*

¶ *CAP.* *XII.*



OLim causam. Opponitur primo *ibi: inter vos. & ibi: ministrum & fratres.* quia videtur quòd solus prelatus absq; capitulo, vel conuentu, seu absq; fratribus suis non possit tractare causam ecclesiæ nec defendendo, vt in primo textu, nec agendo, vt in textu secundo, sed quòd communiter debeant agere & defendere. cõtra quòd videtur tex. s. de rescrip. capi. edoceri. Solutio quantum ad textum primum dicit Innocẽ. quòd ideò Episcopus & capitulum hîc communiter agebant, siue deffendebãt, quia locus de quo hîc agebatur ad eos communiter pertinebat: sed in contrarium facit aliqualiter concessio solius Episcopi, de qua proximè sequitur in versi. Episcopus Tridonen. vocc aliter soluit Innocen. dicens, quòd licet quisq; pro iuribus agere possit. vt legitur & notatur in prædict. cap. edoceri puta quãdo administratiões, & administratores diuisi sunt, vt ibi notatur, tamen securius est quòd etiam de iuribus proprijs cuiusque agant quandocunq; simul. vt. s. de iudi. capi. causam.

¶ Verum pro solutione secundæ partis oppositionis Innocẽ. in glos. secunda altius aggrediendo materiam pro regula tra-
1 dit, † quòd cum de iuribus ad aliquam domum pertinentibus agitur sufficit si agat magister illius domus. vt. s. de iudi. cũ deputati. Sed cũ nõ agitur de iurib⁹ domus, sed de ipsa domo, seu eius statu, vt puta de restitutiõe subiectiõe ipsi⁹, tũc debet agere magister superior prouinciæ, vel ciuitatis, vt hic. saluo quòd maior magister semper agere potest si vult. Ex quibus tres quæstiones facias, & eas perpetuo menti tene. Sed ijs suppositis qualiter soluitur oppositio, quia secũdũ prædicta nõ videbat necesse, q̃ hîc fratres interuenirẽt in agẽdo, respõdet Inno. q̃ causa ista magna erat, & ideò fuerũt fratres requisiti, vel absq; requisitione se optulerunt, cũ viderũt ministrũ domus citatum fuisse, vel citari fecisse. argumẽ. j. de ijs quæ fiunt à præla. capitu. fina. vnde & magister & fratres in hac causa citati fuerũt hîc, vt innuitur secũdum Hostien. Sed in contrarium facit, quòd procurator Episcopi & capituli ab impetitione magistri fuit absolutus, & sic magister fuit actor, & vt videtur in iudicio restitutorio, & sic videtur magister ad iudicium prouocasse. vel fortè & melius dici posset, quòd licet inter magistrum & fratres ex parte vna, ac Episcopum & capitulum ex parte altera causa penderet tamẽ solus magister pro parte sua causam tractabat patet, quia pro parte solius magistri petitio restitutoria data fuit patet, quia ab illa sola pars alia extitit absoluta, vt patet in fine, & si aliter fuerit de facto non sequitur, quòd id necessarium foret: non enim negatur id posse fieri, sed negat id necesse fore, & sic nihil facit hæc decre. pro communi errore, qui habet prælatum non posse agere de iuribus ecclesiæ sine consensu capituli, vel cõuentus. de quo satis latè scripsi de maiorita. & obedien. capitu. finali. Pro maiori tamen declaratione tertiæ conclusionis supra positę subdit Innocen. quòd imo plus videtur, quòd pro domibus istis, quæ sic subiectæ sunt alijs, quòd de rebus earum faciunt. & disponũt ad suum libitum, & præceptorem amouent quando volunt tales magistri superiores omnes illi huiusmodi magistri, eo quòd huiusmodi potestatem habent super domos illas agere possunt, & conueniri pro illis, vt præd. decre. cum deputati. &. s. de transactio. veniens. & capit. propterea ij. j. de præscriptio. ex transmissa. & de deci. dudum. & est semper in optione maioris, vt ipse si voluerit ceteris præferatur, vel eos permittat agere, vel conueniri si malit. argumẽ. huius decre. & hoc probat ratio naturalis: nam si huiusmodi magister superior potest minorem seu inferiorem ab administratione domus remouere in totum, multo fortius potest eum remouere à litè agenda in vno, vel in pluribus negotijs: quia illud est minus. j. de deci: ex parte. ij. qui filij sunt legi. per venerabilem primo responso. & quia etiam sua magis interest, cum in domo maiorem habet potestatem. argumẽ. ij. quæst. sexta. biduum. versi. in propria. tamen si maior minorẽ remo

uerit tenetur per se, & per alium litem deffendere, alioquim
contra eum tanquam contra contumacem procedetur. ĩ. de
eo qui mitti. in possess. causa rei seruandę. capitu. j. ij. & . iij. &
idem debet fieri secundum Innocen. & Hostien. si inferor ci-
tatus in iudicio superiorem nominauerit, & ⁊ postea cõtumax
vterque apparuerit, vt patet in eo quod leg. & notat. s. vt lite
non contesta. capit. finali. §. quòd si super rebus.
¶ Præmissorum occasione quęritur, quid si domus, vel eccle
siæ non ita omnino sub sunt sicut domus, seu præceptorię mi
litię templi, vel sancti Ioannis: sed sunt aliquo modo subiectę
sicut sunt ecclesiæ, vel domus alicuius Episcopatus, vel Archi
diaconatus, seu Archipresbyteratus quæ prælatis huiusmodi
de spiritualibus, & Abbatibus, vel alijs prælatis ecclesiasticis
& etiam laicis ratiõe iuris patronatus? de temporalibus respõ
dent, vt. ĩ. de præben. in lateranẽ. ĩ. de priu. cum & plantare.
§. ecclesias. in ecclesijs ad quos pertineat ius agendi, vel etiam
deffendendi. Respondet Innocen. quòd in omnibus istis casi-
bus, & similibus primo loco licet agere & respondere admi-
stratoribus talium ecclesiarum, vel domorum. Dicit tamen
quòd si administratores huiusmodi negligentes sint, vel non
possint hoc facere aliquo iusto impedimento detenti tunc cę
teri superiores admitti debent, & primo superiores spiritua-
les, & secũdo in spiritualium deffectu temporales, & tandem
omnes illi quorum interest, vt. xvj. quæstio. prima. constitu-
tum. & quæsti. vij. cap. filius. & . xij. quæsti. . ij. nõ liceat alicui
metropolitano. & quòd legitur & notatur. ĩ. de re. eccle. nõ
alien. si quis presbyterorũ. De Episcopo tamen dicit Innocẽ.
quòd videtur quòd Episcopus ipse semper possit agere, & re-
spondere pro ecclesijs sibi subditis, vt ĩ. de succes. ab intes. ca.
finali. vbi de hoc, & per Nouellam de testa. requisisti. in glo.
licet multa. & melius secundum Innocen. C. de sacro sanc. ec-
cle. l. sancimus. i. vbi dicitur quòd Episcopus, Economus, &
custos vasorum agere possunt. Dicit autem Hostiẽ. quòd ma
gis videtur consentaneum rationi, quòd in deffectum admini
stratorum Episcopi pro ecclesijs sibi subiectis semper agant
per prædicta, nec mirum secundum eum si Episcopus prę ce-
2 teris admittatur: † quia, vt dicit Innocen. ipse est præordina-
tor in cunctis xxv. disti. perlectis. & ipsius est omnis cura tam
spiritualium, quam temporalium omniũ ecclesiarum ciuita-
tis, & dioecesis. x quæstio. prima. capit. ij. & sequenti. xij quęs.
j. cap. Episcopus. & capitu. præcipimus. & quæstio. ij. capitu.
nobis. & capitulis sequentibus. & . xvj. quæstio. septima. om-
nes basilicę. & oĩm piorũ locorũ. ĩ de relig. dom. de xenodo
chijs. per quæ iura videtur, quòd Episcopus in agẽdo, & def-
fendendo sit omnibus alijs prælatis præferendus. Videtur ta-
men Innocen. quòd iudex qui debet de causa cognoscere, exa
minare debet summariè quis, cui præferat, & maximè in cau
sæ cognitione secundũm eum attendere debet, quòd quoad
temporalia prima, & præcipua est causa inferioris ministri &
potior quam Episcopi. xij. quæst. ij. capit. quia cognouimus.
ĩ. de re. eccle. non aliena. capi. j. & quòd in spiritualibus saltẽ
quæ tangunt Episcopum prior & præcipua causa est Episco
pi quã inferioris ministri. nam & omnes alij sub eo, & ipsius
vice, & nomine curam gerunt, vt patet de officio Archid. ca.
primo. de offic. Archipresby. capitu. primo. & finali. sed &
quandoq; canonicus præferendus, quòd dic, vt legitur & no
tatur. ĩ. de probat. ex literis. Item etiam de huiusmodi canoni
cis quomodo possunt agere, notatur. ĩ. de testi. capitu. cum
clerici. Finaliter concludit Innocen. quòd ijs. & alijs circun-
stantijs qualitate, discretiõe, personarum fide, & vniuscuiusq;
interesse pensatis eliget iudex idoneiorem. quòd intellige quã
do plures simul concurrunt, ac se offerunt. argumen. ff. de po
pul. actio. l. ij. secundum Hostien. Adnerte tamen quia quan
docũq; in prædictis omnibus casibus iudex vnũ eligit, & cęte
ris præffert, nihilominus tamen illi quorum interest possunt
assistere litem prosequenti. argumen. C. de litig. authen. nunc
si heres. ff. de le. ij. l. cum quæritur. § finali. ff. vt in pos. legato.
ea. l. is qui. § qui legatorum. ff. de vsu. & habitat. l. si ita legatus.
§ domus. & sic contrariam reportat sententiam litem pro-
sequens poterũt appellare. ĩ. de re iudi. cum super. vbi de hoc
notatur secundum Innocen, & Hostien.
¶ Sed oppones contra prędicta de prędict. capit. edoceri. vbi
dicitur, quòd si administrationes sunt diuisæ ille solus potest
agere qui administrationi præest, & ipsam regit. Respondet
Innocen. dicens primo, quòd illa decret. locum habet vbi nul
la iusta causa subest quare alius agat, seu pręferatur, sed hîc se
cus. & hæc solutio secũdum Hosti probabilis est. nam etiam
Episcopus quandoq; suspenditur, & ei coadiutor datur, vt pa-
tet in eo quód legitur & notatur de offici. dele. venerabili. &
quandoq; propter ipsius infirmitatem, vel aliud impedimen
tum perpetuum administrare non potest. vnde & datur ei tũc
talis coadiutor qui administrat in omnibus loco sui. vt patet
in eo quòd legitur & notatur. ĩ. de cleri. egrotante de rectori-
bus. & in capitu. sequenti. quòd dic, vt hodie ligitur, & nota-
tur. ĩ. de cleri. egrotan. capit. vnicu. li. vj. Item alia solutio po-
test dari secundum Innocen. ad prædi. capit. edoceri. quia illa
decre loquitur vbi administrationes poenitus sunt diuise, sed
inter Episcopum, & alios inferiores ministros sibi subditos
non sunt administratiões omnino diuisę, imo sunt ambo, vel
omnes administratores: sed vnus sub alio secundum Innocẽ.
Super quo omnino vide ipsum Innocen. ĩ. de testa. capitu. re
quisisti. quod intelligas te secundum Hostiẽ. etiam immedia
tè: quia Episcopi sunt administratores etiam immediati. Sed
& inferiores sunt sub Episcopo, vt patet in eo quòd legitur &
notatur. s. de offici. Archipręsbyteri. cap. iij. § conofessiones.
secundum eum. super quo remitit Ioan. And. ad notata sua.
ĩ. de relig. domibus c. cum venerabilis. in glo. iste Episcopus.
Sed quid de alijs administratoribus supradictis. s. qui remo-
uent inferiores ministros quãdo volunt, & eos ponunt, & de
ponunt, mutant, & reuocant, pro libito voluntatis, sicut sunt
temporaliter, & fratres hospitalis sancti Ioannis? Respondet
Innocen. quòd idem dicendum est de illis, sicut dictum est
de Episcopo, & eius subditis. videlicet, vt superiores ageres &
deffendere possint, vt dictum est, nec habeant ab inferioribus
diuisam administrationem, sed communẽ. & idem dicit Ho
sti. de Abbatibus & multis alijs religiosis de quibus loquitur
ĩ. de sta. mona. cum ad monasterium. § tales. de priuileg cap.
volentes. § in eos. ver. tũc enim. & vers. pręcepti. & . § sanè. ver.
in alijs. lib. sexto. sed caue quia, imo videtur esse longa differẽ
tia inter administratores perpetuos. cuiusmodi sunt ecclesia-
rum parrochialium rectores subiecti Episcopis, qui nõ pos-
sunt ab eis amoneri pro libito volũtatis, nec aliâs inuiti nisi
priuentur propter crimen, & alios administratores tempora
les, sicut sunt pręceptores, & priores religiosi manuales. quod
prosequere latius in Nouella in glo. iste Episcopus. alleg. vbi
dicam de hoc, & vide quę scripsi in prędict. capitu. cum depu
tati. in prima quæstione. in decẽ quęstionibus quas ibi posui.
¶ Propter pręmissa in quibus diximus, quòd superiores ad
quos nec ecclesie administratio, neq; eius tẽporalia immedia
tè pertinent, possunt nomine ipsius ecclesie agere, & etiã quan
doq; alijs pręferuntur, posset non immeritò in dubium reuo
3 cari, † nunquid si mortuus est immediatus ipsius ecclesię prę
latus, & viuat superior nihilominus careat ecclesia legitimo
deffensore, vt sic contra ecclesiam, vel ipsius ecclesię prę laturã
vaccantem non currat pręscriptio ad quod breuiter respon
det Innoc. quòd sic. quia caret immediato deffensore, & quia
quantuncunq; viuat superior non cessat causa constitutionis
hęc. scilicet, quia non est qui specialem eius curam gerat secũ-
dum Innocen. Dicit tamen Hostien se nescire quam consti-
tutionem Innocen. allegare intendit. Pro quo sciendũ quòd
vna constitutio dicit, quòd ecclesia vacãte non debet aliquid
innouari. cum non sit qui tunc ius Episcopale tueatur. Secũ-
da verò constitutio dicit, quòd non sunt recipiendi testes va-
cante ecclesia. & carente legitimo deffensore. infra ne sede va-
can. capitulo primo. § accedentes. & capitu. accedentes. § nos
igitur. Tertia dicit, quòd caret pastore qui iura ecclesię suę
exigere debuisset. ĩ. de pręscripti. de quarta. ver. nisi fortè. om
nes autem istę constitutione. loquũtur in ecclesijs cathedrali-

bus tantum. Est autem, & quarta constitutio quę loquitur in ecclesia parro. hiali, & dicit, quòd ipsius decimæ dum vacat alijs fuerint ab Episcopo assignatæ seu concessę, non valet collatio: quia cum vacaret legitimo caruit deffensore, qui sibi primo ab Episcopo debuit assignari. quę est. ĩ. de re. ecc. nõ alie. dudum. lib sexto § quia vero. sed cum præmissa glo. Innocẽ. hanc quartam constitutionem præcesserit, & si per eundem subsequentem corroborata est: tamen de ipsa non potuit facere mentionem secundum Hostien. & Nouellam. Sed videtur mihi quòd illi frustra mirantur: quia licet incorporatio prędict. decre. dudum. in. lib. sexto. facta sequatur præd. glo. Innocen. tamen ex hoc non sequitur, quòd cõstitutio ipsa in veritate sequta fuerit dictam glosam, cum ipsa constitutio ab ipso Innocen. iiij. cuius est ista glo. ędita fuerit, vt in superscriptione eius patet.

¶ Subdit autem Hostien. vnum notabile verbum videlicet, quòd non videtur esse differentia verum aliquid fiat in præiudicium ecclesiæ, siue dignitatis vacantis, vel etiam de nouo institutæ consentiente etiam prælato de nouo instituto, sed adeptionem possessionis ipsius impediri, vel differri timente. argumen. optimum. ĩ. de insti. cum venissent § primo. ver. ipse verò timens. & § sequenti & . s. de elect. offici. § nos autem. in principio cum suis concordant. & . ĩ. de in integ. resti. cum ex literis § primo. vers. perspeximus. quod est nota dignum secundum eum.

¶ SECVNDO opponitur in § intelligẽtes. ibi: *ex eo quod* quia etiam si hoc non esset aduersus magistrum admittẽtem
4 Episcopum liceret Episcopo vim vi repellere. † nam nedum qui expellit, sed etiam qui venientem non admittit vim committit. vt. ff. de vi & vi arm. l. vim facit. & de acqui. posses l. si id quod § vltimo. Quidam metu huius oppositionis hîc supplent maximè. idem enim esset si nesciret secundum eos, hoc excepto, quòd bene vsucapit qui bona fide & titulo donationis possideret. & sic etiam exponũt totum versum nam idem si probabiliter occupasset, & idem si cum Episcopi licentia occupasset, & idem si non crederent fratres, &c. sed hęc dixit textus secundum eos propter dicentes, quòd si occupãs non posset redargui quòd sciuerit rem alienam esse, vel quòd suspicatus fuerit se debere reppelli etiam incontinenti, non est occupans reputandus violentus, & hoc probantes per . l. j. C. vnde vi. vbi dicitur, vim illatam propulsare. per quod patet quòd si vis illata non sit, sed pręter violentiam esset possessio occupata, violentia quæ non esset, propulsari non posset. Ideo secũdum ipsos cum templarij hãc domũ sine violẽtia habuissent, per Episcopum non debuissent violenter expelli. Alij tamen scilicet primi supplentes maximè dicunt, & fortè melius secũdum Innocen. quod quamuis hanc possessionem ad Episcopum pertinentem magister & fratres ignorantes eam ad Episcopum pertinere occupauerint, seu adepti fuerint: tamen si per Episcopum moniti illam non reddant licitè potest illis vis inferri: cum tunc incipiant esse violenti. xxiij. quæsti. prima § primo. & per totum. & quæstio. ij. cap. primo & secundo. secundum Innocen. Quod dicit Hostien. posse tollerari, si notoria sit offensa. ĩ. de accusa. cap. euidentia. de offic. dele. capitu. primo. lib. vj. Aliter si in dubio moniti non reddant, sed offerant se paratos stare iuri tunc non putat quòd Episcopus sibi ius dicere potuisset. argumen. C. ne quis in sua causa. in rubro & in nigro. C. vnd. vi. l. si quis in tantam. ff. quod me.
5 causa. l. extat. † debet enim quisq; quòd sibi debetur per iudicem reposcere, nec verecundiæ, nec pietati, nec dignitati conuenit quicquam non iure facere. ff. ad. l. Iulli. de vi priua. l. penultima. Sed quibusdam magis placet opinio Innocen. quorum motiua non habeo, sed nihilominus hanc opinionem causa collationis tali ratione deduco. nam ratio quare incontinenti licet vim inferre est: quia vis homini non censetur alienæ possessionis inuasiua, quam dannant iura per Hostien. allegata. sed solum possessiõis propriæ deffensiua, quam iura nõ dannant, sed probant: vt. ff. de iustiti. & iure. l. vt vim. ad. l. Aquil. licet scientiã § qui cũm aliter. cum concordant. nam propter tuam clandestinam apprehensionem meam possessionẽ non amitto donec videlicet, veniens ad eam tanquam te debilior à te repulsus fuero, vel suspicatus fuero me posse reppelli. vt. ff. de acqui. pos. l. clam possidere § qui ad nundinas. in fi. & . l. si id quod § fi. e. ti. Quando autem incontinenti ad possessionẽ meam admittor, & te ab occupatione repello, est verũ dicere, ꝙ meam possessionem nunquam amisi, nec per consequens tuam inuasi, quia si veram possessionẽ semper retinui, tu veram possessionẽ vtiq; habere non potuisti, cum non possit esse insolidum penes plures. vt. ff. de acqui. pos. l. iij. § ex pluribus. & sic est verum dicere, ꝙ solum cõtra vim quam in possessionis meę, occupatione mihi nitebaris inferre meã possessionem, & eius conseruationẽ mihi deffendi, quòd mihi de iure naturali licebat, per prædicta iura. modo ad propositum
6 videtur verba constitutionis dicentis hoc casu † vim vi posse incontinenti repelli ff de acquir. possess. l. j. § cum igitur. & e. ti. l. qui possessionem. vbi colligitur prædicta ratio. & e. ti. l. iij. § vim vi. & . C. vnde vi. l. rectè possidẽti. quæ est prima, & hic. Item & ratio constitutionis eiusdem vendicant sibi locũ, & primo verba: nam non volens admittere verum possessorem reuertentem, & volens illo inuito eius possessionẽ habere, in hoc vim censetur verò possessori in eius possessionis occupatione inferre, tunc enim incipit possessionem acquirere: quia tunc incipit illam verus possessor perdere, & non ante vt § qui ad nũdinas. in fine. & . l. si id quòd § fi. alle. Non enim plus potest ille acquirere quam iste perdere, cum non possit simul esse apud plures. vt § ex pluribus. allegato. & tamen in ipsa veri possessoris volentis reuerti repulsione & possessiõis eo inuito retentione, & occupatione negari non potest, tunc vim cõmitti. vt patet in . l. vim facit. alle. ęque enim saltem re ipsa vim infert hoc casu ignorans sicut sciens ad reuertentem possessionẽ pertinere: quia violentiæ illatio non tam consistit in animo, quam in facto. argu. ff. ꝙ me. cau. l. extat. & de vi. priua. l. penulti. alleg. cum similibus. Item ꝙ etiam prędicta ratio hic vendicat sibi locum, patet secundũ eos, quia huiusmodi ignorantia non obstante absens possessionẽ, & etiã reuertens donec per vim maiorem repulsus fuerit censetur possessionẽ propriã retinere, & contra volentẽ violenter ipsum reuertentem reppellere pro sua admissione vim inferens censetur, nõ si quidem possessionẽ alienã quæ nondũ est in rerum natura inuadere, sed solum vim vi reppellere pro sua propria possessione deffendenda, prout, & in alio casu qui scientiã, vel saltẽ non ignorantiã præsupponit. licet enim talis ignorantia malã fidem excludens, & bonã fidẽ causans, & ipsa bona fides quo ad fructuũ perceptionem, & vsucapionẽ multum operentur patet de primo in ijs quę scripsi supra. cap. proximo. & de secundo in ijs quę le. & no. ĩ. de reg. iur. c. possessor. li. vj. tamen quoad naturã possessiõis, vel violentię immittendi nihil operatur. ar. ff. vti. pos. l. iij. & facit optimè ff. quòd vi aut clam. l. seruus. cum concordan. ibi signatis. & melius fa. e. ti. l. at qui cum aliter § si quis dum putat. & facit etiam. ĩ. de præben. ca. eum qui. li. vj. Et hanc opinionẽ Inno. videtur sentire Accur. C. vnde vi. l. j. in glo. prima. Tamẽ opinionẽ cõtrariã Hostiẽ. sequebatur Cynus in. l. j. ff. vti pos. dicens, ꝙ non reperitur lege aliqua cautum, ꝙ clandestinum possessorẽ liceat mihi per vim repellere, & maximè qui clam intrauit vim non intulit, & ideo ibi non potest dici vim vi repelli ꝙ etiam dicit Cyn. in præd. l. prima in solutiõe primę oppositionis, se verius credere. Alij verò quos sequebatur Ia. de aren. distinxerũt, quia aut possessor clandestinus possidet clam à me possessore sed quo reuertente, qui volo eum expellere. & tũc quia respectu mei non rectè: nec sine vitio possidet possum expellere, & sic loquitur præd. l. j. ibi rectè. & ibi: sine vitio. sa. quia clandestina possessio dicitur vitiosa. vt. ff. de acqui. po. l. Pomponius § cum quis. & pro hoc adducũt. ff. ꝙ cum eo . l. si seruus. & glo. Accu. quæ videtur hoc sentire. ff. vti pos. l. j. § interdictũ autẽ. in medio magnę glo. ibi nec tamẽ volo, &c. & idem si precario à me possideret ex eadẽ ratione, & idem si vi ex fortiori ratione. Aut huiusmodi clandestinus possessor nõ à me, sed ab

alio clam

alio clam posidebat,& tunc nõ possum eum expellere,etiam
per prædictã.l.primã.exponẽdo illa verba rectè, & sine vitio
7 ibi secundũ proximè dicta.& hoc est ꝙ lex dicit,† quòd ad-
uersus extraneos vitiosa possesio prodesse solet. ff. vti pos.l.
ij.ff.de acqui pos.l.si.Io.fabri in pręd.l.prima tenet simplici-
ter,ꝙ si ego absens retinui ciuilem possesionẽ possum expel
lere clandestinè,vel pręcariò posidentẽ,quia denegando pos
sessionem restituere violentiam facit.allegat præd.§.qui ad nũ
dinas.ff.de præca.l.si. remittens ad notata sua.C. ad.l.Iull. de
vi pu.l.si quis ad se fundũ.Barthol.in præd.§. interdictum au
tem.ff.vti pos.l.j.C.vnde.vi.l.j.alleg.idem tenet in effectu.di
cit enim,ꝙ si quis ingreditur possesionẽ omni modo vacan-
tem non licet illũ vi expellere.vt.ff.de vsucap.l.sequitur.§.Itẽ
si occupaueris.& sic potest procedere opinio Dyni.sed si pos
sesio quam ingreditur non est omnimodo vacans, vt quia
absens possesionẽ animo retinebat,quòd contingit in re im-
mobili.ff.de acqui.pos.l.clam posidere.§.qui ad nundinas,al
legato.tunc licet mihi absenti talem clandestinũ possesorem
vi expellere,& sic intelligit glo.præd.§.interdictũ autem. &
similes.& hoc probat per rationẽ prius tactam:quia licet cui-
que propriã iniuriam propulsare.vt.l. vt vim. & .§.qui cum
aliter.allegat.sed non est dubium secundũ eum,quòd ille clan
destinus per retentionẽ suę naturalis turbat meam ciuilem,&
sic facit mihi iniuriam, igitur merito possum talem iniuriam
propulsare semper hoc est incontinenti.i.quotiens me turbas
& eis in actu me turbãti.Præterea quia illud ꝙ fit in re mea à
me possesa per ꝙ mea possesio inquietatur, possum ego tol
lere mea auctoritate,vt.l.si in rem.§.si ad Ianuã.ff.quod vi aut
clam.& .l.quẽadmodum.ff.ad.l.Aqui.ergo cum iste me tur-
bet in re mea possesa à me,potero illam turbatiõem mea au-
ctoritate reppellere secundũ eum.Item extra casum istũ po-
nit idem Bar. aliud satis dubiũ mihi, videlicet ꝙ si rẽ meã mo
bilẽ occupasti, & sic possesiõe ciuili, & naturali me spoliasti.
vt.ff.de acqui.pos.l.si rem mobilem. licet mihi incontinenti
illã possesionem meã vi à te auferre.vt.ff.de furt.l.si quis in
seruitute.quin hoc nõ clarè ꝓbat si bene inspiciat.Primo eñ
non loquitur quo ad casũ istũ decisiuè,sed decidit aliũ casum
s.de furto manifesto.Præterea non loquitur de vi inferẽda ex
post facto licet incontinenti, sed loquitur de deffensione in
actu ipsius cõmissi furti à iure concessa. iuxta lecta & notata
hic per Inno.& .ĩ.de senten.excom.quantę.& e.ti.c.dilecto.
li.vj.cum enim fateatur Barth.tunc omnẽ possesionem amit
ti non videtur negari posse quin sit ibi vera & propria inua-
sio,& nõ deffensio,quæ videlicet fit post occupationẽ,& licet
incontinẽti.& tñ licet per iura permittãt in casu isto deffen-
sionẽ tñ inuasionẽ in nullo casu permittũt. Collectarius ve
rò hic dicit primo, ꝙ hæc decre.cum dicit.ĩ.*cum fatum*.& c.vi
detur determinare sententiã Ia.de are.& ꝙ habet hic notatur
per omnes.sed verbum.*præferim*.quod præcedit facit pro sen
tentia Dyni & Inno.qui videtur sentire cum Dyno secundũ.
Item dicit se nõ credere ꝙ Hosti.bene capiat Inno.quia Inno.
loquitur in casu vbi quis sciẽs rem suam esse occupatam incõ
tinenti occupantẽ expellit.Sed habet locũ opinio Host. in ca
su vbi non incõtinenti postq̃ sciuisset imo postq̃ animũ pos-
sidẽdi dimisisset, venisset secũdũ eum.sed nõ credo illam fuis
se mentem Hosti.Addit tamen Collect.vnum videlicet,ꝙ il
le qui bona fide possesionẽ alienã possesore absente recepit,
& possesorem reuertẽte bona fide repulit, propter pœnam.
l.si quis in tantam.C.vnde vi. non incurrit. & dicit Innocen.
hoc notasse de testa c.cum in offici.bonæ fidei autem esset, si
in facto probabiliter errasset,secundũ eum. vt puta si emisset,
& in vacantẽ possesionem inductus fuisset ab aliquo fraudu
lento,qui ei affirmasset se esse rei dominũ & legitimũ possesso
rem,& ipse fortè nouus incola,et sic errans in facto probabili
ter credidisset,& in hoc sibi satis assentior,quia pœna dictæ.l.
requirit sciẽtiam & dolũ. vt patet ex eo,ꝙ ibi legitur & nota-
tur in dicta.l.& .ĩ.de pręben.eum qui.li.vj.Itẽ in qõne princi
pali sequitur Io.aliã opinionẽ quã ascribit Petro de bel.perti.
quã scripsi.ĩ.de treuga & pa.e.c.j.in.xij.q. circa principium.

ver.dicit hîc Lignianus.Petrus verò de bel pert. & Ia.de But.
ac Baldus de perusio sequũtur secundã opinionẽ Accu. posi
tã in præd.l.vnic.C.vnde vi.& dicunt sic,quia aut rectè posi
deo,& tunc indistinctè procedit præd.l.vnic.C.vnde vi.quia
licet tũc vim vi reppellere,& in hoc cõcordãt omnes.aut nõ
rectè posideo,& tunc,aut vitiũ non habeo à te, vt quia si vi,
clam,vel præcario posideo, nõ tamẽ à te sic possideo, & tũc
etiã cõtra te possum me deffendere, vt.ff.ex quib᷒ cau. in po.
eat.l.Fulcinius.§.ꝙ si aduersus. cũ similibus.Aut habeo vitiũ
à te,vt quia à te vi,vel clam, vel præcario posideo, quæ quali
ter intelligãtur vide in Cyno,& per alios scriben.C. vti pos l.
vnic.& tunc aut venis incõtinenti, & tunc nõ debes resistere,
& ita procedit præd.l.vnic.C.vnde vi.in argu. à cõtrario cen
su.aut venis ex interuallo,& tũc licitè possum me deffendere
contra te,vt.ff.de vi & vi ar.l.j.§.qui vi à me. Sed fortè tibi vi-
debit ꝙ nulla de istis theoricis prędictorũ legistarũ percutit
ad controuersiã,quæ est inter Inno.& Hosti. sed imo in hoc
percutiunt,ꝙ indistinctè loquũtur. Itẽ dices ꝙ malæ ad pro-
positum faciũt,eo ꝙ non quærimus qualiter liceat possesio-
ne clãdestina suã talẽ qualẽ possesionẽ vi deffendere, de quo
loquitur præd.l.vnic.C.vnde vi. sed solũ quærimus qualiter
antiquo possesori liceat eam illi auferre.sed dico, ꝙ imo ad
propositũ faciunt,quia si licet clandestino possesori suã pos-
sesionẽ deffendere,vtiq; nõ licet illã sibi violenter auferre,&
si non licet illi hoc,licet illud & alij,per locũ cõtrariorũ, quo
rũ si vnũ est bonũ & licitũ,aliud est malũ & illicitũ,& ecõtra.
xxiij.di.hospitiolũ. in fine.cũ similib᷒.¶ Quid dicendũ,bre
uiter mihi circa hoc videtur sub isto cõpendio distingendũ.
quia aut loquimur de possesore verè clandestino.& tũc sit lo
cus opinioni Inno.& distinctiõi.Ia.de Butr.Pe.de bel.pert &
Baldi supra proximè,& hoc est quod voluit Baldus in reppe
titione l.rectè posidenti.C.vnde vi.allega.dicẽs, ꝙ vbi vitiũ
cõscientiæ,& vitiũ existentiæ cũ clãdestinitate cõcurrũt, licet
incontinenti recuperare possesionẽ clandestinã,vt dicit nota
ri.C. vnde vi.l. si quis in tantã.Dicitur eñ verè clandestinus
qui celauit aduersario,eo ꝙ timuit, vel timere debuit illũ cõ-
trouersiã ei moturũ.vt probatur. ff. ꝙ vi aut clã.l.j.§.si. & .l.se
quentibus.talis autẽ non ignorat possesionẽ ad absentẽ ad-
uersariũ pertinere,quia si ignoraret saltẽ probabiliter, nec ti-
9 mere deberet illũ cõtrouersiã sibi moturũ:† quia nemo time
re potest ꝙ prorsus ignorat: cum timor sit passio animi. ff.ꝙ
metus causa.l.metũ.quẽ error excludit.ff.de iur.om.iudi.l.si
per errorẽ. Aut loquimur de possesore admonito , vt per eũ
occupatã possesionem vero possesori restitueret,qui timere
debuit si id erat notoriũ apud viciniã, videlicet ꝙ absens ad
10 uersarius posideret,† quia nemo potest probabiliter ignora
re ꝙ omnes sciunt.ĩ.de postula.c.j.cũ concordant.Fa. etiam
quia cũ admonitio de dimittẽdo possesionẽ naturalẽ de fa-
cto per eũ occupatã arctaret eũ ad inquirendũ.ar.C.de rei vẽ
di.l.si fundũ.ff.de peti hęre.l.item veniũt.§.petitã,cũ.§.sequen
tibus.si inquisiuit præsumitur veritatẽ inuenisse, cũ sit noto-
ria,vel publica fama:si non inquisiuit in culpa fuit, ideò sua
ignorãtia à modo est inexcusabilis.ar. de elect.c.innotuit. ad
finẽ.in ver.parteũ.cũ concord.& idem fortius de illo qui vi,
vel præcario,maximè ab aduersario.aut nos loquimur de il-
lo qui nõ vi,nec præcario ab aduersario posidet, & qui re ve
ra nõ potest dici possesor verè clãdestinus, vt puta quia ipse
fortè nou᷒ incola possesionẽ aduersarij ex aliqua causa pro
babiliter ignorauit, vt quia à fraudulẽto venditore quẽ credi
dit esse possesorẽ & dominũ rem ipsam emit,& præcium sol
uit,& in eius possesionẽ inductus fuit, nec erat notoriũ , vel
fama publica apud vicinia, ꝙ absens aduersarius posideret,
vt quia fortè modico tẽpore possederat ante absentiã,& quia
etiã fortè tunc iste fraudulẽtus venditor de dominio & pos-
sesione cũ homini aduersario cõtendebat,in quo casu loqui
tur Hosti.& fa.quia prædo dici non potest,vel saltẽ non pre
sumitur qui præcium numerauit.vt.ff.de peti. hęred.l. nec vl
lam.§. si quis sciens.& tũc dico ꝙ si talis possesor, qui nec vio
lenter,nec clandestinè possesionem occupauit,non velit sine

Iudice possessioné restituere, sed offerat se stare iuri, vis sibi per antiquum possessorem inferri non debet, imo expectare debet antiquus possessor, ꝙ iudex declaret istum casum qui probabilem habet dubitationem, & ita procedit opinio Hostié. & patet hoc primo, quia in casu dubio debet ad iudicem inter partes contendentes declaratio pertinere. nec debet tunc aliqua ipsarum partium de facto ius sibi dicere, vt in iuribus per Hostien, allegatis. & C. de iude. l. nullus. cum ibi notatis in glos. ied ouoquid. Item facit quia aliter non competeret sibi recursus de euictione contra venditorem. vt. ff. de euict. l. si dictum. §. j. cum similibus. Item quia ad relationem mei aduersarij non teneor ius meum statim abijcere. ff. de petit. hæredi. l. illud. nec ob. ratio Innocen. cum dicit, quòd recusando restituere vis infertur, nec etiam confirmatio illius rationis quam scripsi. s. eo. oppo. post principium. ii. ver. sed quibusdā magis placet. nam hic sunt duæ prohibitiones quarum vna vetat vim inferri, & alia in casu dubio ius sibi dici. ideò prima sublata obstat secunda ff. de serui. vrba. prędi l. si domus. insti. de nupt. §. affinitatis. Dico tamen quòd vbi casus esset clarus, tunc ius deffensionem hoc casu permittēs vincit vtranq; prohibitionem, vt hic, & præd. l. vni. cum concordan. Caue tamen, quia de latrone de nocte clandestinè surripere volente, & de agrum depopulante, certum est ꝙ possum eum auctoritate propria offendere. vt pręd l. furtim. imo & si nō depopulat, si ab iniuria non desistit: nam & ipso facto deprehēsus offendi potest. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis a me. dicit tamē Baldus se non credere quòd ingressus vacantem posset etiam incontinenti expelli. quia nemini fecit iniuriam. dicit ergo aut possessio occupata per illum erat ex toto vacans, & non possum mihi ius dicere. ff. de vsucap. l. sequitur. §. item si cetu. nisi periculum sit in mora. ar. ff. quòd vi aut clam. l. si alius §. bellissimè. in fine. sed si non erat omnino vacans, imo possidebatur à reuertēte, tunc secus: quia in re possessa, possessor pōt vti iure suo sua authoritate. vt. ff. quod vi aut clam. l. si vitem. §. si ad ianuam. & notant doctores secundum eum. C. de iudi. l. j. Item qualiter rem suam diligenter quærens, & non inueniēs eius possessionem perdit, vide lecta & not. ff. de acqui. pos. l. iij. §. nerua filius.

¶ TERTIO opponitur, quia post iniuriā factam personæ, non est licitum vindicare alium percutiendo. vt. ff. ad l. Aquil. l. scientiā. §. qui cum aliter. facit. quia scriptū est, nō vos vindicantes, &c. & alibi mihi vindictam & ego retribuam, & cætera. & scribitur ad Roma. xij. nō vosmet ipsos deffendentes carissimi, sed date locū iræ. vbi statim sequitur mihi vindictam, & ego retribuā. fac. ff. ad l. Aquil. sed & si quēcunq; in principio. igitur idem videtur dicendum in rebus, cuius tamē contrarium hic dicitur. hic eń probatur, quòd vim rebus illatam licet vindicare, etiam post iniuriam factam. dicitur enim hic, quòd in rebus aufferendis licet incontinenti vim inferre recuperando huiusmodi res ablatas. Innocen. & Hostié. vidētur fateri contrarium per expressum, sed rationē diuersitatis non assignant. super quo vide Bernar. ponentem vnam distinctionem. ĩ. de homicid. c. significasti. ij. cui cócordāt ibi Alanus Io. & Hostī. per quā videtur, ꝙ repulsio violentiæ rerum præferatur repulsioni violentiæ personarum. contra lecta & notata. xij. q. j. præcepimus. C. de sacro sanc. l. sancimus. Ego autem dico ꝙ idem est vtrobiq; in iure, sed est diuersitas in facto. in hoc enim patet vtrobiq; iuris identitas: quia vtroq; casu vim vi repellere licet: imo quanto personæ rebus cariores existunt. xij. q. j. præcipimus. C. de sacro sanc. eccle. l. sancimus. ff. de edil. edict. l. iustissimè. ff. de vsur. l. in pecudum. tanto iniuria, vel offensa irrogata personæ est maior, quā si esset illata in re, ergo si licet vindicta in rebus propter personas, fortius & in personis. ff. de colla. do. l. dedi dotē. C. de sacro sanc. eccle. authen multo magis. Dico tamen quòd licet vtroq; casu, vide licet in personis & rebus, deffensio sit permissa, de senten. exc. c. quantæ. & c. dilecto. tamen in vtroq; casu prohibita est vindicta, quamdiu positiui iuris suffragium, hoc est publica iustitia adesse potest. vt prædict. l. nullus. cum glo. sua. & sic procedunt auctoritates apostoli de quibus supra. In facto autem est diuersitas, quia post iniuriam in rei personę absentis occupatione cōmissam remanet eiusdē rei possessio ciuilis penes absentem, donec reuertens per vim maiorem ipsius occupantis fuerit repulsus, vel donec fuerit suspicatus si reuerteretur se repelli, & timore huius omiserit illud reuerti. vt. §. qui ad nundinas. in fine. & l. si id quod. §. finali. allegatis propter cuius ciuilis possessionis durationem & continuationē durat & continuatur iniuria in rei occupatione, & detentionē, vi cōmissa. iniuriatur enim & offenditur continuo ciuilis absentis possessio per naturalis possessionis detētione, vt dixi. s. post Bartholum in prædicto. §. interdictum. ver. & hoc probat per rationem. Igitur non est mirum si continuata iniuria, & violentia occupatoris irrogata ciuili possessioni absentis cōtinuare, possit absens suæ ciuilis possessiōis aduersus violētiā, & iniuriā huiusmodi deffensionē, & resistentiā: cū durāte causa debeat durare effectus, vt pbant cōmunia iura. Sed nō est ita in facto in iniuria irrogata psonę: quia ibi nō cadit possessio q̄ retineri, occupari, turbari, vel perdi possit, nec aliquid aliud de cuius deffensione agi possit post iniuriā irrogatam, imo si tūc pro parte iniuriati aliquid de facto fieret. totum cederet ad vindictam, & ita facti diuersitas respōsionis diuersitatem inducit. & hoc est ꝙ voluit Henri. ĩ. de homicid. significasti. ij. di. ij. post principium dicens, ꝙ licet per violentiam rerū amittatur possessio naturalis, possessio tń ciuilis in animo retinetur quam licet deffendere etiam collectis amicis, vt in legibus ibi allegatis in glosa. quodque hoc locū nō habet in violētia illata personę,
11 quia nemo seipsum possidet, nec mēbrorum suorum dominus est. ff. ad l. Aquil. l. liber homo. secundū Hosti. & quia iniuria illata personę auferri nō potest. C. de appel. l. si quis prouocationē. & sic quodammodo fit, & ad vindictam. Sed in rebus potest aufferri, & ideò si statim fit nō est iniuria, sed tuitio iuris sui. videtur ꝙ statim fieri, si vadit pro amicis, & quàm citius potest violentum eijcit, vt notatur per Accursium in prędicto. §. cum igitur. & Bernard. & Hostien. de senten. excommuni. dilecto. per pręd ictum capitulum significasti. ff. de acquiren. possess. l. quodammodo. §. vltimo. & l. clam. §. finali. ad Tertul. l. j. §. contestum. de senten. excommuni. si verò. j. §. si verò. & c. perpendimus. & c. vt famæ. & concordat Raymundus in summa titulo de raptori. rubricella de bellis. §. decimo octauo nam de iure. & frater Ioannes in summa confessorum titulo de raptoribus. rubricella de bellis. quęstione quinquagesima secunda qui, & quādo & qualiter, &c. & quatuor quęstionibus sequentibus. vbi de hoc plenè.

¶ Sed quęres vsque ad quòd tempus ciuilem possessionem deffendendo vim vi licet repellere? Sed respondeo, quòd quātum durat ipsa ciuilis possessio, quia vt dixi quantum durat causa, tantum debet durare effectus. fac. infra de offic. delega. si super. libro sexto.

¶ Item quæres, vsque ad quòd tempus durat ipsa ciuilis possessio? & respondeo, quòd vsquequo de facto repellatur, vel suspicetur se posse repelli, eo modo quo dixi supra per. §. qui ad nundinas. & per. l. si id quòd. allegatis. Rursus quæres, qualiter constare poterit, quòd absens suspicatus fuerit se posse repelli? Respondeo quòd directè, & apertè de hoc constare non potest, & quòd solum indirectè & per iudicia illud potest apparere, eo quòd suspicio ipsa animi passio est, & qua animus apertus esse non potest, nisi soli Deo, quemadmodum de dolo dicimus vt. C. de dolo. l. dolum. cum concordantijs. ibi signatis.

¶ Dico autem quòd duplex est iudicium in hac materia, vnum expressum, & aliud tacitum. Expressum, vt si præmissa deliberatione consilij concluderet se non posse, vel non audere seu non velle de facto recuperare: nam animus solet declarari per verba. ff. de supellect. lega. l. Labeo. infra de verborum significa. capitulo pręterea. & capitulo intelligentia. & capitulo in ijs. ¶ Item si congregatis amicis tentasset ire ad recuperandum de facto, & audita potentia occupantis, subito retrocessisset: quia tunc præsumeretur fecisse timore

vis ma

vis maioris. vt ff. de vi. & vi arma. l. iij. § qui armati. & § sequenti facto enim animus declaratur, sicut verbo. ff. de legi. l. de quibus § j. & j. de app. dilecti. cũ concordan. ibi signatis. Tacitum enim iudiciũ est si longo stetit interuallo, ꝙ non recuperauit suam possessioné, nec tentauit eam recuperare. Si enim tentasset recuperare & non recuperasset tunc esset aperté repulsus, & sic constaret eum possessionem amisisse per superius allegata, & sic præsumptioné suspitiõis amplius locus non esset. ff. de verbo. obliga. l. continuus § cum ita. Sed cum cessauit hoc attentare per longum temporis interuallum iam opus est ad iuris præsumptionem recurrere. iuris autem præsumptio locum tunc habet, quòd quia tantum cessauit suspicatus fuerit se posse repelli, & per consequens habet ius illam eiusdem possessionem animo retentam pro amissa, & ideò si postea vim inferat ad recuperationem possessionis naturalis non censetur fecisse ad deffensionem ciuilis, eo quòd illa censetur amissa, sed censetur tantum ad inuasionem id fecisse, & hoc est directe id quòd iura dicunt, & volunt vim vi repelli posse incõtinéti, & nõ ex interuallo. vt. ff. de vi & ar. l. iij. § cũ igitur. & l. qui possessionem. in verbo illico. eo. titul. quia nõ videtur amissum quòd est in continenti recuperatum. ff. de acquir. posses. l. Pomponius. facit quòd notatur in. l. qui pos-

13 sessioné. & l. si quis ad se fundum. secundũ Baldum. † Sed ad huc quæres ad quantũ tempus illud incontinenti, vel illico, seu illud longum tempus, aut ex interuallo, debeat æstimari. de quo hîc aliquid notatur per Bernardũ in glo. super verbo cum statim. & per Accur. in dicto § cum igitur. in verbo ex continenti. Et breuiter cum hoc nõ sit lege aliqua determinatum dicas istud iudicis arbitrio relinquẽdum. vt prædict. l. cõtinuus. in principio. & ff. de iur. deliberan. l. j § j. & s. de offi. dele. de causis. iuxta ea quæ not. per Bernar. j. de loca. ca. potuit. in verbo celeri. & de elec. quia propter. in verbo mox. & arbitrari debet bonus iudex, iuxta notatis in locis prætactis, & præsertim in § cũ igitur. allegato per glo. & per Bart. quem videre in hac materia non omittas. & procedũt pdicta post congressum: nam in ipso congressu licet cuilibet iniuriã illatam etiam in personam repellere. vt prædicto § qui cũaliter. & ff. de iustit. & iur. l. vt vim. vbi videas notata in Cyn. & Bart. ac But. quæ hîc repetas. Caue tamen de ijs quæ scribam infra eadem quæsti. ij. & secundum illa intellige, itaq; modifica omnia illa quæ scripsi a principio huius tertiæ oppositionis vsque hîc.

